





Exercitationes
ad
Pandectas.
379
M
36












PETRI DE GREVE, JCti,
& in Illustri Noviomagensium Vniversitate

ANTECESSORIS,

EXERCITATIONES
AD
PANDECTARUM
LOCA DIFFICILIORA.





NOVIOMAGI,
Ex Officina ANDREÆ ab HOOGENHVYSEN,
cIↄ Iↄc LX.



Illuſtriſſimis ac Præpotentibus

ORDINIBUS

Tetrarchiæ Noviomagenſis

S. D.

PETRUS DE GREVE.

Solennis ille ac multorum annorum uſu comprobatus mos eſt, PROCERES Illuſtriſſimi, uti, quos ad munus profitendi, aut opinio alicujus eruditionis, aut vocantium ſtudia & vota invitarunt, neceſſe habeant, ſi Spartam, quam nacti ſunt, rectè exornare, & recipere ex merito velint congiaria, ut honeſtiſſimis Studioſorum conatibus, meliori ſucceſſu promovendis, lucubrationes ſuas in lucem edituri ante in agoniſtico

 Diſ-

Diſputationum circo eas publicè ventilandas proponant. Hac ratione ingenium excolitur, memoria adjuvatur, animus ad omnia redditur promptior & alacrior, & veritas, quæ vitio mortalium dubitationum & ambiguitatum nubibus involuta & circumſepta eſt, momentis rationum in utramque partem diſcuſſis, veluti è tenebris eruta, in lucem producitur, confirmatur, & ſæpius examinata magis ſplendeſcit, ſecundum vulgatum illud, ὁμιλία ἔτεκε τέχνας. Unde in celeberrimis univerſi orbis Academiis, ſive Athenienſi apud Græcos, ſive Hieroſolymitana apud Palæſtinos, ſive Alexandrina apud Ægyptios, ſive alia apud alios, congreſſus iſti circulares, & συζητήσεω γυμνάσματα, καὶ προγυμνάσματα uſum

frequentiſſimum obtinuere. Hunc morem laudabilem, MAGNATES GLORIOSISSIMI, hactenus imitari conſuevi, ac præter Exercitia alia ante ſexennium, & quod excurrit, enixè id petentibus Studioſis quibusdam, quorum præfixa nomina & induſtriam ipſorum & ingenii ſolertiam repræſentant, Collegium ad Pandectarum Leges difficiliores aperui, & præcipuas juris controverſi materias pro temporis exigui ratione componere ſaltem tentavi: In magnis ſiquidem vel voluiſſe abundè ſufficit, & prima ſequentem, quod Tullius olim dixit, honeſtum eſt in ſecundis tertiisque conſiſtere; utut in ipſo conatu deficiant vel vires, vel rei ſtatus, juxta illud Iſocratis ad Nicoclem, καὶ

τόγε ἐγχείρημα, καλῶς ἔχει. Inſerui paſſim mores Patriæ, vicinarumque Provinciarum & Regionum; cum optabili nexu feliciſſimæ contemplationi jungatur actio, quod & ipſa natura nos facere voluit, & agere & contemplationi vacare; quomodo & ab initio cupida legum juventus duplici labore ac moleſtia ſublevatur, ne cognitâ ſemel theoriâ, ubi paulo poſt ſtudia ſua in forum profert, quaſi rem penitus novam & inauditam diſcere, illudque Petronii Arbitri audire cogatur; Ego, inquit, adoleſcentulos exiſtimo in Scholis ſtultiſſimos fieri, qui nihil ex hîs, quæ in uſu habemus, audiunt aut vident. Labores hi, VIRI EMINENTISSIMI, inter chartas rejiculas, ſqualore & ſitu obſiti

tot annos jacuere, ut nihil amplius reſtare videretur, quam ut, unà cum Annalibus Voluſi, denique mitterentur

In vicum vendentem thus & odores,
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

Quod & conſultius fore judicaveram, hoc præſertim ſeculo, quo tantum eſt, & ſciolorum, qui ſine populi ſuffragio cenſuram gerunt, & calumniatorum, adverſus quorum venenum vix ullum ἀντίδοτον excogitari poteſt. Cæterum victus efflagitationibus Amicorum & ſtudioſæ legum juventutis, cui omnia mea conſecravi, eaſdē Exercitationes, Typographo etiam editionem vehementer urgente, in manus reſumpſi, atque quantum per tem-

poris angustias curasque multiplices fieri potuit, relegi, recognovi, & sub incudem revocavi, ne si quid in me esset, in quo præclaros Justinianeorum conatus juvare posse putarer, in eo aut studium, aut diligentia mea desideraretur. Si majus otium consequi potuissem, pauloque minus ordinario docendi munere distraherer, duplici fœnore opus locupletatum emisissem, nunc satis fuerit novissimam hanc adhibuisse limam, potiora σὺν Θεῷ καὶ μούσαις brevi polliceor, si hæc non displicere intellexero. Cum autem hæ lucubrationes more Majorum denuo Patronos sibi quærerent, omnibus aliis posthabitis ad Vos inprimis PATRES CONSCRIPTI, viam adfectant, utpote quorum
bene-

beneficio & autoritate munere mihi injuncto ita defungi ſtudeo, uti exſpectationi de me conceptæ quam proximè accedam: nam per omnia me illi reſpondere & veſtri affectus magnitudo, & imbecillitatis meæ conſcientia impediunt. Suſcipite, benigniſſimo patrocinio, Viri Generoſiſſimi, hoc quicquid eſt, VESTRUM tamen omne, à devotiſſimo ac obſervantiſſimo animo profectum; & Grevium, ſubditum ac popularem VESTRUM, ſtudiaque ejus VOBIS commendata habete. Qui interim Deum ſupplex deveneratur, uti omnibus rebus, quas ſtatuitis, quas decernitis, quas agitis, ſuo Numine & Spiritu interſit, uti deliberationes veſtras graviſſimas, conſilia &

conatus laudatiſſimos ad univerſæ florentiſſimæ Patriæ ſalutem & emolumentum dirigat. Valete. Perſcript. Noviomagi, prid. Calend. Auguſt. Anno 1660.





AD

Clarißimum Consultißimumque Virum,

D. PETRUM DE GREVE, I. V. D.

In Illustri Tetrarchiæ Noviomagensis Universitate Professſ. Celeberrimum, dum Exercitationes ad Pandectarum Loca difficiliora ederet.

Quem Legum totiens stupuit studiosa Iuventus,
Et docto cujus pendet ab ore Viri,
Auribus arrectis quem sæpè audire docentem
Gaudet, tum Nodos solvere Iuris avet;
Hoc offert Tibi Doctus Opus, Themidisque Sacerdos
GREVEN, quo Nodos solvere nemo potest
Nec solvit melius, sinuosa ænigmata Iuris
Explicat, atque Locos conciliat dubios,
Applicat adque usum nostrum, gaudete Patroni
Vicini & Nostri, sic generosa cohors.

G. VERHEIDEN,
Curator.

AD

AD EUNDEM.

Constanti famâ quò fortia *facta* perennent,
Hoc opus, ut memori voce Poëta juvet.
Heroës Graji jam longâ nocte jacerent
Obliti, nisi tu grandis Homere fores.
Est aliud fatum *scriptis*, famæque paratæ
Ingenio & libris stat sine morte decus.
Conservat calamus tinctus qui mente sagaci est
Ipse sibi vitam, nec periisse potest.
Facta GREVI pandunt tua queîs de monte bicorni
Aonii fontis Musa propinat aquam.
Docta tuum scriptum brevitas commendat in ævum:
Vendibili vino non opus est hederâ.

CHRIST. WITTICHIUS,
Theologiæ Professor.

IN EXERCITATIONES
ejusdem Vaticinium.

Descriptâ radiis Vrbis imagine,
Quæ Pes Imperii Romulei foret
A parte Oceani stantis ad ostia
Rheni intenta Britanniæ,
Numagi nova pomæria condere
Cæsar cum cuperet Iulius editæ
Signatis spatiis Arcis & oppidi
Illecti Vahalis situ,
Ac fatum expeteret scire loci Latens;

Consultus solito more Quiritium
Vates condis, ait, Cæsar avi bonâ
Quod moliris opus novum;
Semper namque erit hoc oppidum in oppidis
Princeps Belga tuis, osque Sicambriæ
Magnique in Batavis fœdere mutuo
Iunctis Concilii caput:
Alis en! patulis hoc Aquila advolans
Commonstrat a *Rapidis hoc Leo cursibus*
Fælix auspicium duplice de plaga
Cælum quod dedit & Solum;
Assuetus propriis Regibus aut datis
A nobis Oriens serviat, integrâ
Libertate fruatur Batavus: sit &
Romani Populi potens
Frater, b *qui miseri mancipii loco*
Romanis habitus fractus & aspero
Delectu impositum vindice dexterâ
Quandoque excutiat jugum
Castra, O Grande Nefas! cum legionibus
Evertens, fera dum claßica Classicus c
Civilisque canunt ingenitæ inclyti
Libertatis adoreâ.
Musarum Comes & dux bonus Hercules
Ardet Castalias ducere Virgines

Missis

a Insignia Civitatis Neomagensis Impressus pectori Aquilæ bicipitis Leo cum inscriptione Cæloque Soloque.
b Querela Cl. Civilis ap. Tacit. Histor. 4.
c Classicus Præfectus alæ Treveror. in expeditione contra Romanos socius Civilis.

Missis Aöniis fontibus in nemus.
Sacrum d *nomine proximum*
Numago, quod erit, si Lachesi fides,
Dives Mercurii muneribus prius
Post & Palladiis artibus æmulum
Vrbi Cecropiæ, diu
Hermes cultus ubi culta Minervaque est
Æquali studio, e *tertia cui favet*
Virgo, Dia Iovi quam peperit Themis,
Cælo Astræa redux Parens
Legum; Legis enim ænigmatibus probe
Discussis ibi fœliciter eruet
Antistes Latii Iuris ab omnibus
Ius anfractibus, edocens
Quid Rubrica velit Massurii, duo-
Denæ quid Tabulæ obscurius indicent,
Laudet quid Capito propositi tenax,
Culpet quid Labeo f *novis*
Gaudens Ingenii divitis impetu,
Quid mores varii pro regionibus
Iuris præ placitis Cæsarii modo
Servent ingeniosius:
Fœlices Iuvenes docta recondere
Quos præcepta juvat pectoris in sinu
Aptosque efficiunt pulpita publicæ
Tractandæ utiliter Rei.

Tuque

d Pontano t'Ryxe Walt.
e Evincunt Statuæ Mercurii & Minervæ quas Hermathenas vocat Cicer. ad Attic. 2. Ep. 1.
f De quorum Secta Pomponius in l. 2. §. 47. D. de origine Juris.

Tuque O Macte Comes g Juridicæ Scholæ
Leges cui facili difficiles ſtylo
Enodaſſe fuat fas, Academiæ
Et deſiderium & decus.

g Præfectus, ſeu Judex ordinarius, ut vult Lindebr. in Gloſſario verb. Comes. Graphio probat Cod. lib. 12. Tit. 11. ubi de Comitib. Scholarum.

J. BORS, JC.

AD EUNDEM.

Quæ per legiferi ſpacioſa volumina Juris
Sunt ſparſa, & multis quæ ſinuoſa locis,
Colligis hic GREVI, dubios legumque receſſus
Pandis, dans faciles per ſalebroſa vias.
Ante quidem Baldi mirata eſt ſcripta Vetuſtas,
Poſteritas habet hic quod mage ſuſpiciat:
Omnia, quæ vaſto ſcripſere volumine Priſci,
Tradis in hoc culto conſpicienda libro;
Ergo novis partam ſcriptis extendere famam
Perge, inter doctos gloria magna Viros.

G. de MANDEVILLE,
Med. Doctor.

LI-

LIBER LOQUITUR.

Natus in urbe fui, qua Flevus mœnia Lymphis
Alluit, & quondam Paſtor abire ſolet.
Heic cunæ patuere meæ, ductuque Paterno
Incepi primum blæſulus ore loqui.
Sæpe palam Themidos recitans oracula Pubi,
Sic hoc paulatim Nobile crevit opus.
Crevit opus, mandorque typis, me læta Iuventus
Accipit, & multum fronte ſerena legit.
Qua ſe Pieriis pandit Marſatia campis,
Caſtaliiſque fluis Rhene bicornis aquis.
Firmior & poſtquam luſit mea lingua palato,
Atque loqui cœpi liberiore ſono:
Creſcit opus denuo, paucis adolevit & annis,
Doctorum cupit & ire per ora virûm:
Atque legi populis, Vahalis qua mœnia lymphis
Alluit, & Batavos Ius docet ipſa Themis.
Forſitan heic potero gnavæ placuiſſe Iuventæ,
Creſcet in immenſum & tempore majus opus.

THEOD. ROUKENS.

EXER-



EXERCITATIONVM AD Pandectarum loca difficiliora PRIMA,

RESPONDENTE

BERNHARDO à WELDEREN, *Tielâ-Gelro.*

EX TIT. DE JUSTITIA & JURE.

I. Ad *l.* 3.] Defensio adscribitur juri naturæ, quod natura omnia animantia docuit. *l.* 1. §. 11. *D. si quadrup. paup. l.* 45. §. 4. *D. ad l. Aquil.* Si nudus actus violentiæ propulsandæ inspiciatur: At eadem acceptò ferenda juri gentium. *h. l.* qua tenus adversus periculum se defendere permittit ratio naturalis, quæ modum defensioni præ scribit. *l.* 4. D. *ad l. Aquil.* quatenus cum moderamine inculpatæ tutelæ vim illatam propulsare licet. *l.* 1. *C. unde vi.* h. e. ut sit vis injusta atque injuriosa; non, quæ jure potestatis à Ma-

giſtratu fiunt, huc pertinent, juris enim executio non habet injuriam. *l.* 13. §. 1. *&* 6. *D. de Injur.* 2. Ut defenſio ſubſequatur in continenti, in ipſo actu, ἀὐθὺς, non ex intervallo. *l.* 1. §. 27. *l.* 3. §. 9. *D. de Vi & vi armat.* ut denique periculum fuga declinari non potuerit. *d. l.* 45. §. 4. §. 2. *Inſt. ad l. Aquil.* Nihil hic refert, qua ratione violentia propulſetur, armiſne an ſine armis, armiſne paribus an imparibus. *h. l.* anténe an poſt adverſarii ictum; melius enim eſt, occurrere in tempore, quam poſt exitum vindicare, verba ſunt *l.* 1. *in med. C. Quand. lic. unic. ſine jud.* defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur. *l.* 30. *C. ad l. Corn. de ſicar.* Cæterum qui dicit non occidendi animo hominem à ſe percuſſum eſſe, id probare debet. *l.* 1. *C. eod.* Ob pudicitiam etiam defendendam hominem occidere licet. *l.* 1. §. *pen. D. d. t. l.* 8. §. 2. *D. Quod met. cauſ.* Ob defenſionem bonorum non item, niſi periculum corporis ſit conjunctum. *l.* 52. §. 1. *D. ad l. Aquil.* Quomodo lex 12. tabb. furem noctu deprehenſum occidere permittit, ut tamen id ipſum cum clamore teſtificetur. *l.* 4. §. 1. *D. eod.* neque furi ſine periculo vitæ ſuæ parcere potuerit. *l.* 9. *D. ad l. Cornel. de Sicar.* quæ Placitum Hollandiæ promulgatum 16. *Decembr.* A. 1591. non requirit: *De weerjegens een nachtdief ofte vrouwen-krachter geſchied, werd gehouden voor een noodweer.* An ab aliis in vitæ diſcrimine conſtitutis vim illatam depellere, ac

ideò

ideò aggressorem interimere fas est? Id sane exigit cognatio quoque illa latissima, quam inter homines natura dicitur constituisse in *h. l.* ad *d. d. l.* 1. §. *pen.* D. *ad l. Cornel. de sicar. d. l.* 8. §. *fin.* D. *Quod met. caus. l.* 6. §. *pen.* D. *de Re milit.*

II. *Ad l.* 5.] Ex jure gentium institutæ sunt obligationes, exceptis quibusdam, quæ à jure civili sunt introductæ. *h. l.* Vulgatum est, hunc finem legis intelligi de Literarum obligatione, Stipulatione, Emphyteusi & Sponsalitia largitate seu donatione propter nuptias. Ego juri civili adscribo stipulationem, *arg. l. pen.* D. *de Solut.* pactum legitimum. *l.* 6. D. *de Pact.* ut in *l.* 6. C. *de Dot. promiss. l.* 35. §. 5. C. *de Donat.* & obligationem quamvis, quæ ex lege nova proficiscitur. *l. un.* D. *de Condict. ex l.* ut in *l.* 21. §. 1. D. *de Donat. l.* 28. D. *ad l. Iul. de adul. l.* 30. C. *de Inoff. testam.* Non donationem propter nuptias, quæ apud alias quoq; gentes fuit in usu, neque emphyteusin, quam Zeno à contractibus emptionis, venditionis, locationis, conductionis, sub quibus antea latebat, separavit. *l.* 1. C. *de Iur. emphyt.* Neque obligationem literarum, qualis propriè loquendo non est. vid. *infr. Exercit.* 25. *ass.* 7.

III. *Ad l.* 7.] Prætores Calendis Januariis, concione habita edicta proponebant non vi jurisdictionis, aut jure magistratus, cujus officium consistit in jure postulantibus reddendo & decernendo, neque etiam legislatoria auctoritate,

prætor enim contra leges facere non poteſt. *l.* 12. §. 4. *D. de Public. in rem act. l.* 12. *§.* 1. *D. de Bon. poſſeß. princ. Inſt. eod.* Verum quia jus civile anguſtiſſimis terminis concluſum, nonnunquam duriuſculum & aſperum videbatur; edicta autem prætorum ſummam æquitatem continebant, & utilitatem publicam concernebant; ſpeciali quadam indulgentia populus iis ſponte uſus eſt, atque obſervari voluit, non quidem in vim legis, ſed effectualis, ut loquuntur, obſervantiæ, & tandem juſſu Adriani Julianus omnium retrò prætorum edicta variè diſperſa in unum volumen redegit, unde jus dici cæpit perpetuò, atque inde Julianus edicti perpetui ordinator dicitur in *l. pen. C. de Condict. indeb.* Et poſtquam hæc edicta cum aliis legibus & JCtorum reſponſis in unum corpus ſunt redacta, parem ab Imperatore autoritatem acceperunt, ut nulla Juris civilis & prætorii differentia ſuperſit. Ad exemplum Juris prætorii interdum emendatur atque inflectitur Juris civilis aſperitas æquitate Juris Canonici, uti in *c.* 5. *Extr. de eo qui dux. in uxor. quam poll. per adulter. junct. Auth. ex complexu. C. de Inceſt. nupt.*

IV. *Ad l.* 9.] Populus ipſe ſibi jus conſtituit, *h. l.* §. 1. *Inſt. de Iur. nat. gent. & civ.* & in ſtatu populari legem propriiſſimè dictam facit. §. 4. *Inſt. eod.* Huc pertinet lex Decemviralis, *Iuſſus populi & ſuffragia ſunto. Quodcunque poſtremum populus jußit, id jus ratumque eſto.* Quod tamen tranſ-

translato in Principem lege Regia imperio mutatum est; tam conditor quam interpres legum solus Imperator exstimabitur. *l. fin. C. de ll.* Municipia igitur non possunt condere statuta, quæ jus commune lædant. *l. 3. §. 5. D. de sepulchr. viol.* aut quæ disponant de rebus ad eorum administrationem non pertinentibus, *arg. l. fin. D. de Colleg. & Corpor.* nisi speciali privilegio & indulgentia Superioris civitates jus tale habeant. *l. 9. C. de Testam.* Quomodo Antiocheni privilegia à Principibus acceperunt, & inter alia jus illud tacitæ hypothecæ in *l. 37. D. de Reb. autor. jud. possid.* quod respublicæ & civitates reliquæ non habent. *l. 8. D. Qui pot. in pign.* De iis autem quæ concernunt administrationem rerum ad civitatem pertinentium, municipia statuere non prohibentur, quæ quasi per modum conventionis alicujus sustinentur, quemadmodum collegia licita de iis, quæ ad artem eorum pertinent, *arg. l. fin. D. de Colleg.* neque hic consensum Principis requiri evincunt tot loca, quæ simpliciter mentionem faciunt legis municipii. *l. 2. §. fin. D. Ad leg. municip. l. 3. §. 4. D. Quod vi aut clam. l. 1. C. de Emancipat. liber.*

V. *Ad l. pen.*] Prætor jus reddere dicitur, etiam cum iniquè decernit. *h. l.* quatenus sententia hæc iniqua, quæ jus litigatoris concernit, non est ipso jure nulla, & si remedium appellationis non adhibeatur, res judicata pro veritate habetur. *l. 207. D. de R. I. l. 65. §. 2. D. ad SC. Trebell.*

bell. Quando autem expreſſe contra juris rigorem, contra ſacras conſtitutiones & leges ſententia pronuntiatur, citra appellationem ipſo jure eſt nulla. *l.* 19. *D. de Appellat. l.* 1. §. 2. *D. Quæ ſent. ſine appell.* non debet factum prætoris juri derogare. *l.* 1. §. 1. *in fin. D. de Fer.* neque tales ſententiæ in aliorum judicum vitium extenduntur. *l.* 13. *C. de Sentent.* Ita prætor male judicavit in *l.* 11. §. 2. *D. de Minor. l.* 78. §. *pen. D. de Legat.* 3. *l.* 37. *D. de Excuſat. tut.* Moribus à ſententia etiam ipſo jure nulla appellatur niſi nullitas ſententiæ originem trahat ex defectu jurisdictionis; Verum ſi à magiſtratu appellari nequeat, ceſſante ordinario appellationis remedio extraordinarium reſtitutionis beneficium obtinet, quod à Principe, vel qui hodie eum repræſentant, impetrari ſolet.

DE ORIGINE JURIS.

VI. *Ad l.* 2. §. 6.] Actionum originem adſcribo juri gentium, non ob *l.* 22. §. 5. *D. Mandat. l.* 25. *D. Rer. amot.* ſed quà actionum forma eſſentialis conſideratur, quæ ſimpliciter conſiſtit in perſecutione ejus quod nobis debetur; etenim ante leges 12. tabb. fuerunt magiſtratus (non obſtante §. 11. *Inſt. de R. D.*) judicia, & obligationes, quarum citra actiones & perſequendi remedia nullus uſus fuiſſet: Hoc quoque alias abſurdum ſequeretur, quod urbs Roma totis trecentis annis (tot enim annis legem 12. tabb.

tabb. post U. C. latam fuisse docent Historiæ) actionibus caruisset. Verum lex 12. tabb. adinvenit certas & solennes agendi formulas, quo sensu juri civ. acceptò feruntur legis actiones *h.* §. quæ erant formulæ verborum solemnium, à quibus non licebat recedere in petitionibus, persecutionibus, conventionibus, adoptionibus, executionibus, erantque in penetralibus Pontificum reconditæ. *h.* §. sed & prætoribus postmodum autoritas dandæ actionis fuit concessa. *l.* 15. §. 28. *D. Damn. infect. l.* 3. *in pr. D. de N. G. l.* 1. §. 1. *D. de Dol. mal.* Hæ juris formulæ aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus à Constantino sunt sublatæ in *l.* 1. *C. de Formul. sublat.* sublatus quoque judicum Pedaneorum dandorum mos. *l.* 2. *C. de Pedan. judic.* judicia ita omnia sunt facta extraordinaria. §. *ult. Inst. de Interdict.* Nomen item legis actionis tributum actibus voluntariæ jurisdictionis. *l.* 2. §. 1. *& l. seq. D. de Offic. proconf. l.* 4. *D. de Adopt. l.* 1. *C. eod.*

VII. *Ad ejusd. l.* §. 23. *&* 32.] Merum imperium non est ἀκόλουθον ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, non competit magistratui jure magistratus, sed defertur specialiter lege, SCto, vel Principum constitutione. *l.* 1. *in pr. D. de Offic. ej. cui est mand. jurisd.* non tantum magistratui, sed & privato, & cui inquisitio illa de crimine nominatim demandata erat, is quæstor parricidii dicebatur. *h.* §. 23. judex quæstionis, quæsitor scelerum & magistra-

tui opponebatur. *l. 1. in pr. & §. 1. D. ad l. Cornel. de ſicar.* Non tamen ideo quæſtor parricidii fiebat magiſtratus, quà jus illud coërcendi non accipiebat jure magiſtratus, ſed extrinſecus ex ſpeciali conceſſione adveniebat, licet non negem, eum cui in genere & univerſim cognitio criminum committitur, ut de cauſis adulterii, homicidii, parricidii cognoſcat & decernat, ſano ſenſu magiſtratus quandam naturam induere. Cornelius item Sylla quæſtiones publicas conſtituit, de falſo, de parricidio, de ſicariis, quæ mandabantur prætoribus in annos ſingulos. *h.* §. 32. Moribus jus meri imperii ſolet eſſe pars ordinariæ juriſdictionis; quod tamen non eſt univerſale.

DE LEGIBUS.

VIII. *Ad l. 1.*] Lex quoque eſt delictorum, quæ ſponte vel ignorantia contrahuntur, coërcitio, *ἐπανόρθωμα τῶν ἑκουσίων, καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων. h. l.* lex igitur coërcet delicta non tantum quæ ex ſolo propoſito, affectu & dolo malo admittuntur, ſed & quæ per ignorantiam; coërcet ſæpè culpam & errorem & caſum. Non parcit ignorantiæ juris naturalis. *l. 2. C. de In jus voc.* quæ planè inexcuſabilis eſt. *l. ult.* §. 5. *& 6. D. de Publican.* aut quæ cum culpa conſilioque & exemplo malo conjuncta eſt. *l. 2. D. de Termin. mot. l. 5. §. 1. D. de Serv. corrupt. l. 21. §. 2. D. de Furt. l. 18. §. 3. D. de Injur. l. 38. §.*

5. D.

5. *D. de Pœn.* ſub culpa etiam negligentia & laſcivia continetur, *l.* 4. *§.* 1. *D.* 3. *ad l. Cornel. de ſicar. l. pen. D. de Incend. ruin. naufr.* Ita & caſu quandoque & ignoranter quid fieri dicitur, quod culpa ſit. *l.* 9. *D. eod. l.* 5. *§. fin. l.* 28. *§.* 12. *D. de Pœn.* quomodo apud Græcos exilio voluntario fortuiti caſus luebantur. *l.* 16. §. 8. *D. eod.* Verum legibus noſtris crimina ſolo caſu fortuito & merâ facti ignorantiâ commiſſa non vindicantur. *d. l. pen. D. de incend. ruin. §.* 3. *Inſt. ad l. Aquil. l.* 2. *D. de Termin. mot.*

IX. *Ad l.* 3. 4. 5. 6. *&* 22.] Cum in præteritum lex quid indulget, in futurum vetat. *h. l.* 22. Leges & Conſtitutiones futuris dant formam negotiis, nec ad facta præterita revocantur. *l.* 7. *C. h. t.* calumnias præteritas non excitant. *l.* 65. *in fin. C. de Decurion. lib.* 10. *l.* 12. *C. de Suis & legit. her.* niſi nominatim & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis cautum ſit. *d. l.* 7. *l. fin. C. de Pact. pign. l.* 1. *in fin. C. de Contract. jud. Nov.* 99. *c.* 1. *§.* 2. Et, quia facta, ſuper quibus leges feruntur, ſunt infinita, impoſſibile eſt, ut caſus omnes ſingulares, quos natura novos edere deproperat, ut loquitur Feudiſta *in C. un. §.* 2. *verſ. prædictis. Quæ fu. prim. cauſ. benef. amitt.* legibus includantur, feruntur ideo leges de iis, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ut plurimum, non, quæ ἐκ παραλόγου, ex inopinato accidunt; quæ ſemel aut bis exiſtunt, præterire ſolent legiſlatores. *h. l.* 3. *&* 3. *ſeqq.* niſi diverſum placuerit,

quò pertinent Reſcripta Impp. & Reſponſa JCtorum, qui de caſibus ſingularibus & raró contingentibus conſulti reſponderunt. *l.* 7. *§.* 3. *D. de A. R. D. §. 22. Inſt. de R. D. l. 12. C. de Legit. hered. l. 12. C. de Donat. ante-nupt. l. 3. D. Si pars hered. pet.*

X. *Ad l. 9. & 37.*] Non ambigitur Senatum jus facere poſſe; verba ſunt *h. l. 9.* Rationem ſuppeditat Pompon. in *l. 2. §. 9. D. de O. I.* & Juſtinian. *§. 5. Inſt. de Iur. nat. gent.* quod difficilè plebs, & difficilius populus univerſus in tanta hominum multitudine convenire poſſet, & neceſſitas ipſa Reip. curam ad Senatum deduxiſſet; quod tamen meritò in dubium vocatur, maxime ſi id ita interpretemur, placuiſſe τὴν σύγκλητον μόνην νομοθετεῖν, ut Senatus per ſe ſolus leges ſanciret; Nam in ſtatu populari tacito populi conſenſu inductum eſt, ut quod feciſſet, aut ſtatuiſſet Senatus, vim legis haberet, quæ tamen SCta cenſuræ populi obnoxia fuere, quique ea pro libitu reſcindere potuit. Neque occupatâ Rep. & omni imperio in Principem tranſlato Senatui juris condendi poteſtas competiit, licet precaria quadam auctoritate, conniventia ac permiſſu Impp. vim principatus ſibi firmantium, imò plerumque præcedente oratione Principis, Senatus munia ſua obierit, atque SCta fecerit. vid. *l. 8. D. de Tranſaction. l. 20. §. 6. & l. 21. D. de Petit. hered. l. 32. D. de Donat. int. vir. & uxor.* Moribus item hodiernis ſupremi Sena-

Senatus ſententiæ vim legis non habent, ſed in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur, rerum perpetuò ſimiliter judicatarum auctoritas vim legis obtinere debet. *h. l.* 37.

XI. *Ad l.* 12. *& ſeq.*] Ubi conſtat legiſlatorem plus voluiſſe, quam verbis expreſſit, hîc eſt officium JCti & ejus qui præeſt juriſdictioni per interpretationem extenſivam verba juris ſcripti ad caſus ſimiles producere. *hh. ll.* per artem æquitatis non cerebrinæ, ſed quæ aliis informetur legibus, ubi eadem æquitas, eadem ratio eadem jura expoſtulet. *l.* 32. *D. ad l. Aquil. l.* 30. *D. de N. G. l.* 7. §. 2. *D. de Iuriſd. l.* 16. *D. de Sponſal. l.* 4. *D. de Fund. dot. l.* 3. §. 29. *D. ad SC. Tertull.* Et hoc procedit, quando verſamur in jure communi, quæ enim propria & ſingulari ratione propter utilitatem aliquam certis in perſonis & cauſis recepta ſunt, ea ſicut ad conſequentias non producuntur, ita nec ab iis ad deciſionem cauſarum ſimilium argumentari licet. *l.* 14. *D. h. t.* atq; hoc innuit JC. in *l. ſeq.* quod in his, quæ contra rationem juris ſunt conſtituta, non poſſimus ſequi regulam juris, neque ea extra terminos extendere debeamus: Extenſio quoque iſta locum non obtinet, quando Impp. Conſtitutionibus, & JCtorum reſponſis inſeruntur particulæ taxativæ, reſtrictivæ, *tantum, tantummodo, duntaxat. l. fin. C. de Revoc. donat.* quo pertinet *Nov.* 115. *c.* 3. *circ. princ.* neque tamen hoc eſt univerſale; ut liquet ex collatione *l.* 16. *D. de uſucap. cum l.*

15. §.

15. §. 2. D. *Qui satisd. cog.* & *l.* 22. §. 1. D. *de Nox. act.*

XII. *Ad l.* 31.] Princeps solutus est legibus. *h.l.* quibuscunque civilibus & positivis, non, ex interpretatione quorundam Græcorum, solis pœnalibus, veluti Julia & Papia & aliis hujusmodi, quæ pœnas irrogarent, sed Principes ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεως εἰσὶ καὶ οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχονται, liberi sunt ab omni necessaria sanctione juris, & nullis legibus scriptis tenentur. add. *l.* 1. *in fin. D. de Offic. procurat. cæs. l.* 56. *D. de legat.* 2. *l.* 26. *C. de Donat. int. vir.* & *uxor. l.* 19. *C. de Testam.* Illud tamen bonorum Principum officium est, ut sponte principatum legibus submittant, uti hoc exemplo ad eas servandas subditi invitentur, qui sanè, quas ab ipso Principe leges contemni videbunt, nec ipsi lubenter parebunt: quò pertinent, quæ de Imperatore Frederico canit Poëta:

Nam nihil, ut verum fatear, magis esse decorum,
Aut regale puto, quam legis jure solutum,
Sponte tamen legi sese supponere Regem.

Et Imp. in §. *fin. Inst. Quib. mod. testam. infirm.* licet, inquit, legibus soluti simus, attamen legibus vivimus. jung. *l.* 23. *D. de legat.* 3. *l.* 4. & 9. *C. h. t.* Huc ref. *l.* 8. §. 2. *D. de Inoffic. testam. l.* 4. *C. ad l. Falcid.*

XIII. *Ad l.* 32. §. 1.] Leges non solum suffragio legislatoris, sed & tacito consensu per desuetudinem

tudinem abrogantur. *h.* §. Verùm non habet consuetudo hanc prærogativam, ut rationem vel legem vincere vel majorem vim quam lex habere possit, quin contraria lege infirmari nequeat. *l.* 2. C. *Quæ sit long. consuetud.* Non est dissimilis locutio Feudistæ in *c. un. de Feud. cognit.* Legum, ait, Romanarum non est vilis auctoritas, sed non adeò vim suam extendunt, ut aut usum vincant aut mores. Consuetudo igitur imitatur legem. *§.9. Inst. de Iur. nat. gent. & civ.* modò adsit frequentia actuum judicialium aut extrajudicialium; licet de tacito consensu magis constet, si contradictorio judicio sint firmati. *l.* 34. *D.h.t.* Requiritur insuper decursus temporis, intra quod actus isti sint exerciti, unde dicitur longa consuetudo, *l.* 35. *D. h. t.* inveterata. *h.* §. diuturni mores. *d. §.* 9. Temporis autem quantitas, quia in jure determinata non extat, arbitrio judicis relinqui solet, *arg. l.* 1. *§. ult. D. de Iur. delib.* Controvertitur, an rationabilitas, ut loquuntur, requiratur? Affirmant, quia quod non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet. *l.* 39. *D. h. t.* Ego quoque consuetudinem, de cujus ratione non constat, servandam esse judico; tolerabilia sunt quæ vetus consuetudo comprobat. *l.* 13. *in fin. D. de Pollicitat.* add. *l.* 20. 21. *&* 23. *D. h. t. l.* 2. *D. de Constitut. Princ.*

DE CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM.

XIV. *Ad l. 1. §. 1.*] Interlocutio, διαλαλία, interfatum, quod Princeps in uno negotio extrinſecus protulit, non cognitionaliter, non ſuſceptâ cognitione, non hoc animo, ut id vim legis habeat, non præjudicat in commune, neque legis vim obtinet. *l. 3. in fin. C. de ll.* ſecus eſt, ſi in genere & in univerſum animo legis ſanciendæ interloquatur. *h. §. 1.* In rebus enim judicandis videndum eſt, an Principi animus fuerit, τὸ κελευθὲν ποιεῖν νομοθέτημα.

XV. *Ad eund. §.*] Princeps de negotiis privatorum civilibus jus reddidit pro tribunali, poſtulationibus vacavit, cauſas cognitionaliter examinavit, ſententias pronuntiavit. *h. §. l. 3. D. de His quæ in teſtam. del. l. ult. C. de ll.* Sed de iis duntaxat cauſis, quas Imperiali cognitione dignas exiſtimavit; Ita ſuper fideicommiſſo magnæ quantitatis cognovit Divus Commodus *l. 26. D. de Probat.* Neque tamen illa cognitio extraordinaria venit nomine juriſdictionis, nec Princeps cognovit, decrevit, pronuntiavit vi juriſdictionis, verum vi ſummæ poteſtatis, quæ efficit, ut hæ cognitiones & decreta inter ſpecies juris ſcripti & Conſtitutionum referantur, ut, quod ita Principi placuit, legis vigorem habeat. *d. l. ult. §. 6. Inſt. de Iur. nat. gent. & civ.*

DE

DE STATU HOMINUM.

XVI. *Ad l. 7. 14. 18. & 26.*] Qui eſt in utero in toto pœnè jure civili pro jam nato habetur. *h. l. 26.* ſed quoties de ipſius poſthumi commodo agitur; ita ſpeciali favore partus, ſi mater ſit damnata ultimo ſupplicio pœna ſuſpenditur. *h. l. 18. l. 3. in fin. D. de Pœn.* Aliis vero non prodeſt poſthumus niſi jam natus. *h. l. 7. l. 231. D. de V. S.* veluti in acquirendo jure trium liberorum ex SCto Tertulliano, in *l. 2. D. de SC. Tertull.* in parente excuſando à tutela propter numerum liberorum. *l. 2. §. 6. D. de Excuſ. tut.* Interdum etiam nulla cogit neceſſitas, ut eum pro jam nato habeamus, veluti ubi de collatione agitur, antequam enim naſcatur ad hereditatem non admittitur, neque ei confertur, quod incertum ſit, an ſit naſciturus. *l. ult. D. de Collation.* Similiter liberi, qui contra formam humani generis converſo more procreantur (quem partum Græci ἑτερομορφίαν vocant) non ſunt dicendi liberi. *h. l. 14.* nec in prædicto SCto Tertull. matri proſunt. *Paul. 4. Sentent. tit. 9.* Contrarium eſt in l. Papia, quæ orbas eorum, quæ in teſtamento ſunt relicta, ſemiſſe mulctat, adeoque eſt odioſa, atque hinc partus monſtroſus vel prodigioſus non nocet matri, neque hîc ei imputatur, quod fataliter acceſſit. *l. 135. D. de V. S.* Plus favent jura his, qui de damno vitando, quam de lucro captando certant. *l. ult. §. 5. C. de Iur. delib.* De

mon-

monstrosis partubus illicò interficiendis legem tulit Romulus; Idem invenio in hac lege 12. tabb. *Monstrosos partus sine fraude cædunto.* Moribus quoque hodiernis partus portentosi consensu magistratuum suffocari solent.

XVII. *Ad l.* 12.] Septimo mense nasci partum perfectum receptum est, ut filius sit justus, qui septimo mense natus est. *h. l.* Partus autem ita pro legitimo habebitur, non tantum qui perfecto eo mense, sed & qui sub initium ejus mensis editus est, veluti die 182. *l.* 3. *§. fin. D. de Suis & legit. her.* quomodo singulis mensibus dies triginta attribuuntur; Alibi partus legitimus significatur, qui nascitur intra decem menses; ita fuit cautum legibus decemviralibus, *ut si qua mulier post viri mortem in decem mensibus proximis pareret, qui quæve ex ea nasceretur, suus, suave in viri familia esset.* quò pertinet formula testatorum, *si filius vel filia intra decem mensium spatium, post mortem meam editi fuerint, heredes sunto. l.* 29. *in pr. D. de liber.. & posthum. l. ult. C. eod. l. ult. D. de Fideicommiss. lib.* Post decem menses mortis natus non admittitur ad legitimam hereditatem. *d. l.* 3. *§. pen. D. de suis & legit. hered.* Verum ex decreto quodam Adriani partus legitimus est, si sub initium mensis undecimi, non si sub finem edatur, quod confirmari putant *Nov.* 39. *c.* 2. sed argumentum, quod ex *d. c.* 2. à sensu contrario depromitur, non abrogat decisionem *d. l.* 3. Mores concordant: licet partus mense undecimo,

& ali-

& aliquando duodecimo editus ad ſucceſſionem legitimam admiſſus fuerit.

DE HIS QUI SUNT SUI VEL ALIENI JURIS.

XVIII. *Ad l. 3.*] Patria poteſtas adſcribenda eſt Juri gentium, ſi quidem per ſe, ſimpliciter, abſolute, & indefinitè conſideretur, *arg. l.* 1. *§. fin. & l. ſeq.* D. *de* I. *&* I. *l.* 195. §. 2. D. *de V.S.* At eadem eſt Juris civilis, quà propter qualitates ab eodem Jure ſuperadditas & effectus adinventos nullæ aliæ gentes talem in liberos poteſtatem habere dicuntur, qualem cives Romani. *h. l.* Effectus iſti patent in Jure acquirendi per filium, in teſtamenti factione, in ſubſtitutionibus, & paſſim in materiis aliis in progreſſu occurrent. Moribus hodiernis poteſtas patria fere cum omnibus effectibus eſt ſublata; retinuere quidem effectus aliquot, ſed qui potiſſimum in eo conſiſtant, ut liberi parentibus ſuis reverentiam atque obſequium exhibeant, & auctoritatem eorundem in negotiis quibuſdam deſiderent. Sed apud Friſios, qui jus civile imitari ſolent, poteſtas patria cum effectibus plerisque in Jure enumeratis durat.

XIX. *Ad l. 9.*] In iis, quæ publici Juris eſſe dicuntur, ut in teſtamenti factione. *l.* 3. D. *Qui teſtam. fac. poſſ.* filiusfam. non eſt pro patrefam. *l.* 6. D. *eod.* At quatenus eſt in exercitio muneris publici, veluti, ut Magiſtratum gerat,

ut tutor detur, loco patrisf. habetur. *h. l. pr. Inst. Qui testam. tut. dar.* Unde in causis privatis patris judicandi munere fungitur. *l.77. & seq. D. de Iudic.* potestque patrem cogere, ut adeat hereditatem. *l. 13. D. Ad SC. Trebell.* In reliquis autem effectibus plerisque manet salva potestas patria, & filius etiam qui publicum munus gerit, non est sui juris; Excepta fuit Dignitas Patriciatus quâ filiif. planè eximuntur potestati patriæ. *l. ult. C. de Consul. lib. 12. §. 4. Inst. Quib. mod. jus patr. potest. solv.* quod Jure novissimo porrectum est ad eas dignitates, quæ à Curia liberant, veluti ad Consulatum, Præfecturam urbicam, Præturam, Magisterium militum & Episcopatum. *Nov. 81. in pr. c. 1. & 3. Auth. sed Episcopalis. C. de Episcop. & cler.* Moribus simplici sacerdotio solvitur potestas patria.

DE ADOPTIONIBUS.

XX. *Ad l. 1.*] Filiosfam. etiam faciunt adoptiones. *h. l. Dd.* casus excipiunt tres, quibus adoptio non adferat patriam potestatem, si fœmina adoptaverit ex indulgentia Principis, si dominus servum adoptaverit, si fiat adoptio ab extraneo: Priores sunt manifesti. §. 10. *& ult. Inst. h. t.* Posteriorem probare solent ex *l.* 10. *C. eod.* Sed si *d. l.* 10. penitius examinetur, contrarium non obscurè deducetur ex *med. pr.* ibi, *quasi non fuisset in alienam familiam translatus*, & ex §. 1. ubi filius datus in adoptionem extraneo

dicitur

dicitur emancipari; quæ eſt nota diſſolutionis patriæ poteſtatis. *§. 6. Inſt. Quib. mod. ſolv. jus pot. patr.* Cæterum hæc poteſtas eſt minus plena, neque tam arcta, quam ea quæ fit ab adſcendenti paterno vel materno. Non enim poteſt filius ab extraneo adoptatus, ab eoque præteritus teſtamentum ejus nullum dicere, non ſuccedit cognatis patris adoptivi, non conſequitur pater uſumfructum bonorum filii adoptivi adventitiorum. *d. l.* 10. §. 1. atque ita in poteſtate hujus patris adoptivi eſſe non videtur, quo modo §. 1. *Inſt. h. t.* ex *d. l.* 10. explicandus eſt. Hodie adoptiones ab uſu receſſerunt, Friſii hîc iterum excipiuntur. Eſt quoque ſpecies adoptionis inter Germanos uſitata, præſertim in familia nobilium, quæ vocatur unio prolium, quando liberi prioris matrimonii in pactis antenuptialibus parentum ſuorum ad ſecunda vota convolantium quaſi communicantur inter ipſos, & invicem adoptantur. Cui contrarium eſt pactum Juris Feudiſtici, ſi matrimonium fuerit contractum ad Morganaticam, *h. e.* ſi eâ conditione pater uxorem ſecundam acceperit, ut liberi inde nati à ſucceſſione feudi excluderentur. C. *un. de Fil. nat. ex matrim. ad Morgan.* C. *un. §.* 5. *verſ. filii nati. Si de feud. defunct. controverſ.*

XXI. *Ad l.* 17. *in pr. & l.* 32. §. 1.] Qui tutelam vel curam alicujus adminiſtravit, eundem adrogare prohibetur, ne forte eum ideo adroget, ne rationes reddat. *h. l.* 17. excipitur vi-

tricus tutor, cui privignum ſuum adoptare permittitur. *h.* §. 1. quia veriſimile eſt, eum affectione ſancta moveri ad privignum eundemque pupillum ſuum adrogandum, & ſi pubes factus, non expedire ſibi in ejus poteſtatem redigi probaverit, vitricus adoptivus pater eum emancipare cogitur, atque ita priſtinum jus recuperabit. *l.* 33. *D. h. t.* Quid ſi tutor adhuc actu tutelam adminiſtret, an pupillum regulariter adoptare poteſt? Nequaquam, ratio manet eadem, ex quo enim tempore attigit bona pupilli, obnoxius & obſtrictus eſſe cæpit rationibus reddendis, licet durante tutela actio tutelæ nondum nata eſſe videatur, *arg. l.* 4. §. *ult. & l. ſeq. D. de Tutel. & rat. diſtrah.*

XXII. *Ad eand. l.* 17. §. 3. *& l.* 22. §. 1.] Adrogari antea non poterat, niſi jam veſticeps, qui jam veſtitus eſt pubertate, ne in poteſtate tutorum eſſet, liberum caput, αὐτεξούσιον, alienæ ditioni ſubjicere; hodie vero ex Conſtitutione D. Antonini Pii etiam inveſticeps, inveſtis, impubes adrogatur, ſed causâ cognitâ, in quam venit, an non permitti debeat ei, qui vel unum habebit, vel plures liberos, adoptare alium, ne vel illorum, quos juſtis nuptiis procreavit, deminuatur ſpes, quam unusquisque liberorum obſequio paret ſibi. *h.* §. 3. Quamobrē quarta, quæ juxta Pii Conſtitutionem detrahitur ex omnibus bonis, quæ parens adrogator tempore mortis reliquit. *l. fin. D. Quæ in fraud. patron.* non eſt omnium

mnium bonorum, ſed quarta portionis ab inteſtato debitæ, licet ad exemplum quartæ legitimariæ in *l. 6. C. De Inoffic. teſtam.* quarta bonorum dicatur in *l. 2. C. de Adopt.* Hodie in locum quartæ & hîc ſucceſſit triens vel ſemis, *arg. Nov. 18. c. 1.* etiamſi liberi adrogati exheredati, aut ſine juſta cauſa emancipati à querela teſtamenti inofficioſi removeantur. *l. 8. §. 15. D. de Inoffic. teſtam.* An adrogator filio impuberi adrogato in ſola quarta pupillariter ſubſtituere poteſt? Affirm. quando nihil pervenit ad pupillum, *h. §. 1.* ſed ſi v. g. ex donationibus amicorum aut cognatorum quidpiam obvenerit adrogato, hoc omne ad ſubſtitutum pertinebit. *l. 10. §. 6. D. de Vulgar. ſubſtit.*

XXIII. *Ad l. 23.*] Adoptio non adfert jus ſanguinis, quod naturale eſt, ſed jus agnationis. *h. l.* (quod etiam vocatur jus conſanguinitatis. *l. 44. D. h. t.* ſeu fraternitatis. *l. 13. C. de Probat.*) niſi ei, cui in adoptionem datur, adgnaſcatur, quomodo ei cognatus ſit. *h. l. l. 1. §. 4. D. Vnde cognat.* Et per adoptionem dignitas augetur. *l. 35. D. h. t.* ac quæritur. *l. 13. D. eod.* veluti Senatoria. *l. 5. 6. & 10. D. de Senator.* Decurionatus. *l. 4. C. de Decur. lib. 10.* Neque tamen liberi adoptati per omnia adſimilantur iis, qui ex legitimo matrimonio ſunt nati; Fideicommiſſum enim à filiis relictum, *ſi ſine liberis*, adoptionis commento non excluditur. *l. 71. D. de C. & D.* nec ſuccedunt liberi adoptivi in feudis. *c. un. §.*

 4. *verſ.*

4. *verſ. adoptivus*, *Si de feud. defunct. controv.* Dubitatur, an plebeius à nobili adoptatus nobilitatem conſequatur? Non videtur.

DE RERUM DIVISIONE.

XXIV. *Ad l.* 1.] Quæ ſunt univerſitatis, ſunt nullius in bonis, *h. l.* non ſunt ſingulorum. §. 6. *Inſt. h. t.* municipes per ſe nihil poſſident. *l.* 1. *§. fin. D. de A. P.* unde quod debetur univerſitati, non debetur ſingulis, nec quod debet univerſitas, debent ſinguli, uti civis ob debitum civitatis conveniri, ant arreſtari hodie nequeat. *l.* 7. §. 1. *D. Quod cuj. univerſ. nom.* Bona item civitatum abuſivè publica dicuntur. *l.* 15. 17. *D. de V. S.* & privatorum loco habentur, quà opponuntur rebus populi Romani. *d. l.* 15. *& ſeq. D. de V. S.* Ipſæ quoque civitates privatorum Jure cenſentur. *l.* 15. *D. de SC. Maced. l.* 81. *D. de Furt.* aliquando tamen melioris conditionis ſunt civitates, quam privati. *l.* 27. *D. de R. C. l.* 30. *D. de Vſur. l.* 1. *D. de Pollicitat. l.* 4. *C. Quib. ex cauſ. maj.*

XXV. *Ad l.* 2. §. 1. *& l.* 6.] Mare & per hoc litora maris ſunt communia: *h. §.* 1. Unde piſcantibus, qui nec habent animum morandi & habitandi, caſam in litore ponere, in quam ſe recipiant, liberum eſt. *l.* 5. *§.* 1. *D. h. t.* & ſi alius in litore ædificaverit, ædificantis id proprium eſt, & propter occupationem ſoli dominus conſtituitur, quamdiu occupatio durat; qua ceſſante

te locus in priſtinam cauſam quaſi Jure poſtliminii redit. *h. l. 6.* Sed juriſdictionem & imperium in litora maris uſurpat populus Romanus, cujus eſt, tuta ea reddere ab improborum injuriis, quo reſpectu litora ſunt populi Romani. *l. 3. D. Ne quid loc. public.* & littus dicitur publicum in *l. 50. D. de A. R. D.* ubi tamen decretum prætoris adhibendum eſſe, ut in litore aut mari ædificare liceat, aſſerit JC. Probabile eſt pro *prætoris* legendum *Principis*, cujus quoque conſenſus requiritur, ut in publico loco ædificare liceat. *l. 2. §. 16. D. Ne quid in loc. publ.* Diſputari ſolet, an à piſcantibus in mari liceat exigere decimas piſcium, aut prætαernavigantes conſtringere ad alicujus vectigalis ſolutionem? Neg. *arg. h. l. 2.* Add. *l. 13. D. Commun. præd.* cujus verba ſic habent, *mari, quod natura omnibus patet, privatâ lege ſervitus imponi non poteſt.*

XXVI. *Ad l. 4. §. 1. & l. 5.*] Flumina omnia penè ſunt publica. *h. §.* quod propter particulam *penè* reſtringitur ad flumina perennia, torrentia non ſunt publica, vid. *l. 1. §. 2. D. de Flumin.* Ripa quoque fluminis, ſi ſtrictius ſumatur pro ſola fluminis & terræ extremitate, eſt publica, ſicut flumen. *l. 3. in princ. D. de Flumin.* ſin latius, ut etiam terram comprehendat, quæ proximè flumen eſt, proprietas pertinet ad vicinos poſſeſſores. *h. l. 5. §. 4. Inſt. h. t.*

XXVII. *Ad d. l. 6. §. p. & ult.*] Locum religioſum facit unusquisque, dum mortuum infert

fert in locum ſuum. *h.* §. *p.* in locum purum non licet inferre extraneum, citra omnium ſociorum conſenſum. *l.* 41. *D. de Relig.* Si tamen, qui invito ſocio mortuum inferre vult, prohibeatur, propter favorem religionis interdicto de mortuo inferendo experietur. *l.* 43. *D. eod.* Moribus Chriſtianis corpora humari debent vel in templis vel in cæmeteriis; hi ſunt fines ſepultuarii, quos ubique olim in locis religioſis habuit profana vetuſtas. Cenotaphium, tumulus inanis, funus imaginarium, non eſt locus religioſus, uti reſcripſerunt D. Fratres in *l.* 6. §. *fin.* D. *de Relig.* quod etiam reſcriptum extat in *l.* 7. *D.h.t.* & hi conſiderarunt vocabuli proprietatem, locus enim dicitur religioſus, quatenus corpus humatum eſt *l.* 2. §. 5. *D. de Relig.* vel ubi conditum eſt caput, pars hominis principalis. *l.* 44. *D. eod.* Abuſivè igitur locus ille vacuus deſtinatus ſepulturæ corporis humani religioſus dicitur in *h.* §. *fin.*

XXVIII. *Ad l. fin.*] Qui violavit muros civitatis (per excellentiam Romæ, *arg.* §. 2. *Inſt. de I. N. G. & C.*) tenetur pœna capitis. §. 10. *Inſt. h. t.* hoſtile ac abominandum eſt, cives Romanos alia quam per portam egredi. *h. l.* An igitur qui tranſcendit muros municipiorum, in quibus etiam muri dicuntur ſancti. *l.* 8. §. 2. *D. h. t.* eâdem capitali pœnâ tenebitur? Pro delicti ratione talem extra ordinem ſeu arbitrariè puniendum judico, *arg. h. l. fin.* Conveniunt mores.

DE

DE SENATORIBUS.

XXIX. *Ad l.* 5. *&* 7.] Affinis fuit Senatorum & Decurionum dignitas; illi Romæ in celebri totius orbis theatro verſabantur, hi in municipiis eundem, ſed ἀναλογικῶς, honorum fructum obtinebant, atque legibus vocati ſunt minor Senatus, Curiæ Senatores. *l.* 33. *C. de Decur. lib.* 10. & ſimpliciter Curiales. *l.* 25. *&* 34. *C. eod.* v. g. Ut ſenatoribus orti Patricii, nobiles erant, & plebejis opponebantur. *t. h. t.* ita quoque Decurionum honoribus plebeii fungi prohibentur. *l.* 7. *D. de Decur.* uti filii Senatorum paternæ laudis velut heredes eximio quodam nobilitatis Jure cenſebantur. *l.* 6. *& ſeqq. h. t.* ita & Decurionum liberi. *l.* 36. *C. de Decur.* Uti filii ſenatorum ante dignitatem Senatoriam ſuſcepti dicuntur privati, ſed honores & privilegia Clariſſimorum iis non denegantur. *l.* 11. *C. de Dignitat. lib.* 12. & licet non ſint nati ex Senatore, pro filiis tamen Senatoris ex benigna interpretatione habentur. *h. l.* 5. ita & filii Decurionum, filii patronorum fiſci ante ſuſcepti. *l.* 2. §. 2. *D. de Decur. l. fin. C. eod.* Uti autem ſenatores, ſic & liberi eorum, lege Julia de maritandis ordinibus, libertinas uxores ducere vetantur; quod etiam ad nepotem Senatoris extenditur. *l.* 44. *D. de R. N.* etiamſi pater ante conceptionem hujus amiſerit dignitatem, ut avi dignitas ei magis proſit, quam obſit caſus

patris. *h. l. 7. §. fin.* Verum in quæstionibus & torturis privilegium nepoti, si patrem violati pudoris macula adsperserit, non competit, neque à plebeiorum quæstionibus excusatur. *l. 11. C. de Quæstion.*

XXX. *Ad l. pen.*] Potest quis duobus locis domicilium habere, ubi duobus locis diversis temporibus larem rerumque ac fortunarum suarum summam constituit. *l. 5. §. 1. l. 6. §. 2. D. Ad municip.* Sed municeps esse desinit Senatoriam adeptus dignitatem, quantum ad munera & onera, quæ municipes sustinebant, ut ab iis essent immunes. *l. 23. D. eod.* Quantum verò ad honores, etiam ibi municeps domicilium habere intelligitur, unde oriundus est. *d. l. 23.* quia dignitas domicilii adjectionem potius dedisse, quam permutasse videtur. *h. l.* Moribus, quod ad Jurisdictionem & munera personalia non spectatur locus originis sed domicilii.

DE OFFICIO CONSULIS.

XXXI. *Ad l. un. §. 2.*] Si evenerit, ut annis viginti minor sit Consul, apud se manumittere non potest, ne sibi jus dicat, sed ubi exigitur causæ cognitio, ea apud Collegam prius probanda est. *h. §.* atque ita manumissio procedit. *l. 20. §. fin. D. de Manum. vindict.* collega autem apud collegam manumittere nequit. *l. 18. §. 1. D. eod.* apud eum, cui par imperium est, manumittere non possumus, quamvis nullo imperio opus sit

in manumittentem, quia exercetur actus voluntariæ jurisdictionis. *l.* 2. *D. de Offic. proconſ.* Prætor autem apud Conſulem recte manumittit. *l.* 14. *D. de Manumiſſ.* inferior ordine & gradu poteſt ſe ſubjicere ei, qui alias imperium & juriſdictionem in eum non habet. An minores admittantur ad munus judicandi, dicam infr. ad *l.* 41. *D. de Recept. qui arb.*

DE OFFIC. PRÆFECTI URBI.

XXXII. *Ad l.* 1. §. 11.] Ad officium præfecti urbi pertinet cura omnis carnis, ut juſto pretio præbeatur. *h.* §. Sed ad venditionem rei ſuæ regulariter nemo compellitur. *l.* 11. *C. de Contrah. empt.* Interdum iſti negotio præfecti annonæ extra ordinem præficiebantur. *l.* 2. §. 33. *D. de O. I.* qui ideo negantur ibi magiſtratus, ſed ordinarii, legitimi & ſtati, quia non ordine legibus inſtituto ſingulis annis, ſolemni more creabantur. Neque tamen ordini cujusque civitatis ſeu decurionibus tributum fuit, pretium grani, quod invehitur, ſtatuere. *l.* 3. §. 1. *D. de l. Iul. de annon.* Aliud obſervant mores hodierni.

XXXIII. *Ad ej. l.* §. 13. *& l. fin.*] Præfectus urbi habuit jus relegandi, fuſtibus caſtigandi, deportandi, in metallum damnandi. *l.* 1. §. 3. *&* 10. *h. t.* habuit & jus gladii. *d. l.* 1. *in pr. &* §. 4. *l.* 7. *& ult. C. Ad l. Fab. de plagiar.* Advocationibus & foro, & in tempus & in perpetuum interdicere poteſt. *h.* §. 13. quod etiam Præſidibus

pro-

provinciarum competiit. *l. 4. in pr. D. de Pœn.* Verùm ultra administrationis suæ tempus interdicere arte suâ uti nequeunt. *l. fin. D. eod.* quæ restringi solet ad artem sordidam seu mechanicam, ex qua sola quis sibi victum comparare debet, ne ita interdicendo hominem necare videantur.

DE OFFIC. QUÆSTORIS.

XXXIV. *Ad l. un. in fin. pr. vers. sane crebrior.*] Ex *h. versic.* quidam concludere solent, communem Dd. opinionem magnam habere auctoritatem, quasi per ampliores homines perfectissima veritas reveletur. Quam sententiam non laudo; Sententiæ enim non sunt numerandæ, sed ponderandæ & examinandæ; & fit hac ratione, quando alius solâ auctoritate non judicio & ratione aut textibus Juris ductus à communi opinione pendet, ut in ipsa Juris principia miserrimè impingat.

DE OFFIC. PRÆTORUM.

XXXV. *Ad l. 3.*] Quæ fecit privatus suâ auctoritate tanquam liber, ea, si postea servus pronuntiatus est, rescinduntur. *l. 44. §. 1. D. de Iudic. l. 19. D. Qui & à quib. manum.* At quæ auctoritate publica populi vel Principis idem fecit, veluti si ita prætor designatus, præturâ functus sit, sustinentur, licet vera prætura non fuerit. *h. l.* non quia error communis facit jus, sed

quia

quia propter utilitatem publicam ita populo placuit, ne lites ſententiis terminatæ reſuſcitentur: Sic teſtamentum ſuſtinetur, quod ſignavit ſervus, qui communi omnium opinione tempore teſtamenti conditi liber exiſtimabatur, non propter communem errorem, ſed ex liberalitate, & ἐκ τῆς φιλοτιμίας Principum *l.* 1. *C. de Teſtam.* §. 7. *Inſt. de Teſtam. ordin.*

DE OFFIC. PRÆFECTI VIGILUM.

XXXVI. *Ad l.* 3. §. 1.] Incendia plerumque fiunt culpa inhabitantium. *h.* §. *jung. l.* 30. §. *fin. D. locat. l.* 27. §. 9. *D. Ad l. Aquil.* h. e. tantiſper in dubio contra inhabitantes præſumitur, dum caſum fortuitum probaverint, veluti ignem è cœlo immiſſum, vel ex vicinorum ædibus injectum fuiſſe; incendium enim ſine culpa patrisfam. fieri poſſe ait JC. in *l.* 11. *D. de Pericul. & commod. rei vend.* Atque hinc incendia aliquoties caſibus fortuitis adnumerantur. *l.* 1. §. 4. *D. de O. & A. l.* 5. §. 4. *D. Commod. l.* 52. §. 3. *D. Pro ſoc. l.* 23. *in fin. D. de R. I.* Hac occaſione quæro, an vicinis damnum datum incendio reſarciendum ſit ab eo, cujus culpa illud exortum eſt? Affirm. *l.* 30. §. *pen. D. Ad l. Aquil. l.* 28. §. 12. *D. de Pœn.*

DE OFFIC. PROCONS.

XXXVII. *Ad l.* 2. §. 1. *& l. ſeq.*] Legis actio-

actiones tribuuntur actibus voluntariæ jurisdictionis. *hh. ll. junct. l.* 4. *D. de Adopt. l.* 1. *C. eod.* & competunt majoribus magistratibus vi Jurisdictionis ordinariæ, Jure magistratus. *d. l.* 4. *&* 1. *l. fin. C. de Vindict. & lib.* minoribus autem non nisi ex speciali concessione. *l.* 1. *C. de Emancip. lib. l.* 1. *D. de Offic. Iuridic. l.* 21. *D. de Manum. vind.* Eadem ratione legatum Proconsulis ex se non habuisse actiones legis seu actus jurisdictionis voluntariæ verisimile est. *hh. ll.* Possumus tamen manumittere apud eum. *l.* 17. §. 1. *D. de Manum. vind.* quando ipsi demandata est hæc legis actio, *arg. dd. text.*

XXXVIII. *Ad l.* 6.] Solent proconsules custodiarum cognitionem demandare legatis, ut audiant causas criminales, sed si sententiam in reos ferendam providerint, ad proconsules eos transmittere debent. *l. un. C. h. t.* Est igitur hoc genus mandati extraordinarium, quia gladii potestatem sibi datam nemo in alios transferre potest. *h. l. l.* 70. *D. de R. I.* Excipitur nominatim lex Julia de vi, cujus cognitio in casu absentiæ justæ & necessariæ demandari potest. *l.* 1. *D. de Offic. ej. cui mand. est jurisd.* An hæc exceptio porrigitur ad quodvis merum imperium? Neg. An idem dicendum de casu infirmitatis? Neg. An merum imperium mandari potest ab eo cui Princeps specialiter causam criminalem expediendam commisit? Neg. An merum imperium rectè delegatur Jure Canonico? Neg. Prædictæ

enim

enim regulæ *h. l. d. l.* 70. *d. l.* 1. amdiu ſtandum, donec hæ exceptiones probentur; Moribus poetſtas gladii, non ſecus quam cæteræ jurisdictionis partes, per vicarios exercetur.

XXXIX. *Ad l.* 7. §. *fin. l.* 8. *& l.* 11.] Mandatâ legato à Proconſule jurisdictione, officium ad eum totum juris dicundi tranſit, verba ſunt *l.* 1. §. 4. *D. de Suſpect. tutor.* non tamen merum imperium. *d. l.* 6. *&* 11. *h. t.* quod ne quidem ſub generali juriſdictionis vocabulo comprehendi ſolebat à Romanis, qui vocabulum jurisdictionis pro poteſtate de civilibus & pecuniariis privatorum cauſis jus reddendi ſumpſerunt, criminumque cognitioni oppoſuerunt, unde jus dicens denotat prætorem aut magiſtratum, qui de cauſis civilibus jus dixit. §. 1. *Inſt. de Obligat.* §. 3. *Inſt. de Action.* An ſub pleniſſima jurisdictione etiam comprehenditur merum imperium? Ajunt plerique propter *l.* 7. §. *fin. & l. ſeq. h. t.* Ego contradico, & per imperium majus in *h. l.* 8. non imperium merum, ſed Magiſtratus majoris poteſtatem indicari aſſero: Cæterum ſi ex vi & vocabuli proprietate rem definiamus, jus animadvertendi in facinoroſos juriſdictio criminalis appellari poteſt, *arg. l.* 2. §. 23. *D. de O. I.* Ita hodie, *de hooge jurisdictie, de criminele jurisdictie.*

XL. *Ad l. pen.*] Legati proconſulum tutores dare poſſunt. *h. l.* non vi mandatæ jurisdictionis (tutelæ enim datio, quæ ſpecialiter tribuitur,

tur, *l. 6. §. 2. D. de Tutel.* mandari nequit. *l. 8. D. de Tutor. dat. ab his.*) verum ex ſpeciali conſtitutione D. Marci hoc jus iis competit. *l.* 1, §. 1. *D. eod.* Verum id non ante exercent, quam ſi à proconſule eis fuerit mandata jurisdictio. *l.* 13. *D. h. t.* quo tamen mandato non tam datur jurisdictio legatis, quàm exuſcitatur & in actum producitur jurisdictio, quam Jure magiſtratus exercent, & hoc ſenſu ante mandatam jurisdictionem in actu ſecundo nihil proprium habent. *d. l.* 13. Ac ita mandata jurisdictione etiam judices dandi jus habent. *l.* 12. *§.* 1. *D. de Iudic.* & hoc modo diſtinguuntur à judicibus pedaneis. *l.* 5. *C. de Iudic.* Alia differentia colligitur ex *l.* 1. 2. *&* 3. *D. Quis à quo appell.*

EXERCITATIO SECVNDA

RESPONDENTE

PAULO SLUYCKEN, *Hardervico-Gelro.*

DE OFFICIO PRÆSIDIS.

I. **A***d l.* 4. 6. §. *pen.*] Præſes provinciæ habet imperium majus omnibus poſt Principem in ea provincia. *h. l.* 4. quod & proconſuli tribuitur in *l.* 8. *D. de Offic. proconſ.* Sed jus deportandi in inſulam Præſidi provinciæ datum non eſt. *l.* 2. *D. de Pæn. l.* 6. §. 1. *D. de Interdict. & releg.* priusquam factum Præſidis com-

comprobet Princeps, nondum amisisse deportatus civitatem videtur. *l. 1. §. 3. D. de Legat. 3.* Add. *l. un. C. Ne sine juss. Princip. l. 4. C. de Locat. conduct.* Qui tamen universas provincias, nondum divisas, regebant, jus gladii habent, & in metallum dandi potestas eis permissa fuit. *h. §. pen.* potestas gladii fuit symbolum summæ potestatis, atque omnimodam graviorum criminum coërcitionem complectebatur, *arg. l. 3. D. de Iurisd.* quomodo præses provinciæ minatus est Basilio, quæ sunt suæ potestatis, δήμευσιν, ἐξορίαν, βασάνους, θάνατον, bonorum confiscationem, exilium, cruciatus, mortem.

II. *Ad d. l. 6. §. 1.*] Ex *h. §.* concludi solet, judicem, cui aliter liquet, quam ex actis constat, judicare debere secundùm acta & probata, non secundùm conscientiam. q. d. Ulp. judicem non debere animi sui sententiam, sed instrumentorum & testium fidem sequi: Satis jejunè; Præsidis enim officium esse voluit Ulp. non tam instrumentis, quæ falsa & vitiosa esse possunt, quam rei veritate moveri: In contractibus rei veritas potius, quam scriptura inspicitur. *l. 1. C. Plus val. quod ag.* Veritatem igitur ibi ex iis quæ probabuntur, habendam esse asserit JC. in *h. §.* Errore veritas non minuitur, nec falsa demonstratione, opinione, existimatione, vel simulatione falsâ mutatur. *l. 6. D. Ad municip. l. 5. C. de Iur. & fact. ignor. l. 15. C. de Liberal. caus.* unde aliquando admittimus contrariam probationem

contra inſtrumentum *l.* 14. C. *de contrah. ſtip.* Et ſi contra probationes judicet, litem ſuam facit. *l.* 10. §. *fin.* D. *de Edend.* Si tamen judici aliter conſtet, quam ex actis & probatis liquet, nec judicabit ſecundùm probationes, ne conſcientiam lædat, nec ſecundùm conſcientiam, ne ordinem judiciorum pervertat. In praxi ſæpè deciſum fuit, judicem hoc caſu ſecundùm conſcientiam judicare debere.

III. *Ad ejuſd. l.* §. *fin.*] Executio pœnæ judicis voluntati non mandatur, ſed authoritati legis reſervatur. *l.* 1. §. 4. D. *Ad SC. Turpill. l.* 15. *D. Ad municip.* mulcta extra ordinem & arbitrio Magiſtratus irrogatur. *l.* 131. §. 1. *l.* 244. *D. de V. S.* Unde mulcta facilius remitti poteſt; quod ob paupertatem debitoris contigit in *h. l.* vel ſi non ſatis plene cauſa cognita mulctam dixerit. *l. ult.* §. *ult.* C. *de Mod. mulct.* Sic etiam pœnæ uſura exigi non poteſt. *l. ult.* D. *de Magiſtr. conven.* mulctæ uſuram fiſcus exiget, ſi intra tempora judicati non ſolvat condemnatus. *l.* 1. *in fin.* C. *de Fiſcal. uſur. lib.* 10. Aliæ differentiæ inter mulctam & pœnam extant in *d. l.* 131. & 244.

IV. *Ad l.* 8.] Præſes provinciæ æſtimare debet, ipſe cognoſcere, an judicem dare debeat. *h. l.* Hîc per judicem intelligitur judex pedaneus, qui alibi dicitur judex ſpecialis. *l.* 5. *D. h. t. l. ult.* D. *de offic. prætor. l. ult.* C. *de Iudic.* Vox etiam judicis interdum ipſum magiſtratum ſignificat, ut *t. t.* D. *de Reb. autor. jud. poſsid. l.* 1. D. *de*

D. de Iudic. l. 32. §. 7. D. de Rec. qui arb. recep. t.
t. C. de offic. civ. jud. ut omn. jud. de offic. ej. qui
vic. alt. jud. de Iurisd. omn. jud. Et hoc modo
vocabulum judicis commodè ſumitur in l. 9. in
pr. D. de Liberal. cauſ. Cauſæ enim liberales non
pertinent ad cognitionem judicis pedanei, de
quo expl. l. 1. C. de Ordin. judic. requirunt judi-
ces majores. d. l. 32. §. 7. maximos. l. ult. C. ubi
cauſ. ſtat. v. g. prætorem. l. 1. C. de Offic. præt.
præſidem provinciæ. l. pen. & ult. C. ubi cauſ.
ſtat. Imò nullâ diſtinctione factâ inter ingenui-
tatem & libertinitatem de omnibus ſtatus cauſis
ipſi præſides cognoſcere debent. l. 2. C. de Pedan.
jud. Si tamen incidenter quæſtio ſtatus bono-
rum diſceptationi concurrat, apud eum quoque,
qui alioquin de cauſa ſtatus cognoſcere nequit,
diſceptatio terminatur. l. 3. C. de Iudic. quo-
modo & judex pedaneus incidentem ſtatus
quæſtionem examinat in l. 1. C. de Ord. jud. cu-
jus pars poſterior non de præſide, ſed de judice
pedaneo explicari debet.

V. *Ad l. 13.*] Congruit bono & gravi præ-
ſidi, ut pacata atque quieta ſit provincia, quam
regit, ut malis hominibus provincia careat, eoſ-
que ipſe conquirat, atque citra accuſatorem pri-
vatum, cujus fit mentio in l. 6. §. 2. D. de Muner.
condemnet. h. l. Nec diſtinguitur, unde ſint
rei. l. 3. D. h. t. Merum enim imperium exer-
cetur ubicunque, qui reus criminis eſſe perhi-
betur, repertus fuerit l. 1. C. ubi de crimin. etiamſi

extra locum commiſſi criminis reus inveniatur, ut fruſtra exceptionem fori proponat. *dd. ll.* Ita judicavit Senatus Friſiæ. Famoſi latrones, in his locis, ubi graſſati ſunt, furcâ puniendi, ſi ibi inveniantur. *l.* 28. §. *pen. D. de Pœn.* Quod ſi tamen magiſtratus loci, in quo crimen eſt perpetratum, per literas reverſales ſeu ſub αἰτηγερ́φῳ reum ad ſe remitti deſideret, ut petitioni deferatur, non ſolum urbanitatis & honeſtatis eſt, ut multi volunt, ſed neceſſitatis, *l.* 7. §. *fin. D. de Accuſat.* Princeps injungit magiſtratui illius urbis, in qua delinquens perſona degit, ut ad judicem provinciæ tranſmittatur, in qua peccavit, ſuppliciis legitimis ſubjiciendum. *Nov.* 134. *c.* 5. *Auth. qua in provincia. C. ubi de crimin.* Moribus remiſſiones magis videntur eſſe urbanitatis quam neceſſitatis, juxta vulgatum, ubi te invenio, ibi te judico. In contractibus id genus remittendi inauditum eſt. *c.* 1. *verſ. contrahentes. de For. competent. in* 6. Contra abſentem contumacem hic proceditur miſſione in bonorum poſſeſſionem. *l.* 19. *D. de In jus voc. l.* 19. §. 1. *D. de Iudic.* quod ſi ibi bona non habeat, nullæ ſunt partes judicis. *l.* 12. §. 1. *D. de R. A. I. P. l. fin. D. de Iuriſdict.*

VI. *Ad l.* 18.] Lege repetundarum cavetur, ut magiſtratus ab omni ſorde abſtineant, ne plus doni aut muneris accipiant, quam quod ſit aureorum centum. *l.* 6. §. *ult. D. Ad l. Iul. repet.* quod accipiendum eſt de eſculentis, potulentis,

qua

quæ intra proximos dies prodigantur *h. l.* dummodo tamen in Xeniis capiendis modum obſervent, ut nihil captandi, & corrumpendi præſidis cauſa datum appareat, ut nec omnia accipiat, neque paſſim, nec ab omnibus, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, à nemine accipere valde eſt inhumanum, & paſſim viliſſimum, ab omnibus avariſſimum. *l. 6. §. 3. D. de Offic. proconſ.* quæ autem ſunt donationes largiores, neque in eſculentis & potulentis conſiſtunt, improbantur *d. §. 3. l. pen. §. 1. D. Ad l. Iul. repet. l. ult. C. eod. l. un. §. 1. & 2. C. de Contract. jud.* Dubitatur, an poſt depoſitum officium pro beneficio tempore adminiſtrationis præſtito remunerationis cauſa dona accipere liceat? Neg. *l. 4. D. & d. l. ult. C. Ad l. Iul. repet.* Ex conſtitutione Carolina promulgata anno 1544. Judex qui cum homicidii reo tranſegit, neque in crimen inquiſivit, munere ſuo privatur.

DE OFFICIO EIUS CUI MANDATA EST JURISDICTIO.

VII. *Ad l. 1. §. fin.*] Mixtum imperium ineſt juriſdictioni. *l. 3. D. de Iuriſd.* ei cohæret. *h. l.* Juriſdictio ſine modica coërcitione nulla eſt. *l. fin. D. de Offic. ejus cui.* h. e. imperium mixtum ita conjungitur, & cohæret juriſdictioni, ut hæc ſola ſine illa ſufficientes nervos non habeat, niſi modica coërcitione, ſi ſententiæ & juſſui jus dicentis ſponte & ultro non obtemperetur, adhibita:

bita: Nullus igitur erit magiſtratus, quin habeat mixtum imperium, quo juriſdictionem ſuam defendat. *arg. d. l. fin. l. 2. D. de Iuriſd.* Ac licet, quæ magis imperii ſeu majoris poteſtatis ſunt, quam juriſdictionis, magiſtratus municipales facere non potuerint. *l. 26. D. Ad municip.* eos tamen mixtum imperium habuiſſe jure ſtatuitur. *l. 12. D. de Iuriſd. l. 4. §. 2. D. Damn. infect. l. 24. §. 7. D. Ad l. Aquil. junct. l. 15. §. 2. D. de Re jud.* licet omnes coërcendi modos non habuerint. *l. 4. D. de Iuriſd. l. un. in pr. D. Si quis jus dic. non obt. l. 5. C. de Defenſor. civ.*

VIII. *Ad l. 4.*] Cognitio de ſuſpectis tutoribus citra ſpecialem conceſſionem competit jure magiſtratus, adeoque mandari poteſt. *l. 1. §. 3. & 4. D. de Suſpect. tut.* Neque hoc principaliter effecit pupillorum utilitas, ſed propria juriſdictio, cujus conſequens eſſe dicitur, ut legatus proconſulis de ſuſpectis tutoribus cognoſcere poſſit. *h. l.* Data autem fuit hæc cognitio in provinciis præſidi, qui legatum non habuit. *l. 1. §. 11. D. Ad SC. Turpill.* non ut excludantur mandatarii præſidis, ſed magiſtratus inferiores, municipales, quia merebatur pupillorum favor, uti hanc provinciam majores judices ſuſciperent, quemadmodum alia judicia popularia. *l. 32. §. 7. D. de Recept. qui arb. rec.*

IX. *Ad l. ult. in pr.*] Mandatam juriſdictionem alteri mandare non licet. *h. l.* more enim majorum ita comparatum eſt, ut is demum juriſdi-

risdictionem mandare possit, qui eam suo jure, non beneficio alieno habet. *l. 5. D. de Iurisdict.* Cui autem jurisdictio mandata est, judicis dandi autoritatem exercet. *l. 12. §. 1. D. de Iudic.* & licet propriè loquendo, non sit magistratus, pro magistratu tamen habetur, quà non tantum de causa cognoscit, pronuntiat, verum etiam judicatum exequitur. *l. 1. §. fin. & h. l. ult. D. h. t. add. l. 12. D. de Iurisdict.* Sed judex pedaneus alium judicem dare non potest, quia judicem dare est jurisdictionis. *l. 3. D. eod.* quâ ille destituitur, & tantummodo habuit notionem, seu facultatem judicandi, & sententiam pronuntiandi sine jure exequendi. *l. 15. D. de Re jud. l. ult. C. ubi & ap. quem.*

DE JURISDICTIONE.

X. *Ad l. 3.*] Mixtum imperium in danda bonorum possessione consistit. *h. l.* veluti si fiat missio in bonorum possessionem vel judicati servandi gratia. *l. 3. C. Qui pot. in pign.* vel alias ejus, qui jus dicenti non paret, modice coërcendi causa. *l. 4. §. 3. & 4. D. Damn. infect. tot. tit. D. ut in possess. leg. serv.* Cæterum, quæ missiones nullius coërcendi, sed tantum juris reddendi causa decernuntur, sunt jurisdictionis, non mixti imperii. ut in *l. 1. §. 2. & t. t. D. de Ventr. in poss. mitt. l. ult. C. de Edict. D. Adr. toll.* Exempla alia mixti imperii passim occurrunt, ut mulctæ dictio, pignoris capio, & corporis retentio aut

præhensio *l. 9. §. ult. D. Ad l. Iul. pecul.* Huc etiam non incommodè referuntur, advocationis sive fori interdictio *l. 9. in pr. & §. 1. D. de Pœn.* Translatio possessionis in adversarium. *l. un. C. Vti poßid.* datio actio pœnalis. *l. un. D. Si quis jus dic. non obtemp.* manus militaris. *l. 68. D. de R. V. l. pen. D. Ne vis fiat ei qui in possess. miss.* & similia. Ad jurisdictionem in fin. *h. l.* refertur judicis dandi licentia, quod jus Romæ competiit magistratibus, jure magistratus, more majorum propter vim imperii, h. e. propter summam istorum magistratuum autoritatem ac dignitatem: In provinciis verò idem jus exercent, quibus id à lege, SCto, vel Principis constitutione demandatum est. *l. 12. §. 1. D. de Iudic.*

XI. *Ad l. 9.*] Si familia furtum fecerit, ex humanitate prætoris habetur pro uno furto, perinde ac si unus homo liber furtum fecisset. *l. 1. D. Si famil. furt. fec. dic.* Idem propter paritatem rationis statuitur in actione damni injuriæ. *l. 32. D. Ad l. Aquil.* Sed in actione albi corrupti, in qua contempta majestas prætoris vindicatur, plura facta esse intelliguntur. *h. l.* In actione etiam injuriarum tot sunt injuriæ, quot personæ injuriam facientium. *l. 34. D. de Injur.* præcipuè ubi per contumeliam damnum datum est. *h. l. jung. l. 8. C. de Injur.*

XII. *Ad l. 12.*] De re patris filiusfamilias arbiter esse potest. *l. 6. D. de Recept. qui arb. rec.* Imò in privatis negotiis pater filium, & filius

filius patrem judicem habere poteſt. *l. 77. & l. ſeq. D. de Iudic.* qui ex autoritate aliena, & ex formula à prætore præſcripta judicet; judicem datum *formula includit, eique cretos terminos ponit,* & de qua re cognovit, pronuntiare quoque cogendus erit. *l. 74. D. eod.* Aliud eſt in eo, qui præeſt juriſdictioni; hic eo anno, quo imperium habet, ſibi & liberis ſuis jus dicere prohibetur. *h. l. l. 48. D. de Iudic.* Magiſtratus juriſdictio fuit libera, & potuit actionem denegare, vel dare actionem cum exceptione. *l. 26. §. 4. D. Ex quib. cauſ. major.* Diſtinctio hæc inter judicare & jus dicere ſublata eſt hodie, uti colligitur ex iis quæ notavi ad *l. 2. §. 6. ſupr. de O. I.*

XIII. *Ad l. 13. §. 1.*] Si is qui mandavit juriſdictionem, deceſſerit, mandatum ſolvitur, niſi res ab eo, cui mandata eſt juriſdictio, geri cœperit. *h. §.* Ut autem res geri cœpta dicatur, non inſpicitur tempus litis conteſtationis, ut id multi interpretantur, ſed ubi mandatarius aditus fuit, vel ubi ſecundùm mores hodiernos citatio parti per apparitorem inſinuata eſt. *arg. l. 18. D. h. t. l. 7. D. de Iudic.* Judices à Præſide dati, qui ſecundùm ordinarium procedendi morem judicant, ac ab ipſo quaſi officio conſtituti videntur, durant in tempus ſucceſſorum ejus. *l. 49. §. 1. D. de Iudic.* quando res integra eſſe deſiit, nam prætor vel alii, qui provincias regunt, judicare jubere eo die, quo privati futuri eſſent, non poſſunt, verba ſunt *h. §. 1.*

XIV. *Ad l. 15. & 18. & fin.*] Arbitri compromissarii, quorum arbitria ad similitudinem judiciorum sunt redacta. *l. 1. D. de Rec. qui arb. rec.* privatorum consensu eliguntur; sed in privatorum potestate non est jurisdictionis novæ collatio. *l. 3. C. de Iurisdict.* Collegia habent suos collegiorum magistros, & opificum primores, qui ex Senatus aut Principum concessione hanc jurisdictionem obtinuerunt. *l. fin. C. h. t.* Privati autem recte se subjiciunt magistratui, cujus jurisdictioni subjecti non erant. *l. 14. & 18. D. h. t.* quod dicitur prorogari. *l. 2. §. 1. D. de Iudic.* modò fiat illa prorogatio litigantium consensu; si per errorem alius pro alio prætor aditus fuerit, nihil valebit, quod actum est. *h. l. 15.* Consensus ille aut est expressus aut tacitus: Expressa prorogatio inducitur ex consensu litigantium expresso, sola judicis aditione etiamsi lis necdum sit contestata; ante aditionem judicis pœnitentiæ locum plerique concedunt, si prorogatio sit facta nudo pacto, ex *h. l. 18.* Ego non tantum stipulationem, sed & pactum, quo foro renunciatur, servandum esse judico, & *l. pen. C. de Pact. & h. l. 18.* de utriusque prorogantis contraria voluntate, non unius pœnitentia accipio. Moribus etiam Patriæ à placito semel jurisdictionis ex pœnitentia resilire non licet. Cæterum praxis recepit, non aliter eum, qui se submisit alterius jurisdictioni, posse conveniri, quam si ibi inveniatur, & citatio ipsi insinuata fue-

fuerit, *dat hy aldaer met de citatie belopen vvare.* Tacita prorogatio fit per litis contestationem. *l. 4. C. h. t.* præscriptio fori dilatoria inter exordia litis omissa post frustra opponitur. *l. pen. & ult. C. de Except.* Neque jura requirunt, ut exceptio fori declinatoria, *de exceptie van renvoy*, in objectione aliarum exceptionum dilatoriarum primum locum obtineat. Imò ne quidem in judicem consensisse is intelligitur, qui edi sibi genus desiderat actionis. *l. 33. D. de Iudic.* In Praxi exceptio fori primo loco proponitur. Citatus coram judice incompetenti, de cujus foro dubitatur, comparere tenetur, ut incompetentiam, privilegium suum, jus revocandi alleget. *l. 2. D. Si quis in jus voc. non ier. l. 5. D. de Iudic.* Sed nemo post causam inchoatam ob novum fori privilegium postea adeptum, forum declinare potest. *l. 19. D. h. t.* quasi præventus. *l. 7. D. de Iudic.* nisi speciale ei tale privilegium concedatur, ut judicium coram eodem judice continuare non cogatur. *l. 12. D. Si qui caut. jung. l. fin. C. de Ceß. bon.* Quando autem manifestum est, citatum non esse de territorio vocantis, impunè extra territorium jus dicenti non paretur; idem est, & si supra jurisdictionem suam velit jus dicere. *h. l. fin. D. h. t.* unde prorogatio, quam dicunt fieri de causa ad causam, intra limites suos restringenda est, ex *l. 74. §. 1. D. de Iudic. l. 28. D. Ad municip.* neque enim ad causas, quæ majores judices desiderant, poterunt privati proro-

gare jurisdictionem magistratus minoris, aut ut prætor fideicommissarius super aliis causis jus dicat, *arg. d. l. fin.* Neque admittimus prorogationem de loco ad locum, *arg. d. l. fin. l. 3. D. de offic. præs. l. 9. §. 1. D. de offic. proconſ. l. pen. D. de Iustit. & jur. junct. l. 3. C. h. t.* aut de tempore ad tempus, licet judicis pedanei, qui commodo litigantium judicare jussus est, intra certum tempus, prorogari tempora possint. *l. 2. §. 2. D. de Iudic.*

QUOD QUISQUE JUR. IN AL. STATUER.

XV. *Ad l. 1. §. fin.*] Cogitationis pœnam nemo legibus humanis patitur. *l. 18. D. de Pœn.* conatus non obest, ubi injuria nullum effectum habuit. *h. §. fin.* quod de nuda, simplici, in animo latenti, nemini detecta voluntate accipiendum est; Aliud dicendum est, ubi in terminis nudi conatus non subsistitur, quomodo punitur edicto nostro, *Quod quisque jur.* qui iniquum jus impetravit, etiamsi eo usus non fuerit. *l. 3. D. h. t.* Ita & is, qui hominis occidendi causa cum telo ambulaverit, lege Cornelia de sicariis tenetur. *l. 1. in pr. l. 14. D. Ad l. Cornel. de sicar.* Mores conatum cædis non ultimo supplicio, sed extra ordinem puniunt.

SI QUIS JUS DICENTI NON OBTEMPER.

XVI. *Ad l. un.* §. 2.] Licet mandato quantumvis generali non contineatur dolus, nocet nihilominus domino procuratoris dolus, negligentia vel contumacia, quæ processum respicit. *l.* 10. C. *de Procurat.* hactenus ut sententia valeat, dominus autem contra negligentem procuratorem per actionem mandati regressum habeat. *l.* 42. §. 2. *D. eod.* Sed quod ad proprias & merè personales contumaciæ pœnas, veluti si jus dicenti non obtemperaverit, ceu, quod extremum est, in jurisdictione non fecerit, ipse procurator punitur, non dominus. *h.* §. Quid si ob procuratoris inopiam actio mandati sit inanis, an dominus restituetur in integrum? Affirmativa placuit Cameræ Spirensi. Negativam nos amplectimur propter *d. l.* 10. quam restringi ad casum procuratoris locupletis non patitur textus generalitas, & ex singulari favore pupillis & adultis beneficium restitutionis hoc casu tributum est. *l.* 13. §. *fin. in fin.* C. *de Iudic.* Illud moribus conveniens est, si sententia sit lata à supremo Senatu. In Gallia sententia dolo & fraude procuratoris contra dominum lata rescinditur libello supplici.

DE IN JUS VOCANDO.

XVII. *Ad l.* 2.] Magistratus minores durante

rante adminiſtratione rectè conveniuntur; Majores verò magiſtratus, qui habent imperium, qui & coërcere aliquem poſſunt, & jubere in carcerem duci, quamdiu ſunt in magiſtratu, in jus vocari non oportet, quia hac in jus vocatione videtur quaſi imminuta dignitas majoris magiſtratus, quod etiam receptum fuit, propter periculum impreſſionis & potentatus, ne judicium corrumpatur. *h. l. l.* 32. *D. de Injur.* An durante adminiſtratione conveniri poſſunt, ſi in ipſo officio deliquerunt? Rei quidem poſtulantur, ſed differtur accuſatio & cautione judicio ſiſtendi cauſa promittitur in finem honoris. *l.* 38. *§. fin. D. Ad l. Iul. de adulter.* Ab hac regula videtur excipiendum crimen repetundarum. *l.* 4. *C. Ad l. Iul. repet.* Jure *Novv.* qui læſus eſt, adit ſanctiſſimum civitatis Epiſcopum. *Nov.* 86. *c.* 4. Moribus hodiernis Magiſtratus, ne audacter graſſentur, etiam durante officio conveniri poſſunt, licet in cauſis, quæ officium eorum concernunt, modus citandi ſit nonnihil diverſus, vid. Inſtruct. *Cur. Holland. art.* 8. 12. *&* 38.

XVIII. *Ad l.* 4. §. 2. *& l.* 13.] Licet non amplius obtorto collo inviti rapiantur in jus, qui ſunt vocandi ad eum qui jus dicturus ſit, filius tamen in jus vocaturus parentem, etiamnum hodie eget impetratione veniæ, ut diſpiciat prætor, ſitne actio, quæ inſtituitur, famoſa, & parentis honorem ſuggillet. *l.* 10. *§.* 12. *D. h. t.* quam filio negabit. *l.* 11. §. 1. *D. de Dol. mal.* Paren-

rentum appellatio hoc loco in infinitum porrigitur. *h.* §. 2. Sed propriis vocabulis parentes usque ad tritavum nominantur, qui autem sunt ulteriores, quia non habent nomina propria, majores appellari solent. *l. ult.* §. 7. *D. de Grad.* Postea quoque generalem clausulam huic edicto prætor subjecit, ut generaliter eas personas quibus reverentia debetur, in jus vocare sine jussu prætoris non liceat. *h. l.* 13. Vocabulum reverentiæ non adeo laxè hîc accipiendum est, alioqui citra veniam in jus vocari non possent magistratus minores, præceptores, senes, quibus reverentia debetur, *l.* 5. *D. de Iur. immunit.* quod absonum; Sed paulò strictius & specialius pro magna quadam reverentia, & iis debita, quorum persona sancta nobis esse debet, qui parentum loco habentur, ut sunt socer, socrus, vitricus, noverca, quibus propter adfinitatem eadem, quibus parentibus, reverentia debetur. *l.* 16. *D. Sol. matrim. l. ult. D. de His quæ ut indign.* An vasallus etiam non impetrata venia dominum feudi in jus vocat impunè? Negativam sententiam probare solent ex *C. un. vers. Curia autem de Milit. vasall. qui contum.* Pessimè; edictum hoc de in jus vocando est pœnale. *l. pen. D. h. t.* adeoque argumentum à liberto ad vasallum non procedit, maximè cum sit hîc diversitatis ratio, nam & dominus fideli vicem reddere debet, quod si non fecerit, meritò censebitur maleficus; verba sunt Feudistæ in *c. un. circ. fin. de Form. fidel.*

fidel. In Camera Spirensi variè hac de re fuit judicatum.

SI QUIS IN JUS VOCATUS NON IERIT.

XIX. *Ad l.* 1.] Fidejussor indignum se reddit beneficiis fidejussoriis, si iis renuntiaverit, *arg. l.pen.* C. *de Pact.* Qui autem renuntiavit beneficio divisionis, ei adhuc superest beneficium excussionis & cedendarum actionum, quia renuntiationes strictè sunt explicandæ, neque amittitur beneficium divisionis, licet se fidejussor expressè in solidum obligaverit. *l.* 3. C. *de Fidejuss.* quare nec renuntiasse fidejussor beneficio excussionis intelligitur, licet se obligaverit ad instar principalis debitoris, *als principale schuldenaer*, *arg. d.l.*3. *l. fin.* C. *de Novat.* Contrarium in foro observatur. Ita nec sufficit renuntiatio generalis, ubi specialis à lege requiritur, veluti in præscriptione fori seu incompetentiæ judicis. *h.l.* Neque valet conventio generalis, ne ulla exceptio in promissione deserta judicio sistendi causa facile objiciatur; nisi specialiter causæ exceptionum sint expressæ. *l.* 4. §.4. D. *Si qui caution. in jud. sist.*

XX. *Ad l. fin.*] Si reus promiserit judicio sisti sub pœna, & non stiterit, ad pœnam agendum, pœnâ autem non adjectâ, incerti cum eo agetur ad id quod interest. *h. l.* h. e. quantum abest, quantumque quis lucrari potuit. *l.* 13. D.

Rem

Rem rat. hab. quemadmodum si pœna non fuisset adjecta compromisso, sed simpliciter sententiâ stari promiserint compromittentes, incerti actio datur. *l.* 27. *§. fin. D. de Recept. qui arbitr.* Petimus igitur condictione incerti, seu actione incerta, aut præscriptis verbis. *l.* 19. §. *fin. D. de Precar. l.* 3. *in fin. C. de Inutil. stip.* id quod interest, quod incertum est. *l.* 118. §. *fin. D. de V. O. §. fin. Inst. eod.* & in facto consistit. *l.* 24. *D. de R. I.* cujus probatio est difficilis & ad exiguam summam deduci potest. *h. l. fin. D. de Prætor. stipul.* ac à judice æstimandum est, ut tamen hic in casibus certis, qui certam habent quantitatem vel naturam, id quod interest duplum non egrediatur. *l. un. C. de Sentent. quæ pro eo quod inter.* Non rarò id quod interest æstimatur arbitrio actoris, sic si quis in jus vocatum vi exemerit, tenetur in factum actione, quâ non id continetur, quod in veritate est, sed quanti ea res ab actore æstimata est. *l.* 5. *§.* 1. *D. Ne quis eum qui in jus voc.* Condictione autem certi petitur certum, etiamsi ex contractu incerto agatur. *l.* 9. *in pr. D. de R. C.* An per contractum incertum innominatus intelligitur? Non videtur. *arg. l.* 8. *D. de Præscript. verb.* Et qualis igitur? Non caret ratione conjectura, si de contractu generali, veluti societatis, negotiorum gestorum, tutelæ explicetur. *arg. l.* 38. *in pr. D. Pro soc.* Add. *l.* 10. §. 1. *D. de Appellat.*

Ne quis eum, qui in Jus vocab.

XXI. *Ad l. 3. §. ult. & l. seq. §. ult.*] Regulariter non eſt vis ſine dolo malo, præſertim ut locum obtineat edictum de Vi bonorum raptorum. *l. 2. §. 8. D. de Vi bon. rapt.* Imo etiam eſt vis ſine dolo, ut ſi quis per vim occupaverit bona propria, putans id ſibi licere, hic quidem non tenetur actione de vi bonorum raptorum, ſed propter vim etiam ſine dolo commiſſam, dominio rei ſuæ cadit. *l. 7. C. unde vi.* In hoc item edicto ſufficit vis, etiamſi dolus malus ceſſet, *h. l. 3.* quando eſt juſta cauſa exemptionis, veluti, ſi quis exemerit eum, quem ex edicto in jus vocari non debere falſo exiſtimavit, non excuſabitur ab actione pœnali, etiamſi dolus malus abfuerit. *h. l. 4. §. fin.*

Qui satisdare cogantur.

XXII. *Ad l. 1.*] Satiſdatio eodem modo appellata eſt, quo ſatisfactio. *h. l.* non tamen utriuſque eſt eadem ſignificatio, vocabulum enim ſatisfacere eſt generalius. *l. 9. §. 3. D. de Pignor. act. l. 21. §. fin. D. de Conſtit. pec.* Satiſdatio eſt cautio, qua adverſarium ſecurum reddimus datis fidejuſſoribus, *h. l.* & cautioni pignoratitiæ opponitur. *l. 6. §. fin. D. Quib. mod. pign. ſolv.* Exigitur autem ſatiſdatio in ſtipulationibus prætoriis, quando de incerta quantitate, de eo

quod

quod intereſt agitur. *l. 7. D. de Prætor. ſtip.* Ubi autem de quantitate facile conſtare poteſt, putant ſufficere cautionem pignoratitiam. *l. 1. §. 9. D. de Collat. l. 4. §. 8. D. de Fideicommiſſ. libert.* Et hæc diſtinctio fundamento non deſtituitur, ſed clarior erit ſenſus, ſi dicamus, fidejuſſores præciſè deſiderari, ubi requirit prætor ſatiſdationem, *d. l. 7. junct. l. 1. h. t.* ait pignora ſufficere, ubi prætor ſimpliciter jubet caveri, ut in *d. l. 1. §. 4.* Interdum etiam ſatiſdationis appellatione repromiſſio continebitur, qua contentus fuit is cui ſatiſdatio debebatur. *l. 6. D. de V. S.* quia conſentienti non fit injuria. *l. 1. §. 5. D. de Injur.* In conventionalibus cavemus utroque modo, & pignoribus & fidejuſſoribus. *l. 54. §. fin. D. Mandat.* Moribus quoque hodiernis cautiones judiciales, præſertim cauſâ cognitâ, fiunt pignoribus; Aliter viſum fuit Curiæ Ultrajectinæ.

XXIII. *Ad l. 2. §. fin. & l. 3.*] Non poteſt eſſe plus in fidejuſſione quàm eſt in principali obligatione, & ſi plus promittat fidejuſſor, quam debet reus principalis, obligatio in totum eſt inutilis. *§. 5. Inſt. de Fidejuſſor. l. 8. §. 7. D. eod.* Verum ipſi fidejuſſores novam interdum contrahunt obligationem, veluti ſuper facto de ſiſtendo, & vel ſimpliciter aliquem ſiſti promiſerunt, & tenentur quanti ea res eſt, vel certam quantitatem adjecerunt & in eam tenentur, ſive reus infra ſive ſupra eam quantitatem debeat,

hh. ll. An autem ex mora rei principalis obligatio fidejussoris augeatur, dicam *ad l.* 8. *D. de Eo quod cert. loc.*

XXIV. *Ad l.7.§. fin.*] Si pro re mobili non satisdetur & persona sit suspecta, ex qua satis desideratur, res sequestrabitur. *h. l.* hic est casus singularis, quo sequestratio fuit admissa, alios collig. ex *l.* 16. *D. de Offic. præs. l.* 5. *D. Fam. erc. l.* 5. *§.* 1. *circ. fin. D. Vt legat. nom. l.* 21. *§. fin. D. de Appell.* Regulariter igitur ne quis commodo possessionis citra causæ cognitionem privetur, sequestratio est prohibita: Imo omnimodo sequestratio pecuniæ est prohibita in *l. un. C. de Prohib. seq. pec.* quamvis & ibi postea observari cæperit. *l.* 20. *C. de Agricol. & censit. lib.* 11. Moribus hodiernis frequenter sequestrationes admittuntur.

XXV. *Ad l.* 8. *in pr.*] In judiciorum præparatoriis in judicio constituendo vel ordinando potiores sunt partes actoris quam rei, ut si de die ponenda in stipulatione judicio sisti consentire nequeant, aut inter se dissentiant litigatores, stipulatoris est diem eligere; si tamen reum stipulator nimis arctet, moderatum spatium à judice statuetur. *h. l.* quod si inter partes de die nihil actum sit, jubebit prætor vicena millia passuum in singulos dies dinumerari. *l.* 1. *D. Si quis caution. in Iudic.* Ita in ambigua intentione vel oratione id quod actori utilius est, accipimus. *l.* 66. *D. de Iudic. l.* 172. §. 1. *D. de R. I.* He-

Heredes quoque actoris quandoque sunt melioris conditionis, quam rei. *l.5. §. 7. D. Iudic. solv.* Verum in exitu judicii & lite decidenda favorabiliores sunt rei quam actores. *l. 125. D. de R. I.* propensiores sumus ad liberandum quam ad obligandum. *l. 47. D. de O. & A.* quomodo in criminalibus satius est impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare. *l. 5. D. de Pœn.* Exempla alia passim occurrunt, ut in *l. 37. D. de Fidejussor. l. 91. §. 3. D. de V. O. l. 5. §. fin. D. de Dol. mal. except. l. 38. D. de Re jud.* Extra judicium in contractibus intentio ambigua explicatur contra eum, in cujus potestate fuit legem contractus dicere apertius, ut dicetur *ad l. 39. D. de Pact.*

XXVI. *Ad l. 9.*] Arbitrorum genera sunt duo; unum, ut sive æquum sit sive iniquum, parere debeamus; quod observatur, quando ex compromisso ad arbitrum itum est; alterum ejusmodi, ut ad boni viri arbitrium redigi debeat, si in societate sint constituendæ partes lucri & damni, in venditione, pretium, in locatione merces definienda. *l. 76. & seq. D. Pro soc.* quem vocant arbitratorem. Additur & tertium genus arbitrorum, quos arbitros juris vocant, qui à judicibus eliguntur actibus quibusdam comprobandis, veluti probandis fidejussoribus de judicio sistendo, à quibus perinde atque à judicibus appellare licet. *h. l.* sed à laude arbitri compromissarii non datur appellatio, quia verè nec ar-

biter judex, nec ejus pronuntiatum ſententia eſt. *l.* 1. *C. de Rec. arbitr. l.* 13. §. 5. *D. de His qui not. infam.* An ſi ſine pœnæ adjectione nudo pacto compromiſſum eſt, appellare licet? Nequaquam, eadem enim ſemper manet natura arbitrii; imputent ſibi partes, quod ſtipulationem amiſerint. Quid? ſi arbitri laudum contineat iniquitatem notoriam & læſionem enormiſſimam? Hîc Interpp. reductionem ad arbitrium boni viri largiuntur. Confictum hoc eſt, ſtabitur enim ſententiâ arbitri, ſive æqua, ſive iniqua fuerit. *d. l.* 76. *l.* 27. §. 2. *D. de Recept. qui arbitr. recep.* Conſentiunt ll. Transiſulaniæ *p.* 1. *tit.* 18. §. *ult.* Velaviæ, *tit.* 22. §. *ult.* Ibi, *ſonder daer van eenige appellatie, ofte reductie te mogen geſchieden.* Alibi Reductiones locum obtinent. De arbitratore agitur infra *ad d. l.* 76. *D. Pro ſoc.*

XXVII. *Ad l.* 15.] Ad evitandam cautionem judicio ſiſti ſufficit poſſideri bona immobilia. *h. l. in pr.* quia propter eam poſſeſſionem ceſſat omnis ſuſpicio fugæ, & lex præſumit, poſſeſſorem non facilè diſceſſurum, & ſi diſceſſerit, paratum eſt remedium, ut creditor in bonorum poſſeſſionem mittatur: Neque hîc ſingularis obligatio immobilium requiritur, neque nocebit poſtea deſiiſſe poſſidere, uti cautione oneretur. *h. l.* §. *ult.* Alibi, quando vitioſè cautum vel ſatiſdatum, non videtur cautum. *l.* 6. *D. h. t.* prætoriæ ſtipulationes ſæpius interponuntur cùm ſine culpa ſtipulatoris cautum eſſe deſiit. *l.* 6.

D. de

D. de Prætor. ſtip. Imò qui pro alio intervenit, & alium vult defendere, etiamſi ſit locupletiſſimus, ad cautionem tamen tenetur. *l.* 1. §. 1. *D. ut legat. nom. l.* 51. *cum ll. ſeqq. D. de Procurat.* Poſſeſſor autem hîc accipiendus, qui in agro vel civitate rem ſoli poſſidet ex aſſe vel pro parte. *h. l.* §. 1. Diverſa cauſa eſt ejus, qui fundi petitionem perſonalem habet. *l.* 1. §. 4. eadem eſt ratio actionis realis, minus eſt habere actionem quam rem. *l.* 404. *D. de R. I.* Hîc tamen interdum qui verè poſſident, non habentur pro poſſeſſoribus, & contra non verè poſſidentes pro poſſeſſoribus habentur, ut judicio ſiſti cavere non teneantur, ſic creditor, qui pignus poſſidet naturaliter & juſtè, *l.* 35. §. *fin. & l.* 37. *D. de Pignor. act.* hîc poſſidere non intelligitur. *h. l.* §. 2. Idem obtinet in cauſa noxali. *l.* 22. §. 1. *D. de Noxal. act.* in jure uſucapiendi. *l.* 13. *&* 16. *D. de Vſucap.* atque ideò poſſeſſio creditoris dicitur qualis qualis in *l.* 88. *D. de A. H.* Præterea, ſi poſſeſsionis vocabulum propriè & ſtrictè ſumatur, prout in *l.* 115. *D. de V. S.* quando datus eſt in dotem fundus alienus, non uxor ſed poſsidet dotem maritus, cui dos eſt tradita, qui & mediante uſucapione ejuſdem dominium directum ſibi hoc caſu acquirit. *l.* 3. §. 1. *D. de Public. in rem act. tot. tit. D. Pro dot.* in eadem judicio ſiſti cautione tam uxor quam maritus fundi dotalis poſſeſſores eſſe intelliguntur. *h. l.* §. 3. neque tamen ab aliis omnibus ſatisdationibus maritus

liberatur, nam &, si à marito fundus dotalis petatur, fidejusſio mulieris admittitur. *l.* 8. §.1. *in fin. D. h.t.* Moribus pro arresti relaxatione, etiam qui posſident bona immobilia, vel fidejusſoribus vel pignoribus cavere tenentur.

SI EX NOXALI CAUS. AGAT.

XXVIII. *Ad l. pen.*] Qui servum in eadem causa sistere promisit, si liber factus sistatur, non recte sistitur, si servus sit reus criminis capitalis vel actione injuriarum teneatur, quia aliter de servo, aliter de libero vindicta sumitur. *h. l.* tempus delicti solet considerari, ubi est mutata rei qualitas, non etiam tempus ferendæ sententiæ, quatenus id tempori delicti opponitur. *l.* 1. *in pr. D. de Pœn.* Fieret autem isto casu conditio actoris deterior, atque propterea in eum difficultas probandi redundaret, quod eum servum fuisse demonstrare cogatur, dum delinqueret, *arg. l.* 2. *D. de Probat.*

DE EO PER QUEM FACT. ER.

XXIX. *Ad l.* 3. *in princ.*] Qui impedit aliquem sisti judicio, tenetur in factum actione, quanti actoris interfuit eum sisti; in quo judicio deducitur, si quid actor ob eam rem amiserit, veluti si reus interim dominium rei sibi adquirat, aut actione liberatus fuerit. *h. l.* Eodem modo eximere dicitur ille in jus vocatum, qui moram facit, quo minus in jus veniret, ut actionis dies

lies exiret. *l. 4. in pr. D. Ne quis eum qui in jus voc.* Sola igitur in jus vocatio non fuit causa interrumpendæ usucapionis aut præscriptionis, vid. quæ infra dicentur *ad l. 17. §. fin. & l. seq. D. de R. V.* Sic etiam qui judicio accepto citra causam supersedit, frustra rem in judicium deduxisse existimabitur, & causâ hoc modo finitâ, nec res litigiosa, nec possessor malæ fidei amplius habebitur, cùm lite mortuâ, instantiâ peremtâ culpâ actoris nulla amplius res sit. *l. 2. D. Iudicat. solv.* Exemplum proponitur in *l. 2. §. ult. D. Ne de stat. defunct.* Add. ll. Ruremund. *p. 3. tit. 4. §. 2. art. 2.*

SI QUIS CAUTION. IN IUDIC. SISTEND.

XXX. *Ad l. 8.*] In paris facti obligationibus ante litem contestatam moram purgare licet; post litem autem contestatam, cum jam cæpit stipulator agere ad id quod interest, res non est integra, neque igitur promissor facti liberabitur condemnatione quanti ea res est. *l. 84. D. de V. O. l. 17. D. de Constit. pecun.* Cum quid promittitur certa die, ac pœna simul adjicitur, ex die statim pœna committitur, neque qui offert debitum post diem, eandem evitat. *l. 23. D. de O. & A. l. 23. D. de Recept. qui arbitr. recep.* excipitur fidejussor. *l. 26. C. de Fidejussor.* Ubi tamen quis se certâ die sisti judicio promiserit, & ni stiterit, pœnam, liberatur à præstatione

ejus quod intereſt, etiamſi ſiſtat ſe poſt diem, modo hoc fiat ante litis conteſtationem, nec actoris jus ex mora fuerit factum deterius. *h. l.* Publicanus etiam qui poſt acceptum judicium reſtituere paratus eſt, abſolvitur. *l. 5. D. de Publican.* quia ſententia edicti iſtius pœnam infligit ſub hac conditione, *ſi id reſtitutum non erit. l. 1. D. eod.*

DE FERIIS ET DILATIONIBUS.

XXXI. *Ad l. 1. §. 1. & l. 4.*] Præſides provinciarum ſolent meſſis vindemiarumque cauſa tempus ſtatuere ex conſuetudine cujuſque loci. *h. l. 4.* ſeu ferias ſecundùm mores & conſuetudinem, quæ retro obtinuit, dare. *l. 7. in princ. D. de offic. procon ſ.* quomodo tempus feriarum, legibus & jure publico inſtitutarum determinant, non autem novas faciunt ferias, quas propria autoritate condere eis non licet. *l. 4. C. h. t.* Feriæ aliæ ſunt dedicatæ cultui divino, aliæ ſunt conſtitutæ in utilitatem & favorem hominum; ſententiæ & actus judiciales hiſce diebus celebrati ſunt nulli. *h. l. 1. §. 1.* niſi feriatis diebus ex partium voluntate fuerit judicatum. *l. 6. D. h. t.* quod accipitur de feriis in gratiam hominum conſtitutis; quæ enim feriæ ſunt dedicatæ cultui divino, iis renuntiare non licet. *l. fin. C. h. t.* quo referri ſolent final. verba *l. 36. D. de Recept. qui arbitr. recep. niſi alia lege eadem dies feriata, in qua ſententia dicta, eſt excepta.*

XXXII.

XXXII. *Ad l.7.& ult.*] In causis pecuniaris omnis dilatio in singulis causis plus quam semel non tribuitur. *h. l. ult.* Additur in *l.* 1. *in* *fi. C. de Dilat. non facile*; nam utilitatis litigantium gratia, causâ cognitâ & iterum dilatio concedi solet. *h. l.* 7. In causis criminalibus causâ eoque cognitâ accusatori conceduntur duæ dilationes, tres reo. *d.l.fin.* cujus partes sunt favorabiliores. *l.* 125. *D. de R. I. jung. l.* 5. *§. ult. D. de Dol. mal. except.* neque excipitur crimen adulterii propter *l.* 41. *D. Ad l. Iul. de adult.* quæ ex *d. l. fin.* commodam recipit interpretationem. Ita qui pro tribunali cognoscit, tempus, quod judicatis conceditur, prorogare potest. *l.* 2. *D. de Re judic.* arctatio ei non tam facilè conceditur. *l.* 4. §. 5. *D. eod.* nisi in causis singularibus. *d. l.* 2. Moribus dilationum tempora ferè sunt arbitraria.

DE EDENDO.

XXXIII. *Ad l.* 1.] Qua quisque actione agere volet, eam edere debet, ut sciat reus utrum cedere, an contendere ultra debeat, &, si contendendum putet; veniat instructus ad agendum, cognitâ actione qua conveniatur. *h. l.* Edita actio speciem futuræ litis demonstrat. *l.* 3. *C. h. t.* unde Comicus in Adelph.

---- Quid? si ego tibi illam nolo vendere,
Coges me? AEs. Minime. S. Namque id metui.
AEs. Neque vendundam censeo

Quæ

Quæ libera est: nam ego illam liberali aſſero cauſa manu.
Nunc vide utrum vis argentum accipere, an cauſam meditari tuam.
Delibera hoc dum ego redeo leno.

Deliberandi ſpatio præfiguntur horæ viginti dierum induciæ. *Nov.* 53. *c.* 3. *Auth. offeratur. C. de Lit. Conteſtat.* quæ etiam conceduntur reo, ſi actor actionem inſtitutam deſeruerit, & novam ſubrogaverit, *arg. l.* 79. *D. de Iudic.* An genus aut nomen actionis exprimendum eſt? Diſting. In actionibus perſonalibus cauſa indefinita non ſufficit, quia ex pluribus cauſis eadem res mihi deberi poteſt; contrarium eſt in rei vindicatione, quâ cum experior, non expreſſa cauſa, ex qua rem meam eſſe dico, omnes cauſæ una petitione adprehenduntur, quia dominium non niſi ex una cauſa contingere poteſt. *l.* 14. §. 2. *D. de Except. rei jud. l.* 3. §. 4. *D. de A. P.* non obſtante *l.* 2. *D. Pro ſuo.* Jure Canonico, cui conſentiunt mores hodierni, non ita ſubtiliter de nomine actionis diſquiritur, ſed ſimpliciter & factum ipſum, & rei veritas proponitur, ita ut ex eo jus agendi colligatur. *c.* 6. *X. de Iudic.* Cautè tamen hîc procedat actor, atque nihilominus negotio convenientem in judicium deducat actionem, ne propter errorem in hoc commiſſum exceptio informalitatis, ut loquuntur, ei objiciatur.

XXXIV. *Ad l.* 3.] Non ut actor reo, ſic reus

rus actori instrumenta ad fundandam intentionem ejus edere compellitur. *l.* 4. *& ult. C.h.t. l.* 7. *C. de Testib. c.* 1. *X. de Probat.* ne cogatur dicere cum Poëta, *Heu patior telis vulnera facta meis.* Conf. ll. Ruremund. *p.* 5. *tit.* 13. §. 1. quod tamen non est universale, nam interdum ex causa, quæ ad judicis officium pertinere solet, reus instrumenta actori edere cogitur. *l.* 1. *C.h.t.* veluti si pro fisco de jure capiendi, vel de jure dominii, vel de aliqua causa simili, re nummaria, quæratur, non si de capitali causa agatur. *l.* 2. §. *jung. l.* 37. *D. de Iur. fisc.* nisi fortè ipse reus in judicio instrumenta producat, quò non incommodè restringitur. *h. l.* 3. Editione quoque instrumentorum est opus si argentarius, vel ejus successores conveniantur. *l.* 10. *in pr. & l.* 9. §. 1. *D. h. t.* Controvertitur, an non reo, qui in exceptionibus pro actore habetur, *l.* 1. *D. de Exception.* quatenus ibi intentionem suam implere debet, *l.* 19. *D. de Probat.* necessitas imponatur, ut actori ad juvandam saltem replicationem instrumenta exhibeat? Affirmant multi; satis jejunè; cùm enim per replicationem actio instituta quasi in pristinum statum restituatur, atque actoris jus propter defensionem rei aliquo modo enervatum iterum confirmetur, tanto minus in replicatione reum pro actore habendum esse consequitur. Quod autem dixi de instrumentis ab actore reo edendis, id non de rationibus duntaxat, sed de instrumentis communiter exaudiri volo, *arg. d. l. fin. C.h.t.*

EXER-

EXERCITATIO TERTIA

RESPONDENTE
JUSTO VYGH, *Arenaco-Gelro.*

DE PACTIS.

I. A *d l.* 1. *§.* 3.] Non tantum conventionis nomen generale est, atque ad conventiones quascunque & nudas & non nudas pertinet. *h.* §. Sed & idem statuitur de pactione seu pacto (quæ duo non distinguuntur. *h. l.* 1. *§.* 2. *l.* 3. *D. de Pollicitat. l.*7.*§*.4. *& seqq. D.h.t.*) ut & hîc sæpè contractus comprehendantur, *arg. §. fin. Inst. de Servit. præd. §.* 1. *Inst. de Vsufr. l.* 20. *C. de Pact.* quomodo & prætor pacta, pacta conventa (quæ etiam sunt synonyma & ἰσοδυναμοῦντα. *tit. D.de Pact. dotal. junct. tit. C. de Pact. conventi tam sup. dot.*) se servaturum pollicetur. *l.*7.§.7. *D. h.t.* datâ quidem actione in contractibus. *l.* 1. *D. Commod.* vel datâ exceptione in pactis nudis. *ead. l.* 7. §.4. uti in judicio familiæ erciscundæ adjudicatione prætor tuetur exceptiones, aut actiones dando. *l.* 44. *§.* 1. *D. de Famil. ercisc.* Interdum etiam prætor pactiones nudas tuetur dando actiones, qualia sunt pacta constitutæ pecuniæ, & hypothecæ. *l.* 17. §. 2. *D. h. t.* quæ per se manent nuda, licet extrinsecus à prætore confirmentur, quemadmodum & alia pacta legitima, veluti dotis. *l.* 6. *D. de Dot. promiss.* donationis.

l. 35.

35. §. 5. *C. de Donat.* Add. *l.* 30. *D. de Vsur. l.*
. §. 1. *D. de Nautic. fœnor.* & dicitur legitima
onventio, quæ lege aliqua confirmatur vel ad-
ıvatur, ut nomine pacti nudi aliquando detur
ctio. *l. 6. D. h. t.* uti etiam nomine naturalium
bligationum interdum actio competit. *l.* 10.
. *de O. & A.* Pactum igitur aliud est nudum,
iud non nudum, seu contractus; vel conventio
ia est nuda, alia non nuda. *l.* 8. *&* 15. *D. de Præ-
ript. verb. l.* 10. *C. h. t.* add. *l.* 61. *D. Pro soc.*
ontractus item nomen latissimè patet, nam
mnem obligationem pro contractu habendam
se asserit JC. in *l.* 20. *D. de Iudic.*

II. *Ad l.* 2. §. 1. *& l.* 3.] Redditio chirogra-
hi, quod continet principalem obligationem,
ducit remissionem debiti. *h.* §. 1. Aliud est in
hirographo cancellato, quod quidem inducit
ræsumptionem solutionis & liberationis, sed
contrariâ probatione eliditur. *l.* 24. *D. de Pro-
ıt.* Quæro, si plura ejusdem debiti sint chiro-
rapha, an debitor, si penes eum inveniatur
num, sit liberatus? Non existimo, *arg. l. fin.
. de His quæ in testam. delent.* Pignore autem
ddito, quod est παρενθήκη seu accessio dunta-
at principalis obligationis. *l.* 43. *D. de Solut.*
ebitum principale peti posse dubium non est,
si specialiter contrarium actum esse probetur.
l. 3. sed creditori pignoris jus remissum est.
7. *C. de Remiss. pign.* neque hîc opus est expressa
onventione, cujus Impp. de facto consulti
men-

mentionem faciunt in *l. 9. C. eod.* Si tamen invito vel ignorante creditore cautio fit reddita, ne quidem pignus ſolvitur, *l. 15. C. de Solut.* Sic & ſi conceſſerit creditor debitori, ut hic precario aut pro conducto pignore ſeu re ſua utatur, neutiquam jus pignoris remiſſum eſt. *l. 35. §. 1. & l. 37. D. de Pignor. act. l. 36. D. de A. P.*

III. *Ad l. 4.*] Inducta & invecta ab inquilino in prædium urbanum tacito pignoris jure tenentur. *h. l. l. 4. & 6. D. In quib. cauſ. pign. tac.* non tantum pro mercede locationis, ſed & pro deterioratione culpâ inquilini facta. *l. 2. D. eod.* Et, quia nuſpiam bona minorum excipiuntur, ſub prædicta regula, quæ verſatur in terminis hypothecæ legalis, ea contineri judico, etiamſi ex conventione pignori obligari nequeant. *l. 22. C. de Adminiſtr. tut.* Idem ſentio de libris Studioſorum in muſæum conductum illatis, neque hodie hypothecæ tacitæ eximuntur, propter *Auth. Habita. C. Ne fil. pro patr.* neque etiam diſcrepant mores hodierni, licet libri iſti ſub expreſſa generali omnium bonorum obligatione contineri non videantur, *arg. l. 6. & ſeq. D. de Pignor.* In illatis in ruſticum prædium exigitur voluntas inferentis. *l. 5. C. Locat.* h. e. expreſſa conventio, *arg. l. 5. §. 1. D. In quib. cauſ. pign. tac. contrah. junct. l. 4. D. eod. h. l. 4.* Unde datur interdictum Salvianum domino fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigiſſet. *§. 3. Inſt. de Interdict.* Fructu-

dum

duntaxat, qui ibi naſcuntur, tacitè ſunt obligati. l. 7. *D. In quib. cauſ. pign. tac. contr.* ubi tamen principium ſeparandum eſt à §. 1. qui de prædio urbano explicari debet. Moribus hodiernis in quodcunque prædium, tam ruſticum, quam urbanum, illata tacitè oppignorantur. Reform. Velav. *tit.* 26. §. 11. ll. Municip. Zutphan. *tit.* 25. §. 3. ll. Rurem. *p.* 4. *tit.* 4. §. 2. *art.* 2. Transiſulan. *p.* 2. *tit.* 9. §. 13. Et jus in pignore retinetur, licet debitor rem oppignoratam in alium transferat, quod vel oſtendit caſus ſingularis *l.* 9. *D. In quib. cauſ. pign. tac. contrah.* & quia pignoris perſequtio in rem parit actionem creditori. *l.* 17. *D. de Pignor.* quæ contra poſſeſſores quoſcunque conceditur. *l.* 25. *D. de O. & A.* Moribus hodiernis, ſi res mobiles illatæ alio transferantur, pignus extinguitur, & neceſſe eſt, ut in prædio detineantur, aut amotæ à creditore confeſtim arreſto includantur. Ita nuper conſultus reſpondi.

IV. *Ad l.* 7. §. 1. & 2.] Conventio quæ habet nomen legitimum, quæ propter utilitatem, quam generi humano præbet, accepit nomen ſpeciale, aut quæ quidem nomine ſpeciali caret, ſed cauſam habet, vocatur contractus ſeu συνάλλαγμα, *h. l. jung. l.* 19. *D. de V. S.* ubi tamen contractus δύπλευροι, à latere utroque obligatorii tantum deſcribuntur, atque ita mutuum, & ſtipulatio contractui opponuntur. Per cauſam autem in *h.* §. 2. intelligitur à quibusdam cauſa

impulſiva, ab aliis negotium habile ad producendam obligationem efficax. Explicatius per cauſam denotatur datio aut factum, *arg.h.* §. 1. *&* 2. *junct.* §. 4. ut conventio nuda per dationem aut factum degeneret in contractum innominatum, quomodo placitum permutationis diſtinguitur ab ipſa permutatione, ſeu contractu do ut des, in *l.* 3. C. *de Rer. permutat.* eoque reſpectu dicitur nomine tranſactionis dari actio præſcriptis verbis, quà ab una parte interceſſit datio, aut ab altera lis remiſſa, in *l.* 6. C. *de Tranſaction.* Atque illa ſi penitius examinentur, liquebit, in nullo contractu nominato cauſam reperiri. Nam *v.g.* Contractus reales, de quibus dubitari poſſet, perficiuntur quidem datione, non tamen talis eſt datio qualis in contractu innominato cauſam facit. In mutuo res datur fungibilis, non ut res detur, ſed ut alia res ejusdem generis reſtituatur.

V. *Ad ejusd. l.* §. 4. *&* 5.] Fidei humanæ nihil magis congruum eſt, quam quæ placuerunt cuſtodiri. *l.* 1. *D. h. t.* grave eſt fidem fallere. *l.* 1. *in pr. D. de Conſtit. pecun.* neque tamen, ſi conventio placiti ſine ſteterit, ex nudo pacto actio Jure noſtro naſcitur. *l.* 27. C. *de Locat. conduct.* *l.* 10. C. *h. t.* ſed exceptio datur. *h.* §. 5. Neque jure Canonico tale pactum producit actionem, quod quidem judicat, pacta ſervanda, pacta cuſtodienda, ſtudioſe agendum eſſe, ut ea quæ promittuntur, opere impleantur. *c.* 1. *&* 3. *X. h. t.*

ſed

ed legibus convenienter & juxta. *d. l.* 7. §. 7. *h.* . quia jus Canonicum, quando juri Civ. non eſt pertè contrarium, inde interpretationem recipit. *c.* 1. & 2. *X. de Oper. nov. nuntiat.* Nuda tamen pollicitatione ſeu pactione, (ajunt Impp. in 5. C. *de Contrah. ſtipul.*) ad præſtanda ea, quæ unt promiſſa, urgeri quenquam non ſemper jura ermittunt. *Non ſemper*, pacta enim quædam tiam nuda ſunt obligatoria, veluti legitima, tem quæ in continenti & ingreſſu *συγχρόνως τῇ υστάσει, τοῦ συναλλάγματος* bonâ fide. Contratibus adjiciuntur, quæ partem faciunt contractus, legem dant contractui, eique inſunt. *h.* §. . *l.* 13. *C. h. t.* Atque hoc caſu non datur nova ctio præſcriptis verbis, *arg. l.* 1. & *ſeqq.* D. *de Præſcript. verb.* Sed actionem ex contractu deſcendentem formant, eorumque nomine actio rincipalis contractus datur. *l.* 69. D. *de Contrah. empt. l.* 6. §. 1. D. *de A. E.* Si tamen dubitetur, an principali actioni ſit locus, veluti ſi pactum tendat ad diſſolutionem contractus, datur actio præſcriptis verbis. *l.* 12. D. *de Præſcript. verb.* cum qua etiam conjungitur actio principais contractus in *l.* 2. C. *de Pact. int. empt.* cujus tiam ſolius in caſibus dubiis ſæpe fit mentio, ut n *l.* 4. D. *de L. Commiſſor. l.* 16. D. *de Ind. addict.* An acta adjecta inſint contractibus ſtricti juris, licam infr. *ad l.* 40. D. *de R. C.* Receſſit hæc diſputatio ſubtilis ab uſu hodierno, quo quævis pacta deliberato animo inita ad agendum ſunt efficacia.

VI. *Ad §.* 14.] De furto paciſci lex permittit. *h.* §. ſi quis precibus impetraverit, ne ſecum furti ageretur alioqui cum pretio quantocunque pactus eſt, notatur infamiâ. *l.* 6. §. 3. *D. de His qui not. infam.* Crimen confiteri intelligitur, qui ita, maximè cum res deducta eſt in judicium, paciſcitur. *l.* 4. §. *fin. & l. ſeq. D. eod.* quò ref. §. 2. *Inſt. de Pœn. tem. litig.* Neque tamen Transactiones, quæ non celebrantur gratis, *l.* 38. *C. de Tranſact.* de privatis delictis planè ſunt prohibitæ. *l.* 7. *D. de Condict. furtiv. l.* 54. §. *fin. & l.* 56. §. 4. *D. de Furt. l.* 13. *C. eod.* De criminibus quoque publicis non capitalibus qui tranſigit, incidit in accuſationem falſi. *l.* 18. *C. de Tranſact.* tenetur quoque concuſſionis, qui ob accuſandum vel non accuſandum pecuniam accipit. *l.* 1. & 2. *D. de Concuſſ.* quo ſenſu interdictum eſt ſordidis Concuſſionibus, non autem Tranſactionibus. *l.* 1. §. 3. *D. de Calumniat.* quando eſt cauſa ſanguinis. *l. fin. D. de Prævaricat.* Capitalis *l.* 18. *C. de Tranſact.* ignoſcendum enim jura cenſuerunt ei, qui ita ſanguinem ſuum qualiter qualiter redemptum voluit. *l.* 1. *D. de Bon. eor. qui ant. ſent.* Sed hæc pactio non præjudicat Magiſtratibus aut aliis privatis, quo minus hi eundem reum criminis peragere, illi ex officio contra delinquentem procedere & inquiſitionem inſtituere poſſint, *arg. l.* 51. *D. Ad l. Aquil. junct. l.* 38. *D. h. t. l. pen. D. de Re jud.* Moribus publica criminum accuſatio publicis perſonis committi ſolet.

VII. *Ad*

VII. *Ad §. pen.*] Licet exonerare bona viventis, pactio filii inita cum creditoribus paternis, fortè ob spem paternæ hereditatis, ei prodest, ut per doli exceptionem liberetur. *h.* §. sed bona vivi parentis donationibus aut aliis alienationum generibus onerare nequit. *l.* 29. *§. fin. D. de Donat. l.* 4. *C. Si res alien. pign. l.* 3. *C. de Patr. potest.* Omnis conventio de hereditate hominis viventis & certi est prohibita *l.* 4. *C. de Inutil. stipul. l.* 1. *& seq. §.* 1. *in fin. D. de Her. vend.* ubi tamen hæc vox *Maximè* significat ita demum, ut & in *l.* 9. *D. de usucap.* Neque pœna in contrarium promissa peti potest. *l.* 61. *D. de V. O.* Neque sustinetur pactum dotale *ἰσομοιρίας*, æqualis successionis. *l.* 15. *C. h. t.* sed inter milites jure singulari receptum est, ut pacta reciproca περὶ ἀλληλοκληρονομίας valeant. *l.* 19. *C. eod.* Inter paganos quoque si ille, de cujus hereditate agitur, consentiat, & in illo consensu usque ad extremum vitæ spiritum perseveret, conventio subsistit. *l. ult. C. h. t.* Conventio item generaliter accepta de hereditate obventura, nullius hominis designatâ hereditate, sustinetur, veluti, si inter socios convenerit, ut, si qua justa hereditas alterutri socio obvenerit, ea sit communis. *l.* 3. *§.* 2. *D. Pro soc.* Moribus multarum gentium frequentissimè succeditur ex pactis antenuptialibus: In Frisia hic strictissimè servatur. Jus civile Roman. & pactum æqualis successionis improbatur. Idem judicarunt Ultrajectini.

VIII. *Ad §. fin. & l. 8. & 10.*] Non noce
creditoribus hereditariis conventio heredis
etiam qui pactus est, ut æs alienum solvat em
ptori hereditatis. *l. 2. C. de Hered. vel act. vena*
Neque, si major pars creditorum de remission
debitori facienda convenerit, hæc conventio re
liquis nocet. *l. 25. C. h. t. l. 74. D. de R. I.* Add
l. 39. D. de N. G. Excipitur heres alicujus ob
ærati debitoris, qui si antequam adire velit here
ditatem, cum omnibus creditoribus vel major
eorum parte paciscatur, ut minus solvatur, con
ventio est valida. *h. l. 7. §. 17.* nocebitque etiam
iis, qui pacti non sunt; prætor, si dissentiant, se
quetur majoris partis voluntatem. *h. §. fin.* Ma
jor autem pars æstimabitur 1. ex debiti quanti
tate. 2. ex personarum numero. 3. dignitate, &
si omnia tandem in unam æqualitatem concur
rant, humanior sententia à prætore est eligend
h. l. 8. Quod ita majori parti creditorum præ
sentium placuit, creditores absentes legitim
& tempestivè citati, sequi tenentur, idque noce
bit absentibus creditoribus etiam privilegiarii
veluti qui inter chirographarios creditores pr
vilegium προτοπραξίας habent, qualis est fisc
in his casibus, in quibus non habet hypothecam
sed tantum privilegium personale. *h. l. 10.* quo
contingit, quando in privati locum successit
cujus jure uti debet. *l. 6. D. de Iur. fisc.* Sed &
pænarum fiscalium petitio postponitur credito
ribus rei condemnati. *l. 17. D. eod. l. un. C. Pœ*
fisca

fiscal. credit. præf. in quibus etiam causis, si dubiæ sint, contra fiscum respondetur. *l.* 10. *D. de Iur. fisc.* At in contractibus fiscus semper habet ius pignoris, nec indiget speciali conventione. *l.* 46. §. 3. *D. eod. l.* 2. *C. In quib. caus. pign. tac. contrah.* Cæterum illa pactio nocebit creditoribus absentibus privilegiariis duntaxat quod ad partem debiti, non in privilegio, *arg. l.* 58. §. 1. *vers. sed cum propones. D. Mandat.* Neque etiam creditoribus, qui habent hypothecam, vel fidejussorem vel mandatorem, reliquorum pactio nocebit. *h. l.*10.*d. l.*58.§.1. Moribus ne quidem pactio creditorum partem debiti remittentium reliquis, sive præsentibus sive absentibus, præjudicat.

IX. *Ad ej. l.* 10. *§.* 1.] Si pacto non petendo sit subjecta stipulatio pœnæ, utraque via & exceptionis pacti, & actionis ex stipulatu uti licet, prout elegerit qui stipulatus est, sed si ex stipulatu egerit, exceptio pacti ei denegabitur, & vice versa. *h. l.* est equidem pœna commissa etiam post propositam exceptionem *l.* 122. §. *fin. D. de V. O.* Sed agenti iterum objicietur exceptio doli vel in factum, vel acceptam facere pœnæ obligationem debet *l.* 12. *§.* 2. *D. de Pact. dotal.* Interdum tamen & pœnam præstare promissor cogitur, quando eam, si contra placitum fecerit, rato manente pacto stipulanti promisit. *l. pen. D. de Transact.* Add. casum *l. pen. C. eod.* An stipulatione pœnali obligatio princi-

palis novetur, habebitis *ad l. 44. §. fin. D. de O. & A.*

X. *Ad l. 13. §. 1. & l. 16.*] Qui constituitur procurator in rem suam, veluti cui est vendita hereditas ex cessione ista, etiam citra mandatum ex rescripto D. Pii utiles actiones suo nomine habet *h. l. 16.* quod postea ex interpretatione Jctorum & Impp. ad similes casus porrectum est. *l. 1. 2. C. de O. & A. l. 7. & l. seq. C. de Hered. vend. l. 18. C. de Legat. l. 33. C. de Donat.* Si cessioni mandatum accedat, præter utilem actionem, etiam directæ actionis exercitium in cessionarium transit, seu directam actionem ex persona & mandato cedentis exercet procurator in rem suam, *d. l. 1. l. 9. C. de Procurat. l. ult. C. si fisc. vel privat.* atque venditor præfertur. *l. 55. D. de Procurat.* Pactum conventum initum inter emptorem hereditatis & debitorem hereditarium servandum est, quia loco domini habetur *h. §. 1.* venditori nocet, eique directâ actione, quæ penes eum mansit, agenti objicitur exceptio doli mali. *h. l. 16.* concessa enim fuit cessionario potestas quovis modo liberandi debitoris, *arg. l. 49. D. de Solut.* Diversum statuitur in venditione rei hereditariæ, cui, cum de evictione teneatur, rei judicatæ exceptio, quæ emptori obstabat, nocere non debet. *l. 9. §. fin. D. de Except. rei judic.* hereditatis autem vel actionis venditor evictionis nomine non obligatur. *l. 2. 10. 11. & 12. D. de Hered. vel act. vend.* si tamen venditor here-

ereditatis, emptori mandatis actionibus, cum ebitore hereditario, qui venditam hereditatem sse ignorabat, transegerit, posteaque emptor ebitum exigere velit, debitor exceptionem ransacti negotii habet. *l. fin. D. de Transact.* 'lanè si possessor alienæ hereditatis cum creditoibus hereditariis paciscatur, hæc pactio uti nec iocet, sic nec prodest vero heredi. *l. 17. §. pen.*). *h. t.* Aliud est in constituto. *l. 22. D. de Conlit. pecun.*

XI. *Ad l. 17. §. 2.*] Pignus quod contrahiur nudâ conventione. *l. 1. D. de Pignor. act.* roprie hypothecæ appellatione continetur. §. 7. *Inst. de Action.* & de hoc pignore jure honorario nascitur pacto actio, quæ tollitur per exceptionem, quando pasciscor ne petam. *h.* §. quod le pactione super debito principali interposita ntelligendum est, sed si de hypotheca dissolvenda quæratur, eam ipso jure nudo pacto contrario :olli asserimus, *arg. l. 80. D. de Solut.* Obligatio pignoris consensu & contrahitur & dissolvitur. *l. 2. C. de Remiss. pignor.* Add. *l. 23. C. de Pignor.* Exceptio autem ista pacti etiam dabitur tertio possessori ad elidendam actionem hypothecariam contra se institutam licèt debitor pacto personali sit liberatus, *ne à sua persona petatur, arg. l. 5. in pr. D. Quib. mod. pign. solv.* Quod pronuntiando secutus est Senatus Frisiæ.

XII. *Ad ejusd. l. §. 4. l. 21. §. 2. & l. 33.*] Si quis paciscatur, ne à se neve à filio petatur, hujus

pacti exceptio directa filio non datur etiamsi pa tri postea extiterit heres *h.* §.4. (quomodo hi qui in nostra potestate sint, paciscendo prodess non possumus) sed exceptio doli ei proderit. *h* §.2. Ita sonant apices juris, quamvis in effectu nihil intersit, utrum filius pacti an doli exceptionem habeat, sed exceptio doli est subsidiaria exceptionis pacti conventi de non petendo. *l.* 10. § 2. *D. h. t.* Si tamen pater filio, ut heredi futuro paciscatur, quod tunc facere videtur, cum supe ea obligatione paciscitur, ex qua filius non nis ut heres conveniri potest, exceptio pacti filio conceditur; etiam uni tantum ex heredibus providere licet. *h. l.* 33. *l.* 10. *D. de Pact. dotal.* A unum ex heredibus in obligationibus, quæ juri sunt, ultra portionem hereditariam onerare non est concessum. *l.* 56. §. 1. *D. de V. O.* quia obligatio, quæ cæpit in defunctum, ipso jure ex lege 12. tabb. in portiones hereditarias inter heredes divisa est. *l.* 6. *C. Fam. ercisc. l.* 2. *C. de Hered act.* Jura igitur magis favent liberationi quam obligationi. *l.* 47. *D. de O. & A.*

XIII. *Ad l.* 23.] Jusjurandum in rem à fidejussore exactum proficit reo. *l.* 28. §. 1. *D. de Iurejur.* Sed fidejussoris conventio nihil prodes reo. *h. l.* Neque pactum contentum de non petendo cum uno ex fidejussoribus initum confidejussoribus prodest. *eâd. l.* neque etiam tali pactio nocere debet, ne contra *l.* 71. §. *pen. D. d Fidejussor.* pactum creditoris tollat beneficium

alie

alienum. *l. 74. D. de R. I.* Si igitur creditor quosdam ex fidejussoribus gratis vel saltem parte aliquâ debiti acceptâ liberaverit, atque ita ipsius vitio & culpa contigerit, quo minus fidejussori, quem convenit, in effectu actiones cedere possit, nihilominus exceptione cedendarum actionum ab eo removendus est, quod expressè dispositum in mandatore *l. 95. §. pen. D. de Solut.* haud ineleganter ad fidejussorem porrigitur, adeoque in *l. 15. §. ult. D. de Fidejussor.* hæc verba *nullâ exceptione submoveris* cum aliquo temperamento sunt accipienda. Placuit ista sententia Senatui Sabaudiæ.

XIV. *Ad l. 27. in pr.*] Si unus ex argentariis sociis cum debitore pactus sit, hæc pactio non nocet alteri. *h. pr.* ubi in fine additur, idem in duobus reis stipulandi dicendum esse; Quæ tamen clausula non incommodè pacto de non petendo applicatur, juxta *l. 15. D. h. t.* Certè ad novationem extendenda non est; unum enim ex correis credendi posse novatione debitorem ab altero liberare, quando id specialiter agit, asserit Venulejus in *l. 31. §. 1. D. de Novat.* Unde patet obiter, etiam in Pandect. reperiri casus, quibus novatio non aliter processit, quam si expresse de ea conventum fuerit. Add. *l. 29. D. eod. l. 18. circ. fin. D. de V. O.*

XV. *Ad §. 2. & ad l. ult.*] Naturalis obligatio justo pacto ipso jure tollitur, seu eodem illo ipso jure, ex quo suam substantiam sortitur. *l. 95.*

§. 4. D.

§. 4. D. de Solut. Ubi autem obligatio naturalis adjuta est à jure civili, pacto non tollitur ipso jure, sed per exceptionem. *§. 3. Inst. de Except.* Et si pactus, ne peteret, postea convenit, ut peteret, prius pactum per posterius non tollitur ipso jure, sed replicatione exceptio elidetur: Eâdem ratione contingit, ne fidejussoribus prius pactum prosit, verba sunt *h. §. 2.* Uti ad exemplum principalis debitoris non liberentur ipso jure, sed demum proposita exceptione, & quando post pactum liberatorium consentiunt de novo, ut iterum peti liceat, eadem ratione exceptio pacti replicatione elidatur, aliàs semel adquisita fidejussori pacti exceptio, ulterius ei invito extorqueri non potest. *h. l. ult.*

XVI. *Ad §. 6. & 7.*] In obligationibus alternatis vel alternativis, quando disjunctivo modo duæ res promittuntur, electio tribuitur debitori. *l. 10. in fin. D. de I. D. §. 33. Inst. de Action.* Uti autem in hac obligatione, petitione, seu actione & exactione, solutione & acceptilatione unius rei tota obligatio solvitur, ita pacto convento de una re petenda interposito, tota obligatio submovetur. *h. §. 6.* Sed si una pars stipulationis alternativæ sit sublata, quæ superest manebit in obligatione. *l. 8. §. 8. D. de Fidejuss.* Idem est si dominium unius rei sibi acquisiverit stipulator. *l. 16. D. de V. O.* Vel, si Stichum aut decem sub conditione stipulatus, decem aut Stichum acceptum fecerit, & Stichus pendente condition

dece

decesserit, decem in obligatione manebunt *l.* 3. §. 6. *D. de Acceptilat.* Obtinet tamen in venditione alternativa, ut si venditor sit pactus, ne alterutrius emptio maneat, obligatio duntaxat ejus rei nomine resolvatur. *l.* 4. *D. de Rescind. vendit.* Qui generaliter hominem promisit, similis est ei, qui alternativè hominem aut Stichum debet. *l.* 32. *in fin. D. de Condit. indeb.* Unde & ibi regulariter, si sit pactum interpositum de non petendo Sticho, id actum videtur, ne quid omnino petatur, quemadmodum etiam acceptilatione unius rei obligatio tota solvitur. *l.* 13. §. 4. *D. de Acceptilat.* Aliud obtinebit, quando in generali obligatione electio tributa est creditori, quod supponitur in *h. §.* 8.

XVII. *Ad* §. 8.] Si convenerit, ne fundum petam, & usumfructum petam, exceptio pacti conventi obstabit. *h.* §. fundus igitur hîc accipitur pro plena proprietate. *l.* 19. *D. de Vsufr. leg.* aliàs in petitione fundi ususfructus servitutis locum obtinet. §. 9. *Inst. de Legat.* Nec est dominii pars. *l.* 25. *D. de V. S.* Quomodo item in ædificio, quod alibi distinguitur à rebus singulis. *l.* 7. §. 2. *D. de Except. rei jud. l.* 23. *D. de Vsucap. l.* 30. *D. de A. D.* Qui convenit ne ædificium petat & si eo dissoluto singulas res petere velit, ei nocet exceptio pacti. *h. §.* An & quando acceptilatio inutilis vim pacti habeat, explicabitur in *l.* 8. *de Acceptilat.*

XVIII. *Ad l.* 28. *&* 31.] Quæ pacta sunt con-

contraria bonis moribus, quæ turpem causam continent, non valent, veluti ne dolus futurus in contractibus præstetur. *l.* 23. *vers. excepto eo.* D. *de* R. I. Sed valet conventio, ne agatur judicio depositi, in quod dolus venit, *d. l.* 27. §. 3. *D.h.t.* expressa nocent, non expressa non nocent. *l.* 195. D. *de* R. I. Dolus autem præteritus pacto rectè remittitur, veluti ne incensarum ædium, furti, injuriarum agatur. *d.l.*27. §. 4. *l.* 4. C. *de Transact.* Generaliter autem, quoties pactum à jure communi remotum est, quod est contra juris civilis regulas, servari non oportet. *l.* 7. §. 16. *l.* 28. D. *h. t.* Ita nec ex prætorio nec solenni jure privatorum conventione quicquam immutandum est. *l.* 27. D. *de* R. I. modo causa, quæ ad edictum prætoris pertinet, concernat publicam læsionem; Jus publicum privatorum pactis mutari non potest. *l.* 38. D. *h. t.* De iis verò, quæ respiciunt rem familiarem pacisci licet. *l.* 7. §. 14. D. *de Pact.* Unde contra edictum Ædilium curulium pacisci lex permittit. *h. l.* Puta, ne redhibitoria, & æstimatoria seu quanti minoris agatur, remittentibus actiones suas non est dandus regressus ad eas, *l.* 14. §. *pen.* D. *de Ædil. edict.* Quod longè aliud est, quam pacisci contra edictum, vitium morbumve pronuntiari jubens. *l.* 1. §. 1. & 38. D. *eod.* Imò licet causa concernat rem familiarem, si tamen offendantur regulæ juris & leges prohibentes, pactio improbatur, uti *in l.* 35. D. *Pro soc.*

XIX. *Ad l.* 35.] Si post factam transactionem inveniantur codicilli, ex quibus fideicommissum relictum esse constat, non obstante transactione fideicommissum petere licet. *l.* 3. §. 1. *D. de Transact.* Quod exegit specialis favor ultimæ voluntatis propter *l.* 6. *D. eod.* Verum aliàs sub prætextu instrumenti post reperti transactio bona fide inita non rescinditur *l.*19. *C. de Transact.* Secus est, si dolus malus interveniat, veluti si unus ex fratribus transigentibus pecuniam auream subtraxerit, cujus nulla mentio instrumento divisionis continebatur, quo casu exceptio transactionis replicatione doli eliditur. *h. l.* nisi constet judici, aliunde fratres de fideicommisso quoque inter se transegisse, quo referri solet *l.* 12. *§. fin. D. de V. O.*

XX. *Ad l.* 39.] Quoties versamur in dubio, sententia ea est accipienda, quæ rei gerendæ est potior. *l.* 67. *D. de R. I.* quæ est verisimilior. *l.* 114. *D. ea l.* 13. *D. Qui pot. in pign. l.* 29. *D. Locat.* *l.* 113. *§.* 1. *D. de V. O.* Quod si autem non appareat, quod actum est, id sequemur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur, aut τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον γινόμενον, quod plerumque fieri solet. *l.* 34. *& d. l.* 114. *D. de R. I.* Exempla occurrunt passim, ut in *l.* 31. *§.* 20. *D. de Ædil. Edict. l.* 9. *D. de Probat.* Si denique de more regionis non constet, ad minimum summa redigenda est. *l.* 9. *D. eod.* atque ita pactio obscura, vel ambigua nocebit venditori, in cujus potestate fuit

legem

legem contractus apertius conſcribere. *h. l. l.* 33. *D. de Contrah. empt. l.* 172. *D. de R. I.* Idem tamen ſervandum eſt in emptore, ut & contra eum, ſi legem contractus dixerit obſcuram, interpretatio fieri debeat. *l.* 34. *D. de Contr. empt.* Ubi emptor dixerat Stichum acceſſurum, add. *l.* 60. *D. eod.* Ubi emptor adjecerat dolia acceſſura venditioni. Quæ etiam diſtinctio obſervatur in locatione, & modò interpretatio fit adverſus locatorem, modò adverſus conductorem. *h. l. d. l.* 29. *D. Locat.* Idem eſt in ſtipulatione. *l.* 38. §. 18. *& l.* 106. *D. de V. O. junct. l.* 99. *& l.* 110. §. 1. *D. eod.* In judiciis autem ſi quis intentione ambigua vel oratione uſus ſit, id quod actori utilius eſt, accipitur. *l.* 66. *D. de Iudic. l.* 83. §. 1. *D. de V. O.*

XXI. *Ad l.* 40.] Pacta in rem omnibus proſunt, quorum obligationem diſſolutam eſſe, ejus, qui paciſcebatur interfuit. *l.* 21. § *ult. D. h. t.* Pacta autem perſonalia ad alium non pertinent, ne quidem ad heredem. *l.* 25. §. 1. *D. h. t.* Utrum autem in rem, an in perſonam pactum factum ſit, non minus ex verbis, quam ex mente convenientium æſtimandum eſt. *l.* 7. §. 8. *D. eod.* Tale pactum, *profiteor te non teneri*, non eſt perſonale, ſed in rem & generale, adeoque non tantum paciſcenti, ſed etiam heredibus ejus liberationem parit. *h. l.* Perſona pacto inſeritur, non ut perſonale fiat, ſed ut denotetur, cum quo pactum initum eſt. *Ad* §. 8. Sed his literis, *pro-*

fiteor

eor te mihi pecuniam solvisse*, non aliter liberatio ontingit, quam si pecunia soluta sit. *l.* 19. *§.* 4. . *de Acceptilat.* si nulla solutio intervenerit, lis apocha non nocebit creditori, modo ex- ptionem non solutæ pecuniæ intra triginta es proposuerit, elapso hoc tempore non au- etur, ut & jusjurandum delatum licite recuse- r. *l.* 14. §. 2. *&* 3. *C. de Non num. pec.* Sic cen- it Senatus Frisiæ. Quid si post memoratum atium creditor velit probare pecuniam sibi on fuisse numeratam? Nihil muto. *arg. d.* §. 2. *seq.* uti nec post biennium audiendus est debi- or, qui chirographo fatetur pecuniam sibi esse umeratam, licet probare velit. *d. l.* 14. *in pr.* de quæ infra dicuntur *ad l.* 30. *de Reb. cred.*

XXII. *Ad l.* 46.] Uti testamento non po- uit prohibere testator Falcidiam, ita nec heres vo testatore conventione jure adstringitur, ne catur Falcidia. *l.* 15. §. 1. *D. Ad l. Falcid.* Prius orrectum est per *Nov.* 1. *c.* 2. An & posterius nutatum est, ut etiam pacto vel stipulatione Fal- idia remitti possit? Non existimo, *arg. l.* 32. §. *n. C. de Appellat.* Licet quidem juris sui perse- utionem, vel spem futuræ perceptionis deterio- em constituere: Verum hoc accipiendum est e jure jam nobis quæsito, vel ita oblato, ut tan- um conditione vel die differatur, veluti, si lega- arius heredi cautionem legatorum remiserit. *h. l.* on etiam de spe inani & mere imaginaria, quam abet heres ante mortem testatoris, cujus vo-

luntas uſque ad vitæ ſupremum exitum eſt ambulatoria. *l.* 4. *D. de Adim. legat.* Poſt mortem igitur teſtatoris pacto vel ſtipulatione quartam Falcidiam remittere heres poteſt *h. l. l. pen.* C. *h. t.*

XXIII. *Ad l.* 53.] Sumptus quidem prorogare litiganti honeſtum eſt. *h. l.* & licet Advocatis vel Procuratoribus (quorum officia in pleriſque Curiis conjunguntur) ſalarii nomine paciſci, modo ne egrediantur licitam quantitatem, quæ eſt pro ſingulis cauſis uſque ad centum aureos. *l.* 1. §. 12. *D. de Extraord. cognit.* & quæ togatis ſeu patronis cauſarum honoraria præſtantur, appellantur συνηγορικά. At pactum, quo convenit, ut Advocatus pro ſalario certam partem ejus pecuniæ, quæ adjudicata fuerit, vel majorem aliquam ſummam in eventum litis ſuſcipiat, de jure improbatum eſt. *h. l.* dicitur hæc pactio deprædatio in *l.* 5. C. *de Poſtul.* ab aliis pactio practica, mos piraticus, add. *l.* 7. D. *Mandat. l.* 20. C. *eod. l.* 15. C. *de Procurat.* Imo ſi Advocati vel Procuratores ſub nomine honorariorum ex ipſis negotiis, quæ tuenda ſuſceperunt, emolumenta ſibi certæ partis poſcere tentaverunt, ab hac profeſſione penitus arcebuntur. *d. l.* 5. *& ſeq.* §. 2. Conſentiunt mores hodierni. Reform. Velav. *tit.* 16. §. 13. LL. Transiſulan. *p.* 1. *tit.* 2. §. 15. Ultraject. *tit.* 2. §. 5. Sed magno malo contrarium uſurpant forenſia quædam pecora & vultures togati.

XXIV. *Ad*

XXIV. *Ad l. pen.*] Non valet pactio inter duorum prædiorum dominos, quorum alter ab altero nihil accepit, ne prædium invito vicino alienetur. *h. l.* Sed si traditioni, vel contractui pactum adjiciatur, ne res alienetur, alienatio est prohibita. *l. fin. C. de Reb. alien. non alien.* Ita recte paciscitur donator, ne donatarius rem donatam alienet. *l. 135. §. 3. D. de V. O. l. 3. C. de Condict. ob caus. dat.* De creditore, qui jus in re retinuit, minus dubitatur, quin, si paciscatur, ne debitor pignus vel hypothecam vendat, conventio sit valida, & venditio nulla. *l. 7. §. fin. D. de Distract. pignor.* Neque tantum pacto potest coërceri libertas alienandi, sed & eandem legem testamento suo rectè adjicit testator. *d. l. fin.* Verum hîc necesse est, ut prohibitio alienationis fiat alicujus respectu, uti liberorum, posterorum, heredum, alioqui si non exprimatur causa, aut persona, nullius momenti est, quia nudum præceptum existimatur, & consilium tantùm, si non inveniatur persona, cujus respectu id à testatore dispositum est, *l. 114. §. 14. D. de Legat. 1.* Si contra conventionem res alienetur, agitur contra alienantem condictione ob causam datorum. *l. 3. C. de Condict. caus. dat.* Contra testatoris autem prohibitionem res alienata repetitur actione in rem. *l. ult. §. 3. C. Commun. de Legat.* Non igitur est idem effectus utriusque prohibitionis, cujus fit mentio in *d. l. fin. C. de Reb. alien. non alien.* Moribus quoque hodiernis, si in

teſtamento alienatio prohibeatur, dominii tranſlatio impeditur: Eadem eſt ratio, ſi in traditione legitima venditor hanc legem contractui apponat.

DE TRANSACTIONIBUS.

XXV. *Ad l.* 1. *&* 7.] Pactum, quatenus opponitur tranſactioni, eſt gratuitum, & fit plerumque de re certa, & indubitata, at tranſactio ſemper fit aliquo dato, retento, aut promiſſo, nunquam gratis. *l.*38. *C.de Tranſact.* Qui tranſigit quaſi de re dubia & lite incerta, neque finita (de qua lis jam eſt aut moveri poteſt. *l.*2. *C. d.t.*) tranſigit: Imò, quamvis lis nec moveatur, nec metuatur, ſi tamen alia ratione res ſit dubia, tranſactio valet, quomodo ſpes fideicommiſſi propter incertum conditionis modico præſenti accepto remittitur. *l.* 11. *C. h. t. l.* 1. *C. de Pact.* Add. *l.* 8. §. 23. *D. h. t.* Poſt rem judicatam igitur, quæ finem controverſiæ imponit, *l.* 1. *D. de Rejud.* neque appellationis vel in integrum reſtitutionis ſolemnitate ſuſpenſa eſt, fruſtra tranſigitur. *l.* 32. *C. eod. l.* 23. §. 1. *D. de Condict. indeb.* Poſt rem judicatam (verba ſunt Paul 1. *Sentent. tit.* 1. §. *ult.*) pactum niſi donationi causa interponatur, ſervari non oportet. Sed res judicata pro ſententia quandoque accipitur, ut in *h. l.* 7. *Add. l.* 11. *D. eod.*

XXVI. *Ad l.* 3. *in pr.*] Tranſactio tantum operatur inter ipſas perſonas tranſigentes, alii non

non obest, res inter alios inita aliis non præjudicat. *l. pen. D. de Re jud.* quare, non obstante transactione inita inter scriptum heredem & legitimum, veluti defuncti matrem, legatarii, quorum jus totum ex testamento & testatoris dispositione pendet, contra scriptum heredem actiones salvas habent. *h. l.* & si res sit transactione decisa, testamentum tamen in suo jure manet. *l. 9. §. 2. D. de Inoff. testam.* alia est ratio creditorum hereditariorum, qui interposita transactione inter scriptum & legitimum heredem pro parte hereditatis, quam uterque in transactione expressit, utilibus actionibus contra legitimum heredem rectè experiuntur. *l. 14. D. de Transaction.*

XXVII. *Ad l. 6.*] Ne suprema hominum judicia circumveniantur, atque testamenta occultentur, placuit, de iis controversiis, quæ ex testamento proficiscuntur, non aliter transactionem valere, quam inspectis cognitisque verbis testamenti. *h. l. l. 1. §. 1. D. Testam. quemadm. ap.* quæ etiam inspiciendi copia data fuit in *l. 12. D. de Transact.* Idem supponendum est in casu *l. 78. §. fin. D. Ad SC. Trebell.* Illud judicando approbavit Senatus Frisiæ. Neque renuntiatio inspectionis transactionem confirmabit, etsi juramentum accesserit, *arg. l. 5. C. de Legg.* Cæterum hæc inspectionis necessitas restringenda est ad testamentum scriptum; de testamento nuncupativo, in quo de testamenti tenore transigentes

edocti ſunt, aliud ſtatuendum eſt, *arg. dd. text.* niſi teſtamentum nuncupativum probationis cauſa in ſcripturam ſit redactum, quo caſu idem ſentiendum, quod de ſcripto teſtamento, ſi de diſpoſitione teſtatoris non conſtet tranſigentibus. Quod autem hic ſingulariter aſſeritur de tranſactionibus, id ad pactiones gratuitas temere porrigi non debet: Si tamen tranſigentes verba teſtamenti ſciviſſe probentur, etiamſi tempore tranſactionis lecta non fuerint, tranſactio ideo non annullabitur, quod placuit Senatui Sabaudiæ.

XXVIII. *Ad l. 8. pr.*] Ne legatarii modico præſenti contenti facile tranſigant, & contra quam teſtator voluerit egeant, de alimentis futuris ultima voluntate relictis non aliter tranſigere poſſunt, quam ſi prætor de cauſa tranſactionis cognoſcat, atque ei ſuam autoritatem accommodet & inquirat, tranſactio permittenda ſit nec ne, quod æſtinabit ex tribus, cauſa, tranſigendi modo & perſonis tranſigentium. *h. l. in pr. & §. 8.* Neque hîc tranſactio ſine decreto prætoris facta jurejurando confirmabitur. *arg. d. l. 5. C. de LL.* Poteſtas iſta arbitrandi an & quando tranſactio ſuper alimentis teſtamento relictis admitti debeat primò Oratione D. Marci. *h. l. in pr.* dein SCto *d. l. 23. §. 2. D. de Condict. indeb.* conceditur prætori non vi ordinariæ juriſdictionis, ſed extraordinariæ, & ejus, quæ ſpecialiter tribuitur, ideo mandari nequit. *h. §. 18. junct. l. 1. in pr. D.* *de*

de Offic. ej. cui mand. De alimentis præteritis transigere licet *l.* 8. *C. de Transaction.* Similiter de alimentis, quæ non mortis causa donata sunt, sine prætore auctore transigitur. *h.l.* §. 2. *in fin.* Controversa est quæstio, an de alimentis testamento relictis donationis causa pacisci liceat? Affirm. *arg. h. l. l.* 8. *in pr. & l.* 14. *D. de LL. l.* 21. *C. Mandat.* Qui transegit de alimentis, non videtur transegisse de habitatione aut de vestiario. *h.* §. At cui legata sunt alimenta, ei & habitatio & cibaria & vestitus debentur. *l. 6. D. de Alim. leg.* ultimas defunctorum voluntates plenius interpretamur. *l.* 12. *D. de R. I.* Senatus Parisiensis in transactione super alimentis nullo casu exigit cognitionem prætoris, neque moribus nostris in eadem transactione prætoris decretum præcedens requiri video.

XXIX. *Ad l.* 10.] Pater de bonis filiorum, quos in potestate non habet transigens minime eis obest. *h. l.* De filiof. quod ad bona castrensia vel quasi castrensia idem judicium est, *arg. l.* 18. §. 3. *D. de Castrens. pecul. junct. l.* 2. *D. de SC. Macedon.* At pater transigere non prohibetur de peculio profectitio: eadem est ratio peculii adventitii, in quo pater & usumfructum & legitimam administrationem habet. *l. ult. C. de Bon. quæ lib.* dum tamen, ne usumfructum lædere videatur, si filius sit justæ ætatis, uti in agendo, sic & in transigendo filii consensum desideret. *d. l. ult.* §. 3. Moribus hodiernis patri non competit

usufructus in bonis filii adventitiis, adeoque transigendi jus ei non conceditur, si filius sit legitimæ ætatis; Vasallus, qui usumfructum feudi habet, sive agat, sive conveniatur, etiam inconsulto domino directo potestatem transigendi habet, dummodo illa transactio fiat bonâ fide, & sine collusione. *c. un. de Controvers. int. vasall. & dom. c. un. §. 5. vers. Si vasallus de beneficio. Si de feud. defunct. controv.* Hanc transactionem multi negant valere, si propterea prædium feudale, quod possidet vasallus, licet aliquo vicissim accepto, transferatur. Ego vero *dd.* textuum generalitati insisto, donec ista glossa probata fuerit.

XXX. *Ad l. 15.*] Quæ transactio datione vel remissione litis ab una parte complementum accepit, parit actionem utilem, quæ præscriptis verbis rem gestam demonstrat; vel si stipulatio conventioni subdita est, agetur ex stipulatu. *l. 6. & 33. C. de Transact.* ex placito transactionis actio non oritur *l. 28. C. eod.* ideoque consultum esse monet IC. pœnalem subjungere stipulationem, quia rescisso forte pacto agi ex stipulatu potest ad pœnam consequendam. *h. l.* de qua pœnali stipulatione aliquid dixi supr. *ad l. 10. §. 1. de Pact.* Moribus hodiernis transactionis placitum tam actionem quam exceptionem producit. Reus autem actorem, qui post interpositam transactionem ex veteri obligatione agit, exceptione transactionis repellit. *l. 17. C. h. t.*

h.t. modo ipſe tranſactionem impleverit; aliàs exceptio replicatione doli elidetur *d. l.* 28. *C.h.t.* Sed in effectu priſtina actio contra reum reſuſcitatur, ſi is placito tranſactionis ſtare nolit, & actio priſtina tantum ſit remiſſa pacto nudo, quod priorem actionem ipſo jure tollere nequit. *l.* 27. *§.* 2. *D. de Pact.* Nam ſi ſtipulatio Aquiliana intervenerit, actor priori actione, quæ per ſtipulationem fuit extincta, experiri non poteſt. *l.* 15. *C. h. t.*

EXERCITATIO QUARTA

RESPONDENTE

THEODORO DOORNENBUS, *Zutphanienſi.*

DE POSTULANDO.

I. Ad *l.* 1. *§.* 3.] Minor annis 25. pro ſe legitimam perſonam ſtandi in judicio non habet. *l.* 2. *C. Qui legit. perſ. ſtand.* Atque ideo Senatus Friſiæ definivit, minorem annis 25. ne quidem in cauſa matrimoniali, licet à Canoniſtis pro ſpirituali habeatur, habere legitimam perſonam ſtandi in judicio. Annis ſeptendecim minores poſtulare & officio Advocati fungi nequeunt. *h.* §. 3. ubi pro *excuſavit* quidam vult legi *excuriavit*, quia qui non prohibentur, excuſantur ex certis cauſis, non etiam qui prohibentur omnino. Quæ correctio meritò ſuſpecta eſt,

quia excuſari à tutela etiam dicuntur illi, qui ne quidem volentes admittuntur. *l. 20. D. de Excuſat. l. un. C. Qui morb. §. pen. Inſt. de Excuſat.* Qui autem compleverunt annum ſeptimum decimum & octavum decimum inchoaverunt, Advocati munere in judicio fungi poſſunt. *h. l.* quomodo annis 25. minores ad munus Advocati promoti Doctores aut Licentiati in ſupremis Curiis quotidie admittuntur. Eadem eſt ratio Procuratoris. *l. 13. D. de Manum. vindict. §. 5. Inſt. Quib. ex cauſ. manumitt. non lic.* quæ in hac materia eſt ætas legitima, de qua in *l. 12. C. de Procurat.* licet alibi ætas legitima 25. annorum curriculis compleatur. *l. fin. C. de His qui ven. ætat.* Si tamen minor nomine procuratorio ſit circumſcriptus, imputari hoc debet domino, qui tali negotia ſua commiſit. *l. 23. in fin. D. de Minor.* Defenſor autem, in quem & effectus ſententiæ dirigitur, eſſe prohibetur, ne ob remedium reſtitutionis judicium reddatur eluſiorium. *l. 51. D. de Procurat.* Jure Canonico minor annis 25. à Procuratoris judicialis munere arcetur. *c. 5. de Procurat. in 6.*

II. *Ad §. 5. circ. fin.*] Cœcum utriſque luminibus orbatum à munere poſtulandi repellit prætor, magiſtratum etiam quamvis cœptum retineat, ad novum tamen adſpirare penitus prohibetur. *h. §.* In magiſtratu enim præter judicium, prudentiam, doctrinam & virtutem, etiam publici ſplendoris & cujusdam decoris ratio habenda

enda eſt. *l. 6. in pr. D. de Muner. & honor.* An
œcus ab initio ad munus judicandi admittitur?
Affirm. *arg. h.* §. & eſt textus generalis in *l. 6.*
D. de Iudic. non enim qui corporis, ſed qui men-
ts & judicii cœcitate laborant à munere judican-
i arcentur. *l. 12.* §. *2. D. de Iudic.* Neque hoc
ſt mutatum per *l. 2. C. de Sent. ex brevic. recit.*

III. *Ad* §. *6. verſ. qui locavit.*] Qui artis lu-
icræ pronuntiandive cauſa in ſcenam prodiit,
x edicto prætoris notatur infamia. *l. 1. D. de*
His qui not. infam. quo ſolent referri circulatores
hodierni, lucri gratiâ actiones oſtentantes. Edi-
ctum illud pertinet ad paganos, miles ſi in ſce-
nam prodeat, punitur capite. *l. 14. D. de Pœn.*
Qui operas ſuas locavit, ut prodiret artis ludi-
cræ cauſa in ſcenam, neque prodiit, non nota-
ur infamia. *l. 3. D. de His qui not. infam.* Excipi-
ur ille, qui, ut cum beſtiis depugnaret, operas
ſuas locavit, hic, ſive depugnaverit, ſive non, in-
ſigni turpitudine notatur. *h.* §. Qui autem virtu-
tis cauſa, nullâ pactâ mercede, pugnavit, non
notatur. *d.* §. *6.*

IV. *Ad* §. *8. & duos ſeqq.*] Poſtulare prohibentur
infames, niſi pro ſe & certis perſonis, quibus of-
ficia pietatis debentur, veluti quos ſine venia in
jus vocare non licet, & contra quos teſtimo-
nium ab invitis non dicitur, de quibus agit *h. l.*
§. *fin. & ll. aliquot ſeqq.* Si tamen infames impe-
traverint in integrum reſtitutionem, pro qui-
buſcunque jure poſtulant. *h.* §. *9.* quæ reſtitutio
con-

conceditur à Principe, vel ex ejus indulgentia à Senatu. *h.* §. 10. Imo si quis famoso judicio à prætore condemnatus, per in integrum restitutionem fuerit absolutus, eximitur infamia. *d.* §. 10. *in fin.* Papæ quoque restitutio Jure Canonico competit. C. 23. *Extr. de Re jud.* Sed restitutio distinguenda est ab indulgentia generali, simplici & nuda, quæ integram & illibatam existimationem non reservabit. *l.* 7. C. *de Sentent. pass. & restit.* restitutione bona per sententiam ablata recuperat condemnatus, non indulgentiâ. *l.* 2. C. *eod.* Hodie restitutiones impetrantur à Principe, vel qui eum repræsentent. A munere etiam procuratorio jure antiquo arcebantur infames. *Paul.* 1. *Rec. sent. tit.* 2. neque hoc est contrarium §. *fin. Inst. de Except.* ubi non agitur de notoriè infami, sed noluit Imp. propter exceptionem infamiæ, forte dubiam & incertam, procuratori objectam, judicium protelari. Moribus etiam hodiernis Procuratorum munus est honorabile, ad quod non admittuntur infames, & ferè in unoquoque foro certæ personæ designantur, atque juramento adiguntur. Reform. Velav. *tit.* 16. §. 6. LL. Transisulan. *p.* 1. *tit.* 2. §. 3.

V. *Ad l.* 8.] Si quis ex crimine famoso ad tempus condemnatus fuerit, tempore finito etiam infamia finitur, ne pœna tempore determinata contra fidem sententiæ ulterius porrigatur. *l.* 8. D. *de Postul.* *l.* 3. §. 1. *D. de Decur.* *l.* 1. & 2. C. *de His qui in exil. lib.* 10. quod procedit, quan-

uando æqualis pœna impoſita eſt: pœnis enim minoribus, quam leges permittunt, affecti nihilominus inter infames habentur. *l.* 15. *D. Ad munic. l.* 4. *C. Ex quib. cauſ. inf. irr. d. l.* 3. *in princ. D. de Decur.* niſi proconſul certis rationibus motus ſententiam mitiorem dixerit. *l.* 3. *C. Ex quib. cauſ. infam. irr.* Cui autem pœna gravior ultra legem irrogata eſt, ignominia, velut tranſacto negotio, liberatur. *d. l.* 15. *h.* §. *pen.* niſi ex circumſtantiis delictum aggravetur. vid. *l.* 16. *D. de Pœn.* Moribus ad tempus ordine motus ex crimine, quod importat ignominiam, poſt tempus impletum permanet infamis, neque v. g. exul priſtinam dignitatem recipit.

DE HIS QUI NOTANT. INFAM.

VI. *Ad l.* 1. 9. *& ſeqq.*] Sponſi nullus eſt luctus, neque uxores viri lugere compelluntur. *h. l.* 9. *in pr. &* §. 1. Contrarium ſervant mores, ſi ſecus faxit maritus, oneratur ejus fama. Edicto prætoris efficitur infamis quæ nubit intra legitimum luctus tempus. *l.* 15. *C. Ex quib. cauſ. infam. irrog.* quod olim fuit circumſcriptum decem menſibus. *Majores decem menſium ſpatium lugentibus viros dederunt.* hodie ſucceſſit integer annus. *l.* 2. *C. de Sec. nupt.* quod partim receptum fuit ob turbationem ſanguinis, ne ſequatur incertitudo prolis, *l.* 11. §. 1. *h. t.* ex qua etiam cauſa idem tempus determinatur, ſi vir factus fuerit monachus. *l.* 53. §. *ult. l. de Epiſcop. & cler.*

partim

partim propter honorem & reverentiam, quam uxor debuit marito, cujus memoriam festinatis nuptiis secundis deponere tam properè non debet. *d. l. 2. C. de Secund. nupt.* nisi hoc à Principe impetraverit, ut sibi intra tempus legitimum nubere liceat. *l. 10. §. 1. D. h. t.* Abrogatum hoc est Jure Canonico. *c. pen. & ult. X. de Secund. nupt.* propter dictum Apostoli 1. *ad Cor.* 7. *vers. ult.* Sed abutitur hoc textu Pontifex. Noluit enim ibi D. Paulus hanc legem civilem abrogare, sed occurrit errori eorum, qui nuptias secundas prohibitas esse existimabant: Nubat igitur iterum vidua, sed μόνον ἐν κυρίῳ tantum in domino, secundùm *LL.* cum temperantia, non in actione libidinis. Jus Pontificium sequitur Praxis hodierna. Idem placuit Senatui Sabaudiæ. Quorundam moribus intra sex menses à morte mariti computandos à secundis nuptiis abstinendum est. Quatuor menses cum dimidio præfinivit Synod. Dordracen.

VII. *Ad eandem l. 1. in fin.*] Qui binas nuptias eodem tempore constitutas habet, non tantum edicto prætoris infamia notatur. *h. l. L. 13. §. 1. & seqq. D. h. t.* Sed etiam qui ficto cœlibatu matremfam. ad nuptias sollicitavit, crimine stupri tenetur, si eam cognoverit. *l. 18. C. Ad l. Iul. de adult.* Mulier duobus nubens pro admissi criminis qualitate plectitur. *l. 11. §. 12. D. eod.* hodie si ficta mariti morte cum alio se copulari patiatur, veluti adultera punitur. *Auth. Hodie. C.*
de

de Repud. Nov. 117. *c.* 11. adeoque pœna capitali afficitur. *l.* 30. §. 1. C. *Ad l. Iul. de adult.* Ex constitut. Caroli V. pœna statuta est capitalis in bigamos. *Const. Crim. Car. V. c.* 121. In Frisia bigamus publicè virgis cæsus & ad quinquennium relegatus est. Alibi damnantur ad furcas, qui ejusmodi nuptias contrahunt, &, ut manifestior fiat temerarii infamia, catamidiantur publicè imposita mitra chartacea, quomodo in Hollandia bigami publice ludibrio (op de kaeck) expositi in exilium mittuntur. Hîc bigamos pœnâ pecuniariâ, vel aliâ arbitrariâ plecti observavi.

VIII. *Ad l.* 2. *in pr. &* 22.] Plerumque quando prætor aliquem dimittit ignominiæ causa, id adjicere solet. *h. l.* 2. non semper; etiam qui sine ignominiæ mentione missi sunt, nihilominus ignominia missi intelliguntur. *l.* 13. §. 3. D. *de Re milit.* veluti si præfectus cohortis militem exauctoraverit & insignia militaria detraxerit. *h. l.* 2. §. 2. *vers. sed etsi.* infamem enim militem non facit exauctoratio verbalis, quando miles verbis duntaxat sacramento militiæ solvitur. *l.* 4. §. 8. D. *de Re milit.* Minuitur existimatio plebeii, cum fustibus cæditur. *l.* 5. §. 2. D. *de Extraord. cognit.* non quidem ipse ictus fustium infamiam importat, sed causa, delictum, propter quod id pati meruit, quod & in aliis ejusmodi generis pœnis observatur. *h. l.* 22. veluti in flagellorum castigatione, vinculorum verberatione. *l.* 7. D. *de Pœn.* Et licet lege Julia de vi his

qui

qui in vinculis ſunt, cuſtodiave publica in reu
teſtimonium dicere non liceat. *l.* 3. §. 4. *D. d*
Teſtib. ſeu qui judicii publici rei ſunt. *l.* 20. *l*
cod. non tamen ante ſententiam pro infamibu
habentur, neque ante condemnationem bon
ſpoliantur. *l.* 2. *D. de Bon. damnat.* neque ſi abſo
vantur, vincula eorum famæ aut exiſtimatio
detrimentum adferunt, propter carcerem enin
aut vincula ſola infamia non irrogatur. *l.* 1. *C*
Ex quib. caub. infam. irrog. Sic etiam debitor
obærati olim in carcerem detrudebantur, quen
ſqualorem hodie evitant beneficio ceſſionis be
norum. *l.* 1. *C. Qui bon. ced. poſſ.* Sed nec, licet e
ea cauſa bona veneant, debitores infamia plectu
tur. *l.* 11. *C. Ex quib. cauſ. infam. irrog.* quamvi
ceſſio illa pudorem ſuggillet, *arg. Nov.* 135.
fin. pr. & c. 1. Infamia in *h. l.* ſeparatur à pœn.
non quod non ſit pœna. *l.* 8. *D. de Pœn. princ. In*
de Pœn. tem. litig. Sed quatenus in delictis p
niendis alias pœnas comitari ſolet.

IX. *Ad l.* 13. §. *fin.*] Pœna ſtellionatus nul
legitima eſt, cum nec ſit crimen legitimum, ſe
ordinarium, ſed perſequitur id magiſtratus extr
ordinem *l.* 3. §. *pen. D. Stellion.* & notat damn-
tum infamia. Quod exaudire ſolent, quand
concurrit cum tali judicio civili, ex quo damn-
tum ſequitur infamia, veluti ſi concurrat cu
actione doli, quæ infamat. *l.* 1. *D. h. t.* modò t-
men non ſit gravior pœna extra ordinem reo i-
poſita, ut dixi *ad l.* 8. *ſupr. de Poſtul.* Secus ſi h

crimic

crimen concurrat cum judicio civili, quod non infamat, quo referunt *l.* 2. *D. Stellion.* veluti in actione pignoratitia contraria, quando debitor oppignoravit creditori rem alienam vel alii obligatam. *l.* 16. §. 1. *D. de Pignor. act.*

X. *Ad l.* 20.] Qui calumniæ damnatus est, notatur infamia. *l.* 1. *&* 4. §. 4. *D. h. t.* sed si ita præses provinciæ pronuntiaverit, *callido commento videris accusationis instigator fuisse*, non erit tanquam calumniator notatus, pudor potius oneratur, quam ignominia irrogatur, quia non est mandator, qui exhortatur. *h. l.* quod intelligere solent de Edicti vel SCti verbis, sed si mens & sententia spectetur, eum qui instigavit, calumniatorem dicendum esse, atque incidere in SCtum Turpillianum. *l.* 1. §. 13. *D. Ad SC. Turpill.* maxime quando instigavit per alium, aut quando instigator simul quoque instruit accusatorem, nec in terminis exhortationis manet, & eventus sequitur. Ex *h. l.* 20. dividere solent infamiam, quod alia sit juris, quæ à jure irrogatur, alia facti, quando existimatio apud bonos & honestos viros oneratur. Stolidè. Infamem enim non facit opinio hominum, sed Lex, SCtum, Constitutio Principis, edictum Prætoris, Sententia Magistratus. *l.* 1. *D. de His qui not. infam.* Neque contra eos, quorum pudor apud bonos, aut opinione hominum oneratur, effectus infamiæ locum inveniunt.

DE PROCURATORIBUS.

XI. *Ad l.* 2. §. 1.] Procurator & abſens dari poteſt, dummodo certus ſit, qui datus intelligitur, & poſtea dationem ratam habeat. *h. l.* 2. *in pr.* quo reſpectu furioſus propter defectum mentis & voluntatis non eſt habendus abſentis loco, ut per ſubſequentem ratihabitionem dationem confirmare poſſit. *h.* §. In quibus autem cauſis neque præſentia neque conſenſus eſt neceſſarius, furioſus aliquatenus computatur, ſic cum furioſus addicitur judex, non ideo minus judicium erit, quod hodie judicare non poſſit, ut ſuæ mentis effectus judicet. *l.* 39. *D. de Iudic.* quia judicandi munus abſentibus invitis quoque imponitur, ideo judicandi neceſſitas vocatur in *l.* 46. *D. eod.* ubi judex datus in eodem officio manet, licet furere cœpit, ſed propter morbum ſonticum mutari debet, quod intelligunt de morbo perpetuo ex *l. ult.* §. 1. *D. de Ædil. ed.* Furioſus quoque jure obligatur. *l.* 70. §. 4. *D. de Fidejuſſ.* veluti quoties actio ex re venit, h. e. in quaſi contractibus. *l.* 46. *D. de O. & A.* alias abſentis & dormientis loco habetur. *l.* 124. §. 1. *D. de R. I.* nulla ejus eſt voluntas. *l.* 40. *D. eod.* & nihil quicquam agere ſeu contrahere intelligitur. *l.* 2. §. *pen. D. de Iur. Codicill.* in delictis etiam excuſat fati infelicitas eum. *l.* 12. *D. Ad l. Cornel. de ſicar.* qui continua mentis alienatione omni intellectu caret. *l.* 14. *D. de Offic. præſ.*

XII. *Ad*

XII. *Ad l.* 8. §. 1.] Procurator constituitur mandato. *l.* 1. *D. h. t.* mandatum constat consensu *tit. Inst. de Obligat. quæ ex consens.* Consensus in mandatis judicialibus expressus desideratur. *h. §. t.* de quo constabit, si mandatum sit actis insinuatum, vel dominus præsens in judicio procuratoris sui personam confirmaverit. *l. un. C. de Satisdand.* vel si super hoc literæ ad adversarium sint scriptæ. *l.* 65. *D. h. t.* In extrajudicialibus, qui sciens patitur alium pro se intervenire, mandasse intelligitur. *l.* 18. *D. Mandat.* Mores hodierni in negotiis judicialibus mandatum requirunt judiciale, exceptis Principibus, Baronibus, Collegiis, quorum extrajudicialia mandata recipiuntur. Reform. Velav. *tit.* 16. §. 1. & 2. LL. Municip. Zutphan. *tit.* 16. §. 16. & 17. LL. Rurem. *p.* 5. *tit.* 4. §. 8. *art.* 9. Transisulan. *p.* 1. *tit.* 2. §. 11. & 12. Instruct. Holland. *art.* 53. Invitus igitur procurationem suscipere nemo tenetur, nec eandem ultra nisi provocationis causa extendere. *l.* 17. *C. h. t.* quod accipiendum est, non tantum uti appellationem interponere, sed etiam uti interpositam prosequi debeat, *arg. l.* 2. *D. An per al. caus. appellat. l.* 8. §. 8. *D. Mandat.* Contraria sententia videtur fundamentum habere in jure Canonico. *c. pen. circ. fin. X. h. t.* Diversum etiam obtinet in actore, quem ad litem curator suo periculo ordinavit, qui quidem appellare, at appellationem prosequi non compellitur. *l.* 10. *C. de Appellat.* Procurator quoque si

vicerit, & victus appellaverit, judicium illud suscipere tenetur, non minor est virtus, quam quærere, parta tueri, vid. *l.* 46. §. 3. *D. h. t.* Cæterum mandatum ostendere non coguntur personæ conjunctæ, modò ne constet, eos experiri contra voluntatem eorum pro quibus interveniunt. *l.* 40. §. *fin. D. eod.* Pro conjuncta persona non est habendus amicus, ne sub prætextu amicitiæ quidlibet admittatur, quæ sententia in Camera Spirensi est recepta.

XIII. *Ad* §. 2.] Milites avocari à tuendæ salutis publicæ studio, & aliena negotia tractare, non convenit, sed in loco definito stationeque permanere. *l.* 11. *&* 13. *C. de Re milit. lib.* 12. mercimonia quoque exercere, atque ergasteriis adhærere, longè à militiæ dignitate alienum. *l.* 12. *in fin. C. de Cohort. lib.* 12. neque inoffensa disciplina negotia aliena suscipere possunt, aliudque suadet publica utilitas. *l.* 7. *&* 9. *C. h. t.* Quare procuratoris munus exercere prohibentur. *l.* 5. *C. de Condict. caus. dat.* ne quidem si pars adversa consentiat. *h.* §. 2. nisi in rem suam miles procurator constituatur, mandatis actionibus, vel communem causam omnis sui numeri aut ordinis vel matriculæ persequatur. *h.* §. *d. l.* 9. singulari quoque favore libertatis de libertate pro personis necessariis litigare militi licet. *l.* 3. *D. de Liberal. caus.* Si quoque pars adversa omissa præscriptione militiæ cum milite litem contestatus fuerit, judicium subsistit. *l.* 13. *C. de Procurat.*

forte,

forte, quia per litis conteſtationem procurator efficitur dominus litis. *l.* 33. *C. eod.* ut hic propriam cauſam agere videatur, quod militi licere probavimus. Neque tamen litis conteſtatio confirmat falſum procuratorem, qui mandato caret, cum quo ſi litigatum fuerit, nec dici controverſiæ ſolent, nec judicium eſſe poteſt. *l.* 24. *C. h. t.* niſi lite pendente domini ratihabitio accedat. *l.* 56. *D. de Iudic. l.* 66. *D. h. t.* ſed latâ ſententiâ quæ geſſit & obtinuit falſus procurator, dominus ne quidem in ſui commodum ac favorem rata habere poteſt; aliud eſt ubi ratihabitio ſubjectum habile invenit in quo operetur, veluti in contractibus à falſo procuratore celebratis, quo caſu obtinet regula. *l. ult. C. Ad SC. Maced.* Contraria ſententia eſt communis & in Praxi recepta.

XIV. *Ad l.* 15. *&* 16.] Ante litem conteſtatam eſt libera poteſtas mutandi procuratoris. *h. l.* 15. poſt litem conteſtatam, ut procuratoris mandatum licite revocetur, exigitur cauſæ cognitio. *h. l.* 16. LL. Transiſul. *d. tit.* 2. § *fin.* Illud quidem procedit in procuratore proprie ſic dicto, at ſi procurator in rem ſuam ſit datus, cui v. g. nomen eſt ceſſum, non eſt præferendus dominus hujus procuratoris in litem movendam. *l.* 55. *D. de Procurat.* quà ex reſcripto D. Pii actiones utiles ſuo nomine exercere poteſt. *l.* 16. *D. de Pact. l.* 18. *C. de Legat.* Actio autem directa etiam poſt ceſſionem ita penes creditorem ma-

 nebat,

nebat, ut hic procuratorem prævertere potuerit. *l.* 3. C. *de Novat.* si à domino in procuratorem in rem suam judicium fuerit translatum, hic statim etiam nullo actu judiciario gesto alium substituit, qui totum negotium totamque causam persequatur. *c.* 1. *de Procurat. in* 6. Procurator quoque simplex post causam in judicio agitatam alium procuratorem instituere non prohibetur *l.* 11. *&* 23. C. *h. t.* non etiam ante litem contestatam, *l.* 8. C. *eod.* nisi à domino alium substituendi potestas fuerit concessa, *d. c.* 1. *vers. licet.* Ref. Velav. *d. tit.* 16. §. 4. LL. Transis. *d. loc.* §. 13.

XV. *Ad l.* 25.] Ex *h. l.* deduci solet illud brocardicum, licitam esse retorsionem, ut si quis me furem appellaverit, illum vicissim possim appellare furem, vel retorsionis jure respondere, tu mentiris ut fur. Parum convenienter. Per legitimos tramites, per legitima juris remedia, auctoritate magistratus sunt expellendæ iniquitates calumniantium. *pr. proœm. Inst. l.* 13. *D. Quod met. caus. l.* 1. §. 2. *D. Quod Legat. l.* 176. *D. de R. I. cum simill.* Cæterum ignoscendum est ei, qui se voluit ulcisci provocatus. *l.* 14. §. 6. *D. de Bon. libert.* ferendus est is qui pudorem suum voluit purgare. *h. l.* ferimus eum, ignoscimus ei, qui delictum commisit. Ita Comicus cum maledicendi libidinem à se amovere vellet, disseruit:

Tum

Tum ſi quis eſt, qui dictum in ſe inclementius
Exiſtimat eſſe, ſic exiſtimet: ſciat
Reſponſum, non dictum eſſe, quia læſit prius.

Imo ne quidem anticategoriæ, ſeu mutuæ petitiones, quæ in civilibus frequentantur, in criminalibus regulariter recipiuntur, uti non relatione criminum, ſed innocentia reus purgetur. *l. 5. D. de Public. judic.*

XVI. *Ad eand. l. in fin.*] Procurator expenſas litis recipit vel per retentionem. *h. l.* vel per mandati actionem contrariam. *l. 46. §. pen. D. h. t.* niſi ob propriam contumaciam mulctatus fuerit *ead. l. 46. §. 5.* Si remunerandi gratia honor intervenerit, erit mandati actio non pro conſequendo honorario, ſed ut eo non obſtante ob res cæteras mandato comprehenſas actio mandati detur, ita intelligenda eſt *l. 6. in pr. D. Mandat.* Sunt tamen procuratores quandoque ſalariarii, licet mandatum mercedem non recipiat. Verum ſalarium mandati actione non conſequuntur, ſed ejus cognitio extra ordinem apud præſidem provinciæ præbebitur, quando promiſſum eſt ſalarium certum. *l. 1. C. Mandat.* Salarium incertæ pollicitationis peti nequit. *l. 56. §. pen. D. eod. l. 17. C. d. t.* niſi ſint tales perſonæ, quæ non ſolebant familiaritatis cauſa operam ſuam præbere, ſed officium hoc tanquam artificium quoddam exercebant. *l. 1. §. 10. & l. 4. D. de Extraord. cogn. l. 13. §. 9. C. de Iudic.* quales ſunt procuratores noſtri hodierni, quibus ſem-

per salarium debetur, & taxatur pro ratione personæ & causæ, cui patrocinium præstiterunt. Advocatorum eadem est ratio, qui hac quoque gaudent prærogativâ ut debitores suos quoscunque ex causa salarii coram suprema provinciæ Curia in prima instantia in jus vocare possint. Differentia item in eo est, quod si filiusfam. ex munere procuratorio lucrum acquisiverit, id non adscribatur peculio quasi castrensi, sed adventitio, ac proinde patri ususfructus competat, *arg. §. 1. Inst. Per qu. pers. don. adq. l. 4. C. de Advoc. divers. judicior. l. fin. C. de Inoffic. testam.* Aliud statuetur in procuratore hodierno.

XVII. *Ad l. 27. in pr. & §. 1. l. 31. & 61.*] Reus convictus actione reali vel personali, si ipse litiget, nullam satisdationem pro litis æstimatione dare compellitur. §. 2. *Inst. de satisdat.* sed si ad defendendum procuratorem dederit, satisdare jubetur judicatum solvi stipulatione. *h. §. l. 10. D. Iudic. solv.* Si procurator actoris judicatum solvi satis acceperit, atque ab eo in dominum judicium transferatur, stipulatio committitur, & simul actio utilis ex stipulatu in dominum transfertur. *h. §.* Verum necesse est, ut judicium totum transferatur, non enim potest dominus quædam à procuratore gesta probare, quædam improbare. *h. pr.* Sed distinguitur hîc procurator à defensore, qui est sine mandato & procuratori opponitur. *l. 34. §. 3. D. de Iurejur.* hîc enim non aliter admittitur quam cum satis-

datione

atione judicatum ſolvi. §. 5. *Inſt. de Satisdat.* ſi
litur ab hoc judicium in dominum transferatur,
xtinguitur ſtipulatio, judicatum ſolvi, fidejuſſo-
res, quos ob rem judicatam dedit defenſor, non
tenebuntur. *l.* 1. *§. fin. D. Quib. mod. pign. ſolv.*
Quemadmodum etiam liberantur fidejuſſores, ſi
per appellationem interpoſitam judex mutetur,
niſi ſtipulationi ſubjiciatur, *Quive in ejus locum*
ſubſtitutus erit. l. pen. D. Iudicat. ſolv. ſi ſe ſpecia-
liter ſententiæ novi judicis non ſubdiderit, ſti-
pulatio non committitur. *l.* 3. *D. eod.* Differt
quoque defenſor in hoc à procuratore, quod qui
defenſoris loco cum ſatisdatione ſe liti obtulit,
& condemnetur & actione judicati teneatur,
non dominus. *h. l.* 61. quomodo ſine novo pro-
ceſſu ſententia contra principalem debitorem la-
ta mandari excutioni contra fidejuſſorem non
debet, *arg. l.* 1. *D. Iudic. ſolv.* quod ſecutus eſt
Senatus Sabaudiæ. In procuratorem vero ſenten-
tia quidem fertur. *h. l.* 3. *l.* 6. §. 2. *D. de His qui*
not. infam. ſi ipſe dominus ſit condemnatus, ſen-
tentia ipſo jure eſt nulla. *l.* 1. *C. de Sentent.* ſed
effectus ſententiæ adverſus eundem non dirigi-
tur, ac uti actio judicati procuratori non datur.
l. 86. *D. de Solut.* ita nec actione judicati procu-
rator condemnatus conveniri debet, niſi aut in
rem ſuam datus ſit, aut ſe obtulerit liti. *d. l.* 61.
l. 4. *D. de Re jud.* Moribus hodiernis procura-
tor non eſt dominus litis, ideoque ipſe non con-
demnatur, ſed πρωτότυπος qui ei mandatum
 dedit,

dedit, ut judicio adesset, litem exerceret, exciperet, instrueret, impleret, ejusque nomine perageret.

XVIII. *Ad l.33.§.2.*] Qui populari actione convenitur, ad defendendum procuratorem dare potest, is autem qui eam movet, dare prohibetur. *l. 5. D. de Popul. act.* nisi & hîc privato principaliter damnum sit illatum. *l. 42. in pr. D. h. t.* quo pertinet generalis regula, quâ qui ita agunt de publico, ut & privatum commodum persequantur, procuratorem dare permittuntur, verba sunt *l. 45. §. 1. D. h. t.* Ad crimen judicii publici persequendum frustra procurator intervenit, multoque magis ad defendendum, nisi sint allegandæ excusationes absentiæ, *l. pen. §. 1. D. de Public. jud.* Imo permittunt leges publicorum judiciorum, reos criminum capitalium absentes etiam per procuratorem defendi. *l. 3. C. de Accusat.* quod ut restringatur ad excusationem absentis, non patitur textus generalitas, sed ex commiseratione, & speciali humanitatis ratione quemvis defensorem admitti vult propter magnitudinem periculi, propter quod quis ob criminis conscientiam se præsumitur non sistere, propter quam quoque rationem permissum est, ut quivis appellet pro reo, qui ducitur ad mortem, licet ipse sententiæ acquiescat. *l. 6. D. de Appellat. l. 29. C. eod.* item ut reus, qui accusatorem corrupit, seu ob non accusandum pecuniam dedit non habeatur pro confesso & convicto. *l.*

fin.

. *D. de Prævaricat. l.* 1. *D. de Bon. eor. qui ant.* *tent.* Defenſionem illam explicat manifeſte *§.* ut, ubicunque abſens quis damnari poteſt, i quemvis verba pro eo facientem & innocenm excuſantem audiri æquum ſit. Caſus autem quibus abſens damnari poſſit, inveniuntur vai. vid. *l.* 5. *in pr. D. de Pœn. l.* 21. *C. eod. l.* 4. §. *1. D. Ad l. Cornel. de ſicar. l.* 10. *D. de Public. dic. l.* 13. *C. Ad l. Iul. de adulter.* Moribus haemus actorem publicum, procuratorem reum, ſcultetum, aliumve fiſci patronum, quem riſii vocant procuratorem generalem, cui accutio criminum publicorum incumbit: Reum utem cauſam dicere oportet per ſe atque in vinulis, ut, ſi damnetur, actutum ſententia executoni mandari poſſit; Neque tamen ei, ſi ad fa a propoſita ore reſponderit, patrocinia advoatorum & procuratorum denegantur: Et in riſia octo ſenioribus Advocatis decreto publio pauperum captivorum patrocinium eſt denandatum.

XIX. *Ad ejusd. l. §.* 3.] Qui procurationem licujus ſuſcepit, ejusdem abſentis defenſionem ubire non compellitur, cum fidem ſuſceptam mplere ſufficiat *l.* 17. *C. de Procurat.* quod exlicandum eſt de tertio, qui contra eum, qui edit procuratorem, actionem inſtituere vult, iniquiſſimum enim eſſet, procuratorem ad gendum conſtitutum teneri dominum contra uosvis defendere, *arg. l.* 20. *C. de Neg. geſt*) non

non de reo convento, qui ex causa reconventionis convenit mandatorem, hic procurator dominum defendere cogitur, si id ratum habere eum, ad quem ea res pertinet, boni viri arbitratu satisdet. *h. §.* quem non incommodè exaudiunt de iis procuratoribus, qui non alias admittuntur, quam cum cautione ratihabitionis.

XX. *Ad l. 39. §. 1. & l. 40. §. pen.*] Qui alieno nomine agit, id ratum habiturum eum, ad quem ea res pertinet, cavere debet. *h. §.* quando incertum est, an procuratori negotium mandatum sit. *l. 1. C. de Procurat.* etiamsi sit verus procurator. *l. 5. §. 18. D. de Oper. nov. nunc.* de cujus quoque mandato dubitabatur in *l. 22. §. pen. D. Rem rat. hab.* ubi propter injuriam filio illatam cavet procurator, & patrem & filium ratum habiturum, quia fieri possit, ut pater ante decedat, quam sciret procuratorem egisse, & ita injuriarum actio redeat ad filium. Ipse pater si filii nomine injuriarum agat, cessat cautio de rato. *h. l. §. 4.* Et quando de mandato constat, clausula de ratihabitione frustra adjicitur, neque illa mandatum procuratorium ampliat, neque mandatum simplex in mandatum cum libera transformat, *arg. l. 6. D. de Condict. indeb. junct. l. 3. C. de Fidejuss.* licet eam Notarii instrumentis procuratoriis inserere consueverint. Maritus in bonis dotalibus proprio jure actiones exercet, quia per traditionem nactus est verum dominium dotis. *§. 40. Inst. de R. D. & A. R. D.* In bonis

quo-

nioque paraphornalibus citra ullam ratihabitionem admittitur. *l. ult. C. de Pact. convent.* Verum in bonis receptitiis, quæ uxor sibi reservavit, maritus citra solennem satisdationem de rato intercedendi facultatem liberam non habet. *l.* 2. *&* 21. *C. h. t.* Moribus maritus pro uxore citra hanc cautionem litigat. Satisdatio ista ratihabitionis ante litis contestationem à procuratore exigitur, lite contestata non compellitur ad cautionem. *h. §. pen.* quemadmodum si quis remiserit exceptionem procuratoriam, non poterit ex pœnitentia eam opponere. *l.* 57. §. 1. *D. h. t.* Diversa est ratio consortis litis, qui etiam post litem legitimè ordinatam commune negotium quibusdam absentibus gerit sine mandato, modò caveat de rato. *l.* 2. *C. de Consort. ej. lit.*

XXI. *Ad eund.* §. 1.] Procurator jurare non compellitur, neque defensor, sufficit ad plenam defensionem, si paratus sit judicium accipere. *l.* 34. §. 3. *D. de Iurejur.* cum iniquum sit de alieno facto alium jurare. *l.* 11. §. 2. *D. Rer. amot.* Sed nec dominus, si invito adversario per procuratorem jurare velit, audiendus est. *l.* 12. §. 4. *D. de R. C.* Si tamen ab adversario jusjurandum delatum fuerit, hoc domino exceptionem & actionem ad exemplum rei judicatæ parit. *l.* 9. §. *pen. & l. ult. §. pen. D. de Iurejur.* Sed actio directa, quam habet procurator suo nomine propter suum jusjurandum, domino non competit; dominus experitur, quasi ipse per procuratorem juras-

juraſſet. *h. §.* Jure Canonico expeditum eſt, per procuratorem de calumnia jurare licere, modo ſpeciale mandatum habeat. *c. ult. de juram. calumn. in* 6. Quod hodie in judiciis frequentatur: Hoc juramentum quod nomine principalis præſtat procurator, dicitur moribus juramentum in animam conſtituentis. Si tamen ſubſit perjurii metus, ad inſtantiam partis adverſæ principales perſonæ jurare tenentur.

XXII. *Ad eand. l. §. fin.*] Non facile permittitur, ut inſtituta poſtulatione ſuſpecti tutor per procuratorem defendatur. *h.l.* non tam principaliter, quia famæ cauſa eſt, quam quia interdum tutor ex ea cauſa condemnatus remittitur ad præfectum urbi corporaliter puniendus. *l.* 1. §. *ult. & l. ſeq.* D. *de Suſpect. tut.* §. 10. & 11. *Inſt. eod.* Sed in aliis judiciis, ex quibus præter pœnam pecuniariam damnatum ſequitur infamia, procurator admittitur. *l.* 1. D. *An per al. cauſ. appellat.* veluti in cauſis delictorum privatorum, ſi ex iis civiliter agatur. *l.* 4. §. *fin. l.* 6. §. 2. D. *de His qui not. inf. l.* 4. C. *de Furt.* Secus ſi criminaliter. *l. fin.* C. *de Injur.* §. 10. *Inſt. eod.* ubi duntaxat excipiuntur perſonæ illuſtres. Unde concludo, judicium legis Corneliæ, (quo quibusdam caſibus agitur injuriarum. *l.* 5. D. *d. t.*) non eſſe criminale, ſed civile, non publicum, ſed privatum, quia ad actionem ex lege Cornelia procurator dari poteſt. *l.* 42. §. 1. *D. h. t.* Obiter fit mentio legis Corneliæ de injuriis in *l.* 12. *§. fin. in fin.* D. *de Accuſat.*

XXIII. *Ad*

XXIII. *Ad l.* 41.] A procurationis munere arcentur mulieres. *l.* 2. *D. de R. I. l.* 18. *C. h. t.* nisi in rem suam & proprium lucrum eis sint mandatæ actiones. *l.* 4. *C. eod.* vel nisi experiantur pro parentibus, quos morbus aut ætas impedit, nec quenquam qui agant habent. *h. l.* Ita Senatus Frisiæ admisit filiam pro matre, quæ se valetudine & senectute impediri affirmabat. E converso autem mater, quæ filium in judicio defendere vult, non est audienda, *arg. h. l. & d. l.* 18. filio petet tutorem per quem defendatur. vid. *l.* 31. §. 6. *D. de N. g.* excipitur causa appellationis, si mater filii rem sententiâ eversam animadvertens provocaverit, audiri debet, atque hoc pietati adscribitur in *l.* 1. §. 1. *D. de Appellat. recip.* Disceptatur, an fœmina procuratrix, quo casu pro parentibus admittitur, SCto Vellejano privetur? Nequaquam, sicuti nec tutelam liberorum recipiens amittit beneficium SCti Vellejani, nisi ei expressè renuntiaverit. *Nov.* 118. *c.* 5. *Auth. matri & aviæ. C. Quand. mul. tut. offic.* Moribus hodiernis mulieres ne quidem pro se in judicio admittuntur, ut ne quidem ad actum voluntariæ jurisdictionis personam standi in judicio habeant.

XXIV. *Ad l.* 45.] Si ipse dominus pro procuratore consentiente cautionem judicatum solvi exposuerit, ex edicto prætoris procurator ad litem suscipiendam datus judicium accipere cogitur. *l.* 8. §. *fin. D. h. t.* licet dominus ante li-

tem

tem contestatam sit defunctus. *l.* 15. *D. eod.* nisi justa causa recusandi sit, alioqui ob rem non defensam committitur stipulationis clausula. *d. l.* 15. Defensor quoque (qui latius accepto vocabulo procurator rei interdum nuncupatur) si satisdederit, domini loco habendus est, & judicium suscipere cogitur, etiamsi reus solvendo esse desierit *l.* 43. *&* 76. *D. h. t.* quod tamen de coactione absoluta non est intelligendum; Ita nullæ sunt partes prætoris ad compellendum, verum si citra causam legitimam judicium accipere recuset, ex stipulatu ob rem non defensam agetur. *h. l.* atque fidejussores convenientur, qui contra defensorem, qui judicatum solvi satisdedit, regressum sument. *d. l.* 76.

XXV. *Ad l.* 46. §. *ult. l.* 47. 63.] Procurator totum bonorum, cui simpliciter res administrandæ sunt mandatæ, res domini alienare nequit, nisi res sint, quæ facile corrumpuntur. *h. l.* aut alias id exigit necessitas. *arg. l.* 35. *D. de Iurejur.* quo non incommodè refertur *l.* 17. §. *fin. D. eod.* Unde regulari jure mandato generali transactio decidendi causa interposita non continetur. *l.* 60. *D.* Cui autem generaliter libera bonorum administratio est commissa, vendendo, permutando res domini transfert. *l.* 58. *D. eod. l.* 9. §. 4. *D. de A. R. D.* donare tamen prohibetur. *l.* 28. §. 2. *D. de Pact.* donare enim non est administrare sed perdere. *l.* 7. *D. de Donat.* Formula generalis mandati cum administratione

liberæ

libera præscribitur in *l.* 60. §. *fin.* D. *Mandat.* Procurator autem ad exigendum constitutus, si datâ apochâ fit. Professus, pecuniam sibi solutam esse, hâc apochâ in dubia causa præjudicabit domino, *arg. l.* 46. §. 5. D. *de Administr. tut. l.* 2. *in fin.* C. *de Quadrienn. præscript. l. ult.* D. *de Instit. act.* Cæterum hoc non continetur mandato generali, ut si quis duos procuratores omnium rerum suarum reliquerit, qui simul ex diversis causis ejusdem mandatoris debitores sint, unus ab altero pecuniam mandatori debitam exigere possit, nisi nominatim mandatum sit, ut unus ab altero pecuniam peteret, præsertim si debitum alterius sit posterius mandato. *h. l.* 47. Si tantum alter ex duobus, quibus est commissa administratio, sit debitor mandatoris, hic ab altero recte convenitur, *h. l.* 46.

XXVI. *Ad l.* 68. *&* 72.] Per procuratorem actionem semper retinemus, utputa si intra legitimum tempus reum convenerit. *h. l.* 72. si promissorem hominis interpellaverit, perpetuam facit stipulationem. *l.* 24. *in fin.* D. *de Usur.* Si nomine domini vicino opus novum nuntiaverit, jus domino pristinum conservatur interdicto quod vi aut clam. *l.* 17. D. *de Oper. nuntiat.* Ex contractu procuratoris domino, invito procuratore, actio non datur, sed hic per actionem mandati ad cessionem actionum obligatus est. *l.* 49. §. *fin.* D. *de A. P. l.* 8. §. *fin.* D. *Mandat.* Facilius passim datur retentio quam actio.

l. 33. *D. de Condict. indeb. l.* 1. *D. de Pignor. l.* 11. *D. de Servitut. junct. l.* 8. §. 1. *D. eod. l.* 8. *junct. l.* 3. §. 7. & 11. *D. de A. P.* Excipiuntur casus varii, quibus etiam citra cessionem domino utilis actio ipso jure acquiritur, quo respicit *h. l.* 72. Veluti in condictione certi ex mutuo, & in actione hypothecaria nomine pignoris, quod mutuo accessit. *l.* 2. *C. Per quas person. nob. acq.* unde est particula *plerumque in l.* 11. *§.* 6. *D. de Pignor. act.* Acquirit item procurator domino actionem, si præsente domino sit stipulatus. *l.* 79. *D. de V. O.* Si res domino aliter salva esse non possit. *l.* 13. §. 25. *D. de Act. empt.* si procurator ex re domini stipulatus sit. *h. l.* 68. h. e. ut nonnemo interpretatur, quando circa rem, quæ domino acquisita est, stipulatio interposita proponitur; Neque inconvenienter *d. l.* 68. ad stipulationem præsenti domino factam refertur. In stipulationibus etiam prætoriis ipso jure per procuratorem actio quæritur. *l.* 5. *D. de Prætor. stipul. l.* 27. *D. de Procurat. l.* 18. §. *fin. D. Damn. infect.* Procurator quidem ex stipulatu actionem directam habet, sed si ea agat, exceptione repelli debet. *l.* 28. *vers. quæ res facit. D. h. t.* Per servum publicum ex stipulatione actio directa & ipso jure adquiritur. *l.* 3. *D. de Stipul. serv.* Per actorem actio utilis administratori civitatis datur. *l. ult. D. Quod cuj. univ. nom.* Sublata est moribus hodiernis hæc scrupulosa prudentiæ Romanæ subtilitas, atque ex contractu procuratoris dominus citra ullam cessionem agit.

EXER-

EXERCITATIO QUINTA,

RESPONDENTE

SIMONE RAM, *Steenvico-Transisalano*,

DE NEGOTIIS GESTIS.

A*d l.* 2. 6. §. 6. *& l.* 44.] Qui absentis
vel ignorantis negotia ex affectu & bo-
a intentione utiliter gessit, dominum obliga-
ım habet actione negotiorum gestorum con-
aria. *h. l. l.* 42. *&* 45. *D. h. t.* τὸ χρησίμως διοι-
κηθὲν, ἀναγκάζεται ὁ δεσπότης δεκτὸν ἡγεῖσθαι.
Quod utiliter administratum seu gestum est, co-
itur acceptò ferre dominus; etiam qui ductus
micitia filiifam. negotia pupillaria gessit, habet
atrem obligatum de peculio *h. l. 6. §. 6. in med.*
uod procedit in simplici amicitia, nam si quis
micitia ductus paterna pupillis tutores petierit
el suspectos tutores postulaverit, nullam ad-
ersus eos habet actionem *h. l.* 44. Add. *l.* 11. *&*
qq. C. h. t. Idem est si donandi animo quis al-
erius negotia gesserit, veluti si contradixerit do-
inus & eum res suas administrare prohibuerit.
fin. C. de Negot. gest. l. 40. *D. Mandat.* Quod
tiam fecisse videtur, qui certos terminos man-
ato præfixit, quos si excessit mandatarius, aliud
uid fecisse intelligitur. *l.* 5. *in pr. D. eod.* ac pro-

inde ne quidem huic utilem negotiorum gestorum actionem concedimus. *arg. l. 3. §. fin. & l. seq. D. d. t.* Est igitur hic gestor deterioris conditionis, quam prædo seu malæ fidei possessor, qui sciens in rem alienam impendit, cui impensas necessarias deducere, utiles tollere licet. *l. 5. C. de R. V.* Cæterum mandatarius, qui egressus est terminos mandati, ad tradendum non compellitur; Et si tradat, potest domino indicare quantitatem rei, qui, si non contradicat, gesta approbare censetur. Quod si mandatarius emerit v. g. rem viliori pretio, tenetur mandati actione. *d. l. 5. in fin. D. Mandat.*

II. *Ad l. 3. §. 4.*] Naturales obligationes non eo solo æstimantur, si soluta pecunia repeti non potest, sed & si actio aliqua earum nomine competit. *l. 10. D. de O. & A. l. 16. §. 4. D. de Fidejuss.* veluti si pupillus negotia gesserit, aut contractum inierit, ex rescripto D. Pii in quantum locupletior factus est convenitur. *h. §. l. 5. in fin. princ. D. de Auctor. tit. l. 3. pr. D. Commod.* non ubi datur actio, ilicò obligationem civilem poni necesse est, *arg. d. l. 10.* Neque tantum hoc casu naturaliter obligatur. *d. l. 5.* sed etiam, quando non est factus locupletior, quia pupillus ex sua promissione obligatur naturaliter, cum stipulanti promisit. *l. 1. in fin. D. de Novat. l. 127. D. de V. O.* pupillus autem ex ea promissione non fit locupletior, cum nihil acceperit, sed tantum stipulanti promiserit; & expressum est, pupillum

ullum naturaliter obligari, licet non ſit factus locupletior, in *l.* 25. *§.* 1. *D. Quand. di. legat.* add. *l.* 95. §. 2. *D. de Solut.* Natura quidem non debet, h. e. naturalis obligatio ei non nocet, quatenus contra regulam *d. l.* 10. ſi, quod debet naturaliter, ſolverit, repetitionem habet. *l.* 41. *D. de Condict. indeb.* quomodo interdum perſona facit locum repetitioni in *l.* 29. *D. eod.* unde explicanda eſt *l.* 59. *D. de O. & A.* Naturalis iſta obligatio & juris gentium obligatio, non munita autoritate juris civilis, eſt una & eadem, quo ſenſu is natura debet, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem ſecuti ſumus. *l.* 88. §. 1. *D. de R. I.* alias obligatio juris gentium dicitur civilis, quà est comprobata à jure civili. *§.* 1. *Inſt. de Obligat.* add. *l.* 6. *D. de Iuſtit. & jur.*

III. *Ad* §. 5.] Curator furioſi vel furioſæ, qui licet ex neceſſitate officii gerat, poſtquam tamen id ſuſcepit, volens utique jam gerere intelligitur, unde hic contra eos durante etiam administratione ſuper particulari negotio actionem negotiorum geſtorum exercet. *h. §.* eâ autem finitâ quando ſuper univerſa adminiſtratione agitur, judicium contrarium locum habet. *l.* 1. *§.* 2. *& 3. D. de Contrar. tut. & util. act.*

IV. *Ad §.* 8.] Si pignora ex cauſa judicati per apparitores prætoris, vel executores venierant, atque hi dolorem viliori pretio projecerint, domino rei & debitori quo invito pignora distrahuntur, non negotiorum geſtorum, quæ

præsumptum domini consensum exigit, sed de dolo actio datur. *l.* 50. *D. de Evict.* Creditori autem & victori in cujus gratiam executio procedit, si in hoc negotio executor à prætore datus dolum fecerit, conceditur actio negotiorium gestorum. *h.* §.

V. *Ad l.* 6. §. 3.] Qui ad res alienas tanquam alienas non contemplatione domini, sed sui lucri causa accessit, & circa res domini aliquid impendit, in quantum locupletior factus est dominus, contra eum negotiorum gestorum judicio aget. *h.* §. At qui ædificavit in solo alieno, quod forte putavit esse suum, retentionem habet, *l.* 14. §. 1. *D. Commun. div.* ut dominum rei vindicatione agentem nec sumptus refundentem exceptione doli repellere possit. §. 30. *Inst. de R. D. & A. R. D.* si possessione exciderit, nullum ad impensas servandas remedium superest, sumptus non alias consequitur, quam si possideat. *l.* 14. *D. de Dol. mal. except.* nullo alio modo quam per retentionem impensas servat. *l.* 33. *D. de Condict. indeb.* Excipitur heres, cui pars domus in diem per fideicommissum relicta est, si eam refecerit, atque citra deductionem sumptuum tradiderit, utitur incerti condictione. *l.* 40. §. 1. *D. eod.* Moribus pro impensis consequendis non tantum datur retentio, sed etiam actio. Imo etiam propter impensas illiquidas retentionem concessit Senatus Ultrajectinus, idemque placuit supremæ Frisiorum Curiæ. Sed ex stylo hujus Curiæ finitâ locatione

catione ſub cautione de ſolvendis impenſis, ubi eæ taxatæ & liquidatæ fuerint, fundum relaxare cogitur colonus.

VI. *Ad eand. l. 6. §. 6. & ſeq.*] Inter veteres fuit magna controverſia, an omnis ratihabitio comparanda eſſet mandato, ſeu an ſemper retrotraheretur, reduceretur, atque referretur ad tempus negotii contracti: Ac diſtinxerunt inter res facti & juris. Res facti vocantur, in quibus factum verſatur, ut poſſeſſio. *l.* 19. *D. Ex quib. cauſ. major. l.* 1. *§.* 2. *& l.* 29. *D. de A. P.* traditio, venditio, ſolutio, *l.* 7. *§. ult. D. de Curator. fur. & al.* Res juris ſunt, in quibus jus magis verſatur, quam factum, ut eſt aditio hereditatis, & alii actus ſolennes ſeu legitimi: Plerique in iis, quæ ſunt facti, ratihabitioni locum tribuebant: Exempla occurrunt varia. *l.* 56. *D. de Iudic. l.* 16. *§.* 1. *D. de Pignor. l.* 13. *D. de Precar. l.* 1. *§.* 14. *& l.* 3. *§.* 10. *D. de Vi & vi armat. l.* 12. *§. ult. & l.* 49. *verſ. ratam. D. de Solut. l.* 1. *D. de Appell. recip.* In iis autem, quæ ſunt juris, ratihabitio non admittebatur, veluti in infamia. *l.* 13. *in pr. D. de His qui not. infam.* auctoritate tutoris. *l.* 9. *§. pen. D. de Auctor. tut.* in cernenda quoque vel adeunda hereditate juſſus præcedere debuit. *l.* 25. *§.* 4. *D. de A. H.* Bonorum poſſeſſio, quæ dicitur juris eſſe in *l.* 3. *§.* 1. *D. de Bon. poſſeſſ.* ratihabitione confirmatur *l. ult. D. eod. l.* 65. *D. Ad SC. Trebell.* non tamen ut retrotrahatur, ſed ut eo tempore petita videatur, quo ratihabitionis poſtulatio fa-

ćta eſt, exceptis quibusdam caſibus. *d. l. ult. l. pen. D. Rem rat. hab.* Hodie differentiam inter res juris & facti ſublatam eſſe exiſtimant *l.* 25. *C. de Donat. int. vir. & ux.* uti omnis ratihabitio prorſus retrotrahatur & confirmet ea, quæ ab initio ſunt ſubſecuta. *l. fin. in pr. C. Ad SC. Maced.* Quæ tamen regula non adeò effusè accipienda eſt, ſed ad negotiorum geſtionem referenda, *arg. d. l.* 13. *junct. d. l. ult.* Ubi autem ratihabitio locum invenit, produxit actionem mandati. *l.* 60. *D. de* R. I. ſi negotio non pleniſſime perfecto acceſſerit, alias negotiorum geſtorum actio nata non tranſmutabitur, etiam poſt ratihabitionem dabitur actio negotiorum geſtorum. *h. l.* 6. §. 9. *l.* 9. *D. de N. G. l.* 9. *C. eod.* quod procedit, quando ad eum, qui ratum habet, aliquid pervenit, ſi enim ex ea geſtione nullum lucrum perceperit, quod ad negotiorum geſtorum actionem, nihil agitur ea ratihabitione. *h. l.* §. 6. *&* 11.

VII. *Ad §. fin.*] Si, qui negotia adminiſtravit, quædam geſſit, quædam non, etiam de non geſtis tenetur, ſi contemplatione geſtoris alîus, qui forte omnia fuiſſet geſturus, eo ſciente, nec cedente, non acceſſit, vel ſi alius diligentior omnia fuiſſet adminiſtraturus, *h.* §. alias ſatis abundeque ſufficit, ſi cui vel in paucis amici labore conſulatur. *l.* 20. *C. de* N. G. Verum in iſtis paucis negotiis adhibebit omnem diligentiam, ad exactiſſimam diligentiam compellitur reddere rationem. §. 1. *in fin. Inſt. de Oblig. quæ q. ex contr.* ubi

ui verba *si modo*, *&c.* non restringunt, sed in-
cant, eam diligentiam, quam quis suis rebus
hibere solet, esse summam, quando ipse gestor
t diligentissimus, *arg.* §. 2. *Inst. Quib. mod. re-
ntr. obl.* Add. *l.* 11. 32. *l.* 37. §. 1. *D. de N. G.*
21. *C. Mandat. l.* 1. §. 35. *D. Depos.* Diligen-
am exactissimam appellat Græcus paraphra-
es ἐπιμέλειαν ἀκριβεστάτην, cui opponitur cul-
ı levissima. *l.* 18. *in pr. D. Commod.* Interdum
negotiorum gestorum actione dolus solum-
odo versatur, uti in exemplo *l.* 3. §. 9. *D. h. t.*
Nonnunquam quoque hic præstatur casus for-
itus. *l.* 11. *D. h. t.* Quomodo id arbitrio judi-
s pro ratione circumstantiarum hodie relinqui
olet. Si pecuniæ quis negotium gerat, usuras
uoque totius temporis præstare cogitur, &
ericulum eorum nominum, quibus collocavit
gnoscere, si litis contestatæ tempore non sint
olvendo. Paul. 1. *Recept. sentent. tit.* 3. §. *si pecu-
iæ.* nisi casibus fortuitis ita debitores fortunas
uas amiserint. *l.* 37. §. 1. *D. h. t.*

VIII. *Ad l.* 19. §. 2.] Si libero homini,
ui bona fide mihi serviebat, mandem ut aliquid
gat, quæritur utrum actio mandati, an nego-
orum gestorum locum habeat? Qui non libe-
a voluntate, sed quasi ex necessitate servili exe-
uitur suum mandatum, tenetur actione nego-
iorum gestorum. *h. l.* qui autem quasi amicus,
on ignorans se esse liberum, nulla necessitate
ervili mandatum suscepit, cum eo est actio man-

dati vel præſcriptis verbis. *l. 13. §. 2. D. Commod.* quæ etiam interdum concurrit cum actione contractus ordinaria. Vid. *ſupr. Exercit. 3. aſſ. 5.* Add. *l. 36. D. h. t. l. 19. in fin. D. de A. R. D.* Supervacua eſt hæc diſputatio, poſtquam ſervitus apud Romanos uſitata exolevit, licet veſtigia quædam adhuc reperiantur in iis hominibus, quos vulgo vocamus adſcriptitios, *horige, hoffhorige, keurmedige, waſtiniſche luyden.* Ita apud Zutphanienſes inveniuntur quatuor curtes majores, *Den Hof toe Zutphen, toe Lochem, toe Baeck, toe Hengeloe, toe Oxe.* In Velavia v. g. *den Hoff toe Putten*, quæ hodie pertinet ad Abbatem Paderbornenſem. Quibus in ſuperiori Gelriæ Tetrarchia Ruremundenſi comparantur coloni ſerviles, quibus nomen eſt *Laeten*, unde *Laeten-recht.*

IX. *Ad l. 21.*] Si unus ex tribus civibus Romanis ab hoſtibus captis ea conditione ſit dimiſſus, ut, nî rediret, duo pro eo quoque ſolverent pretium redemptionis ἄποινον, ſi is non redierit, & pecunia à reliquis ſit exoluta, reddetur in eum judicium pro ſubjecta materia negotiorum geſtorum in *h. l. Accipiet captivus tanquam creditum, non tanquam beneficium.* Et illud procedit, quia negotium hoc, licet propter adjectam conditionem pecunia ab omnibus ſolvi debuerit, per ſe & natura ſua non eſt individuum; ubi autem negotium per ſe eſt individuum, atque ſocius ex natura ſocietatis partem ſuam ſine ſocii parte defendere nequit, agitur communi divi-

dundo,

dundo, vel alia generali actione. *l.* 40. *D. de N. G.* de qua latius dicetur ad *l.* 6. §. 2. *D. Commun. divid.* Senatus Parisiensis admisit probationem actoris, qui libertatem sagacitate & industria adeptus fuerat per pericula & casus varios.

X. *Ad l.* 29.] Pupilli nomine non tantum ætas significatur, sed & conditio & status ejus, qui ante pubertatem desiit esse in potestate patris, & cœpit esse in potestate tutoris. *l.* 239. *D. de V. S.* Qui in utero est, nunquam fuit in potestate patris, antequam nascatur non potest dici in potestate morientis fuisse, verba sunt *l. ult. D. de Collat. bon.* partus antequam datur est portio mulieris, vel viscerum. *l.* 1. §. 1. *D. de Ventr. inspic.* Fœtus igitur qui est in utero, κυοφορούμενος, non est pupillus. *l.* 61. *D. de V. S.* unde tutor testamento datus posthumo, nondum est tutor, antequam partus edatur. *l.* 19. §. *fin. D. de Testam. tut.* Et, si is tutelam interim administraverit, non habet locum actio tutelæ, vel negotiorum gestorum directa, sed utilis in eum dabitur. *l. pen. D. de Tutel. & rat. distrah.* de qua exaud. est *h. l.* Ventri dari solet curator. *l.* 20. *D. de Tutor. & curator. dat.*

XI. *Ad l.* 34.] Mater & avia, quando non administrant bona liberorum, sumptus, quos erogarunt in alimenta, vel in litem ex causa tutoris suspecti, non repetunt. *l.* 1. & 11. *C. de N. G.* nisi contrarium doceatur; quod colligitur ex quan-

quantitate impenſarum. *arg. l.* 47. *D. de Donat. inter vir. & uxor.* ſi præceſſerit matris proteſtatio, ſi in librum rationum impenſas retulerit. *h. l.* ſi filius patrem locupletem habeat, qui præ matre filio alimenta præſtare cogitur. *l.* 5. §. 14. *D. de Agnoſc. lib.* Idem eſt, ſi mater bona filiorum adminiſtraverit, quo caſu ex bonis, quæ adminiſtravit, ſumptus ſuppeditaſſe præſumitur. *arg. l. fin.* §. 1. *C. de Petit. hered.* Hoc judicando ſecutus eſt Senatus Friſiæ. Imo mater & avus maternus liberos alere coguntur. *l.* 5. §. 1. & 4. *D. de Agnoſc. liber.* ſi pater aut non ſit, aut minus idoneus ſit. *d. l.* 5. §. 14. & *l. pen. D. eod. junct. l.* 14. *C. de I. D.* Excipiuntur filii locupletes & qui opificiis ſuis ſe ipſos exhibere poſſunt, quibus parentes neceſſario alimenta ſuppeditare non tenentur. *d. l.* 5. §. 7. Ex adverſo etiam parentes à liberis ſunt alendi, ſi ipſi exhibere ſe non poſſint. *ead. l.* 5. §. 2.

XII. *Ad l.* 38.] Non tantum ſortem ſed & uſuras, quas negotiorum geſtor percipere potuit, tenetur judicio negotiorum geſtorum præſtare. *l.* 19. §. 4. *D. de N. G.* imo ſi pecuniam ex geſtione acquiſitam in ſuos uſus converterit, maximas uſuras ſolvere cogitur. *h. l.* ubi idem dicitur de tutore, qui pecuniam pupillarem convertit in uſus ſuos; atque illæ etiam legitimæ uſuræ vocantur in *l.* 1. *C. de Vſur. pupill. l.* 3. *C. Arbitr. tut.* vel quæ legitimo modo in regionibus frequentantur. *l.* 10. §. 3. *D. Mandat. Legitimo*

mo modo h. e. ad modum lege definitum, ſeu intelligit uſuras, maximas, legitimas & centeſimas, qui eſt ſummus modus uſurarum, lege determinatus; ſive reſpexerit IC. ad legem Gabiniam, aliamve legem, quæ uſuras definivit, ſive ad conſtitutionem Imp. in *l.* 26. C. *de Vſur.* lex erat Athenis, ut qui publica pecunia per annum integrum uſus eſſet, eandem duplam reſtitueret. Vel, ſi quis eos textus de uſuris ſemeſſibus exaudire malit, ponat tutorem qui non clam & latenter, ſed palam ſcientibus contutoribus pecuniam in uſus ſuos redegit, juxta *l.* 7. §. 4. *&* *l.* 54. D. *de Admin. tut.* Eodem modo ſocius, qui ideo condemnatus erit, quod pecuniam communem invaſerit, vel in uſus ſuos converterit, etiam alia morâ non interveniente uſuras præſtabit. *l.* 1. §. 1. D. *de Vſur.* Sed ſi aut pecunia communi uſus non ſit, aut moram non fecerit, uſuras non præſtabit. *l.* 60. D. *Pro ſoc.*

XIII. *Ad l.* 47. §. 1.] Judicia omnia hodie ſunt facta extraordinaria. §. *fin. Inſt. de Interdict.* quatenus ſublatis formulis ipſi Magiſtratus jus dicunt & judicant. *tit.* C. *de Formul. & impetrat. ſublat.* neque amplius judices pedanei dantur. *l.* 2. C. *de Pedan. judic.* quò reſpiciunt illa verba *h.* §. *quia in extraordinariis judiciis, ubi conceptio formularum non obſervatur.* Cæterùm tempore Pauli IC. judicium negotiorum geſtorum non fuit extraordinarium, ſed ordinarium. h. e. ipſe prætor ſuper negotiis geſtis non judicavit, ſed judicem

judicem pedaneum dedit. *l. 3. in pr. D. h. t.* ibi, *judicium eo nomine dabo.* Quando autem non petebatur per formulam ſed extra ordinem, & cognitione magiſtratus, veluti in edicto de minoribus in integrum reſtituendis, ita loquitur prætor, *uti quæque res erit animadvertam. l. 1. §. 1. D. de Minor.* Quod autem Paulus aſſerit *h. §.* nihil referre, directâ quis an utili actione agat vel conveniatur, hoc explicat eleganter, quod utraque actio ſit ejusdem poteſtatis, eundemque effectum habeat: nam quod ad modum agendi actio directa dicitur illa, quæ ex ipſis verbis legis aut edicti deſcendit: utilis quæ ex mente, & ſententia legis per interpretationem ICtorum oritur, vid. §. *ult. D. Inſt. de l. Aquil.*

DE CALUMNIATORIBUS.

XIV. *Ad l. 5. §. 1.*] Ex l. Remmia, vel quæ quibusdam lectio veriſimilior videtur, Memmia, calumniatorum fronti litera K. inurebatur. *l. 1. §. 2. D. Ad SC. Turpill. l. 13. D. de Teſtib.* poſtea ſucceſſit pœna talionis, contra eos qui ſcientes dolo malo per calumniam falſa crimina intendunt. *l. fin. C. de Calumniat.* Calumniantes ad vindictam poſcit ſimilitudo ſupplicii, ita loquuntur Impp. in *l. ult. C. de Accuſat.* Qui per calumniam ſive ante ſive poſt judicium pecuniam accepit in cauſis civilibus, tenetur actione de calumniatoribus intra annum in quadruplum, ejus pecuniæ, quam accepiſſe dicetur, poſt annum in ſim-

implum. *l.* 1. *in princ.* *D. h. t.* & præter hanc, si
ola turpitudo accipientis versetur, etiam con-
lictione ob turpem causam. *h. l.* Quæritur, si
ondictum fuerit, an actio de Calumniatoribus
ocum habeat & vice versa? Puto, (ait IC. *h.* §. 1.)
ufficere alterutram actionem: Sed diversimo-
le: si actum sit in quadruplum, qui pecuniam
ledi ne mihi negotium fiat, tolletur condictio
b turpem causam: sin prius hac condictione
ctum sit, actio de calumniatoribus in triplum
antum instituetur. *arg. l.* 34. §. *fin.* *D. de O. &*
A. Interdum tamen actio de Calumniatoribus
ion tollit condictionem ob turpem causam, vel-
uti si alius misericordiæ causa non mandatu
meo pecuniam dederit, ne mihi negotium fieret.
. 7. *D. h. t.* Cæterum vix est, ut calumnia hodie
n civilibus & pecuniariis causis eo modo vindi-
cetur, quem describunt *ll. hujus tit.* Neque in
causis criminalibus calumniæ nomine pœna
mortis amplius plectuntur calumniatores.

DE IN INTEGR. RESTITUTION.

XV. *Ad l.* 4.] Prætor non curat minima,
quando quis contra jus commune vult juvari;
restitutionem in integrum, quæ rescindit id,
quod ipso jure civili subsistebat propter rem satis
minimam prætor indulgere non solet, præsertim
si majori rei vel summæ præjudicetur. *h. l.* unde
actio de dolo (quæ infamat. §. *pen.* *Inst. de Pœn.*
tem. litig.) si modica summa sit, h. e. usque ad
duos

duos aureos, dari non debet. *l. 9. §. fin. l. 10. & 11. in pr. D. de Dol. mal.* Cæterum alias etiam actio ob rem minimam conceditur. *l. 22. in fin. pr. D. Damn. infect. l. 1. §. 10. D. de Petit. her.* An & actio furti, quod non subsistit, sed natura & moribus civitatis probrum est. *l. 42. D. de V. S. §. 1. Inst. de obligat. quæ ex dol.*? Ajo, etiamsi unam gallinam quis subripuerit. *l. 5. §. pen. in fin. D. de A. R. D.* sufficit affectus furandi, qui in parvis æquè atque in magnis deprehenditur. *Nov. 69. c. 1.* Fur non solum in majoribus, sed etiam in minoribus judicatur; non enim id quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur, neque hîc consideranda est fama, nam eo respectu ne quidem quantitas centum vel mille florenorum actioni furti instituendæ suffecerit. Et cum ex delicto quovis agatur civiliter & criminaliter. *l. fin. D. de Privat. delict.* neque in specie in furti delicto distinguatur in *l. fin. D. de Furt.* neque etiam in injuriarum actione, utrum injuria sit atrox an levis. *l. fin. D. de injur.* propter rem modicam non tantum furti civiliter, sed & criminaliter agi posse judico, add. *l. 3. §. 2. D. de Bon. eor. qui ant. sent. mort. sibi consciv.*

XVI. *Ad l. 6.*] Restitutio est petenda intra tempus postulandæ restitutioni statutum. *h. l.* quod olim in omnibus fere restitutionibus erat annus utilis. *l. 14. §. 1. D. Quod met. caus. l. 1. §. 1. D. Ex quib. caus. maj. l. 35. in fin. pr. D. de O. & A. l. 6. D. de Alienat. jud. mut. arg. l. fin. C. de*

Temp.

emp. in int. restit. Actio doli est biennalis. *l.* *u. C. de Dol. mal.* Restitutio quæ fit ob capitis minutionem perpetua *l. 2. §. fin. D. de Cap. inut.* In locum anni utilis surrogatum est quariennium continuum. *d. l. ult. C. de Tempor. in t. restit.* sive quis metu, sive absentia, sive ætate ciderit in captionem. Et computandum est uadriennium in minore, ex quo anni vicesimi xti primus dies illuxerit; in majore ex tempore negotii vel contractus, & statim ex quo esse desierit Reipub. causa, vel in captivitate se desierit; militi ex die missionis, aliis absenbus ex tempore reditus. *d. l. ult.* quam correctionem locum obtinere in actione doli, non iam in restitutione, quæ fit ex causa capitis diminutionis statuo. In Francia ex Constitutionius regiis restitutio petenda est intra decenium. Intra quod tempus sit intentandum remeium *l. 2. C. de Rescind. vendit.* dicetur ad *l. 16. . pen. D. de Minor.*

XVII. *Ad l. 7.*] Postulatâ in integrum reitutione, omnia in statu suo manere debent, & ntentiæ executio suspenditur. *l. un. C. Postul. in it. restit. l. 32. C. de Transact. arg. l. 1. § ult. D. d SC. Turpill. junct. l. 42. D. de Minor.* Jure Caonico postulatâ in integrum restitutione, ejus ausâ pendente sententia mandatur executioni ræstitâ idonea cautione de restituendo. *c. 6. X. e In int. restitut.* Moribus provisionalis adjuditio aut fiduciaria consignatio decernitur. vid.

ll. Antwerp. *tit.* 56. §. 13. Si contra abſentem contumacem pronunciatum eſt, ſententia effectum parit executivum, ſed reſtituitur interdum contumax, veluti ſi confeſtim prætore adhuc pro tribunali ſedente comparuerit, atque allegaverit, ſe vocem præconis citantis non audiiſſe *h. l.* Citatur autem reus non ſolum voce præconis, ſed etiam edicto publicè affixo. *l.* 2. *§.* 3. *l.* 15. *§.* 2. *l.* 42. §. 1. *D. de Iur. fiſc.* Reus etiam criminis abſens *εἰς τρίτην ἀγορὰν* h. e. trinundino citatur ad domum voce præconis, & edicto publicè adfixo cum clamore buccinæ, quæ vocis ſimilitudo eſt. *l.* 10. *D. de Publ. judic.* Et ob portum, h. e. ad domum per triduum ſolebat is vocari, cui teſtimonium denuntiabatur, ſeu trinundino pleno foro, voce præconis, vel edicto publicè adfixo, quo ref. *l.* 20. *D. de Teſtib.* quod deſcendit ex lege 12. tabb. cujus verba ſic habent, *cui teſtimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito.* Praxis admittit. *arg. h.l.* purgationem contumaciæ (vulgo default) quando reus confeſtim ante diſceſſum Curiæ, & judice adhuc pro tribunali ſedente reſpondet.

QUOD METUS CAUSA.

XVIII. *Ad l.* 7.] Non quilibet metus præbet cauſam Edicto Quod metus cauſa, ſed qui merito in hominem conſtantiſſimum cadat. *l.* 6. *D. Quod met. cauſ.* metus majoris malitatis, *μεγάλης κακοθελείας*, veluti metus mortis, aut ver-

verberum, aut vinculorum, aut stupri, si pecunia data fuerit, ne stuprum patiatur vir, seu mulier. *l.* 3. *in fin. l.* 4. *l.* 8. *§.* 2. *D. eod.* Hinc si quis in furto vel adulterio deprehensus, vel alio flagitio, & adhibito metu mortis, vinculorum aut proditionis conterritus dederit aliquid, aut se obligaverit, justus est metus & ex hoc edicto metum passo succurritur. *h. l. §.* 1. prætor non respicit hîc, an adulter sit qui dedit, sed hoc solum quod accipitur metu mortis illato. *d. l.* 8. *in pr.* Sed si quis in adulterio deprehensus datâ pecunia se redemerit, cessat condictio ob turpem causam. *l.* 4. *D. de Condict. ob turp. caus.* Timor infamiæ, quam dixi supra inferri auctoritate legis aut sententia Magistratus, non autem facto privati irrogari, hoc edicto non continetur. *h. l.* Neque etiam metus reverentiæ ad hoc edictum pertinet, *arg. l.* 22. *D. de* R. N. *l.* 26. *§.* 2. *D. de Pignor.* licet patronus liberto tacenti, & is cui magna verecundia ei quem in præsentia pudor ad resistendum impedit, furtum facere soleat. *l. pen. D. de Furt.*

XIX. *Ad l.* 9. *§.* 6.] Quod metus causa gestum est, ratum non habet prætor. *l.* 1. *D. h. t.* restituendo metum passo actionem veterem, vel ei concedendo actionem novam Quod metus causa in quadruplum, §. 25. *Inst. de Action.* & quadruplabitur omne, quodcunque restitui oportuit. *l.* 14. §. 1. *D. h. t.* Sed hæc actio est arbitraria, & præcedit sententiam definitivam præ-

ceptum judicis, rem restitui jubentis, cui si pareatur, liberatur reus ab ulteriori condemnatione: si non pareatur, quadrupli condemnationem patietur, *d. l.* 14. §. 27. *Inst. de Action.* Quadruplum hoc non est totum pœna, sed ei inest rei persecutio, triplum est pœna *d. l.* 14. §. 9. 10. & 11. Competit etiam metum passo actio utilis in rem & condictio. *h. l.* §. 4. Sed quia inest huic actioni hæc conditio, ni fiat restitutio, ideo, uti si quis egerit in quadruplum, finitur actio in rem, ita ubi actum est rei vindicatione, & res restituta est, extinguitur actio quod metus causa in quadruplum. *h.* §. aliàs actio quæ rei persecutionem continet, non extinguit omnimodo & in totum actionem mixtam. *l.* 34. §. *fin. D. de O. & A.* de qua regula *ad d. l.* 34. dicetur prolixius. Moribus hodiernis hæc pœna quadrupli obsolevit.

XX. *Ad l.* 13.] Qui sine judicis auctoritate occupavit rem propriam, non tenetur actione quod metus causa, quæ damnum exigit, *l.* 12. §. *fin. D. Quod met. caus.* sed incidit in legem Juliam de vi & jus crediti amittit. *h. l.* cadit dominio rei suæ. *l.* 7. *C. Vnde vi.* §. 1. *Instit. de vi bon. rapt.* ratio est in *l.* 176. *D. de R. I.* si quid tamen in nostro, quod possidemus, positum aut ædificatum sit, hoc propria auctoritate destruere licet. *l.* 29. §. 1. *D. Ad l. Aquil.* Licet debitorem fugientem prehendere, eique pecuniam secum ferentem auferre. *l.* 10. §. 16. *D. Quæ in fraud. credit.*

credit. quod originem traxit ex lege 12. tabb. *si calvitur, pedemve ſtruit, manum endo jacito.* Legatarius, qui propria auctoritate occupavit legata, non ſemper privatur dominio rei legatæ, ſed tenetur heredi interdicto quod legatorum. *l.* 1. §. 2. *D. Quod legator.* Viro adulterum uxoris ſuæ deprehenſum, retinere licet horas diurnas nocturnaſque continuas non plus quam viginti, teſtandæ ejus rei cauſa. *l.* 25. *D. Ad l. Iul. de adulter.* Moribus hodiernis qui rem ſuam ſine judice occupavit, non amplius privatur dominio rei ſuæ, ſed cui vis eſt illata, ad id quod intereſt condemnatur & pro criminis qualitate extra ordinem coërcetur. Reform. Velav. *tit.* 12. §. 1. & 10. Et conſtitutio *d. l.* 7. *C. Vnde vi*, exulat à tota Gelria, Gallia & communi totius Chriſtiani orbis uſu & praxi antiquata eſt. Quæro, an creditor propria auctoritate pignus diſtrahere poſſit? Affirmantium ſententiam aliquoties probavit Friſiæ Senatus, propter *l. pen. C. de Pignor. act.* ſi ex conventione creditor pignus, quod tenebat, ita diſtraxerit, pignus enim, quod tenet debitor, auctoritate præſidis adipiſci debet. *l.* 3. *C. de Pignor.*

XXI. *Ad l.* 14. §. 11.] Naturali rei interitu liberatur debitor ſpeciei, ſi res ante moram interierit, poſt moram obligatio perpetuatur *l.* 23. *l.* 91. *D. de V. O.* ſi ſuâ naturâ res interciderit ante rem judicatam. *l.* 14. §. 1. *D. Depoſ.* poſt rem judicatam intra tempora judicati ceſſat atque in-

terquiescit mora, ideoque interim periculum casus fortuiti pertinet ad creditorem. Quod autem dictum est, de obligatione post moram perpetuanda, adhibita distinctione temperari solet, ut hoc casu tum demum teneatur debitor, si res non fuisset peritura eodem modo apud actorem, ut qui eam distraxisset, & pretium redegisset; at liberetur, ubi res erat interitura apud actorem, etsi confestim restituta fuisset. Atque hoc manifestum est in depositi actione. *d. l.* 14. §. 1. idem servatur in actione in personam ex testamento. *l.* 47. *§. fin. D. de Legat.* 1. & in rei vindicatione. *l.* 15. §. *fin. D. de R. V.* Quod temperamentum in delictis locum non obtinet, in quibus ex ipso tempore delicti plus quam frustrator debitor constitutus est, verba sunt *l. pen. in fin. D. de Vi & vi armat.* unde re per metum extortâ peremptâ qui metum intulit indistinctè tenetur, sive æque res erat interitura apud actorem sive non. *h.* §. Idem judicandum est de furibus, abactoribus, prædonibus. *l. ult. D. de Condict. furtiv. l.* 1. §. 34. *D. de Vi & vi armat.*

XXII. *Ad* §. 13.] Actio doli cessat, ubi alia actio superest. *l.* 1. §. 1. *& penult. D. de Dol. mal.* quæ regula restringenda est ad actiones, quæ ex contractu proficiscuntur & alia id genus remedia, quæ pro eo, quod nostro patrimonio abest, consequendo sunt comparata; verum cum actionibus aliorum delictorum, quæ procul dubio dolum in se habent, actio doli concurrere

potest,

poteſt, modo tale ſit delictum, cui vindicando actio doli quadret, quemadmodum in vi vel metu illato eum, qui metum fecit & de dolo teneri certum eſt, verba ſunt. *h.* §. Sed nec competit ei actio de dolo, qui actionem aliam habuit, eamque tempore amiſit, ſibi imputet, qui agere ſuperſedit. *l.* 1. §. *6*. *D. de Dol. mal.* jura ſunt ſcripta vigilantibus. *l.* 24. *D. Quæ in fraud. creditor.* niſi in hoc dolus malus admiſſus fuiſſet, ut tempus exiret. *d.* §. *6*. uti in caſu *l.* 14. *D. de Aq. & aq. pluv. arc.* ubi dolo venditoris annus præteriit.

XXIII. *Ad l.* 21. §. *fin.*] Coacta voluntas eſt voluntas, ſi non integra, ſaltem remiſſa. *h. l. l.* 22. *D. de R. N. l.* 13. *C. de Tranſact.* unde qui metu coactus adiit hereditatem, ipſo jure efficitur heres, ſed ei conceditur per reſtitutionem prætoris poteſtas abſtinendi. *h. l. & l.* 85. *D. de A. H.* qua non indiget qui metu coactus fallens h. e. ſimulans ſe adire, cum nollet, adivit hereditatem, quem heredem fieri non placuit. *l.* 6. §. *fin. D. eod.* Singulari etiam ratione ſi metu ſit dos promiſſa, obligatio non naſcitur, & dotis promiſſio eſt nulla. *h. l.* §. 3. Ac licet alias metus actus ferè quoſcunque, ipſo jure non reddat nullos, ſed remedio reſtitutionis in integrum coactos juvet, matrimonium tamen ipſo jure eſt nullum, cui metus cauſam dedit, nec reſciſſione indiget, *arg. d.* §. 3. *c.* 14. & 15. *X. de ſponſal.* ſed ſi poſt metum præcedentem copula carnalis eaque

voluntaria ſubſequatur, purgatur metus atque ſubſiſtit matrimonium. C. 28. *X. eod.* Quod ad actus ipſo jure validos, hodie impetrari ſolent diplomata reſtitutoria, ſeu literæ reſtitutionis *van relieff*.

DE DOLO MALO.

XXIV. *Ad l. 1. §. 3.*] Licet quidem barbaris ſubtili ingenio aurum auferre. *l. 2. C. de Commerc. & mercat.* in terminis item juris poſtliminii nihil intereſt, quomodo captivus reverſus eſt, utrum dimiſſus, an vi vel fallacia hoſtium poteſtatem evaſerit. *l. 26. D. de Captiv. & poſtlim. rev.* licet etiam adverſus hoſtem vel latronem machinari, atque ſtratagematis uti. *h. §.* ſed ſervanda eſt fides data hoſti. *arg. l. 1. D. de Pact.* cum quo communionem juris gentium habemus. *l. fin. D. de Legation.* Etiam cum piratis & latronibus, licet cum iis non ſit bellum legitimum. *l. 24. D. de Captiv. & poſtlim. rev.* pactiones initæ ſunt ſervandæ *arg. d. l. 1. & l. 31. D. Depoſ.*

XXV. *Ad l. 7. in pr.*] Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, veluti ſi quis in hoc, ut venderet, ſit circumſcriptus, contractus facit ipſo jure nullum. *h. l. l. 3. §. fin. D. Pro ſoc. l. 16. §. 1. D. de Minor.* licet talis conventio improprie reſcindi dicatur, ut, quatenus de facto proceſſit, data & tradita revocentur, etiam à tertio poſſeſſore. *l. 5. C. de Reſcind. vend.* Sic pronuntiavit Hol-

Iollandiæ Curia. Quæ ſententia eſt compro-
ata in ſuprema Mechlinienſi Curia. Galli non
gnoſcunt vias nullitatum. Sed dolus incidens,
ui verſatur circa qualitatem rei, purgatur actio-
e contractus, ſi ipſe deceptus agat, ſin conve-
iatur, exceptione utetur. *l.* 13. *§.* 4. *&* 27. *D.*
e A. & E. l. 12. §. 1. *D. de I. D.* In contractibus
:ricti juris, ſi dolus adhibitus ſit, actio quidem
aſcitur, ſed doli mali exceptione petitio ſub-
noveri debet. *l.* 5. *C. de Inutil. ſtipul.* Idem eſt,
: ſi nullus dolus interceſſit ſtipulantis, ſed ipſa
es in ſe dolum habet. *l.* 36. *D. de V. O.* veluti ſi
uis ſine cauſa ab aliquo ſtipulatus fuerit. *l.* 2. §.
. *D. de Dol. mal. except.*

XXVI. *Ad* §. 5.] Si heres ſervum legatum
lolo malo occiderit, ceſſat actio de dolo, ſive
nte ſive poſt aditam hereditatem ſervus occiſus
it, quia ex teſtamento actio competit. *h. §.* Di-
erſo etiam reſpectu circa ſimilem caſum actio
:x teſtamento vel de dolo locum habet, veluti,
i ante conſtitutionem uſusfructus in area, cujus
iſusfuctus tertio legatus erat, proprietarius ædi-
icium poſuit, hic actione ex teſtamento legata-
io tenebitur, tradito autem uſufructu idem con-
renietur actione de dolo. *l.* 5. *§. fin. D. Quib.*
nod. uſusfr. am.

XXVII. *Ad l.* 11. §. 1. *& l.* 15. §. 1.] Actio
quod metus cauſa, quæ non eſt famoſa, *arg. l.* 14.
§. 3. *D. Quod met. cauſ.* datur quoque in muni-
:ipes, *l.* 9. §. 1. *D. eod.* non actio doli. *h. l.* 15. §. 1.

Quomodo pater si filio rem ejus peculii castrensis subtraxerit, furtum facit, & furti tenetur. *l.* 52. §. 6. *D. de Furt.* utili actione non directa, non περὶ κλοπῆς, sed περὶ ὑφαιρέσεως, quia actio famosa contra parentes non conceditur. *l.* 2. *&* 5. §. 1. *D. de Obseq. par. & patr. l.* 1. §. 43. *D. de Vi & vi arm.* Nec ideo actio doli contra parentes instituitur, sed in factum verbis temperanda actio danda est. *h. l.* 11. §. 1. Sed adversus parentum & patronorum heredes actio doli danda est. *l.* 13. *h. t.* nisi agatur ex defuncti parentis aut patroni dolo. *l.* 4. §. 16. *D. de Dol. mal. except.* quanquam sit patris aut patroni persona turpis, filio nihilominus semper honesta & sancta videri debet. *l.* 9. *D. de Obseq. præstand.* Restitutio etiam hodie ex causa ætatis adversus eos, quorum de dolo agere non permittitur h. e. adversus parentes & patronos, non præstatur. *l. fin. C. Qui & adv. qu.* quò respiciunt verba finalia. *l.* 27. §. *fin. D. de Minor. nisi quædam personæ ex speciali lege exceptæ sint.* Quia quodammodo pudor & opinio parentum suggillari videtur, postulata in integrum restitutione. An post *d. l. fin.* etiamnum locum habet restitutio ex causa metus, actio in factum ex dolo contra parentes & patronos? Non videtur. *arg. l. d. l. ult.* ubi abrogatur *d. l.* 11. *h. t. l.* 5. *C. eod.* Neque in *l.* 2. *C. Si adv. rem jud.* postulavit filius in integrum restitutionem adversus patrem, sed conqueritur de facto & iniquitate judicis malè judicantis. Sed liberi adversus

...rsus matrem, quæ secundas nuptias est excculata, restituuntur. *Nov. 155. in pr. & c. 1.* Hodie justis ex causis non improbatur restitutonum usus contra parentes.

XXVIII. *Ad l. 18. in pr.*] In quibusdam ...tionibus arbitrariis, contumacia rei coërcetur ...r æstimationem juratam tantum & principali...r. *l. 68. D. de R. V.* aliquando insuper accedit ...a pœna, veluti quadrupli, quod dixi supr. con...ngere in actione Quod met. causa. ex *l. 14. §. 1.* ... *Quod met. caus.* quam juramentum in litem ...inus principaliter antecedit. *h. l.* sed hoc jura...entum non aliter deferet judex quam si id re...uirat necessitas, & res quadruplanda citra illud ...on satis commode æstimari queat. Actio etiam ...oli est arbitraria, quatenus ab arbitrio judicis ...endet. §. 31. *Inst. de Action.* sed alia ratione, ...uam actio Quod metus causa: Arbitrio judicis ...a restitutio comprehenditur, ut nisi fiat restitu...o, sequatur condemnatio quanti ea res est, seu, ...rout hîc illa verba sumuntur, quanti actor in li...m juraverit. *h. l.*

XXIX. *Ad l. 22.*] Jurisjurandi contempta ...ligio satis Deum ultorem habet, verba sunt, ... 2. C. *de R. C.* Neque tamen inde consequitur, ...erjurium legibus humanis impunitum relinqui; ...fficit, ait IC. in *h. l.* perjurii pœna, perjurus ...stibus castigandus dimittitur in *l. 13. §. fin. D.* ... *Iurejur.* crimen stellionatus committit. *l. fin.* ... *Stellion.* infamis efficitur. *l. 41. C. de Transact.*

ac

ac proinde dignitate privatur. *l. pen. C. de Dignit.* Moribus hodiernis si quis de perjurio legitime convictus fuerit, præter damni & ejus quod interest restitutionem & mulctam arbitrariam priores digiti manus dextræ amputantur. Ref. Velav. *tit.* 4. *art.* 1. ll. Transisul. *p.* 2. *tit.* 20. §. 1. Alibi insuper lingua vel maxilla perforatur. ll. Ruremund. *p.* 6. *tit.* 2. §. 6. *art.* 1. Apud Monachodamenses ex privilegio concesso à Florentio si quis pejuraverit, causa cadit. In Frisia fuit condemnatus in 50. flor. qui suis literis convictus in causa matrimoniali præstito juramento calumniæ factum suum negaverat.

XXX. *Ad l.* 34.] Cui lapidem de suo donationis causa dominus eximere permisit, cum lapis exemptus est, donatio est perfecta, dominium in eum, qui exemit, quodammodo traditione transfertur. *l.* 6. *D. de Donat.* atque ideo actio in rem atque ad exhibendum competit. *l.* 16. *D. de Præscript. verb.* Si nondum exemerit, & sumptus in hanc rem fecerit, nulla alia quam de dolo malo actio locum habebit. *h. l. d. l.* 16. §. 1. Hodie supervacua est actio de dolo, quia donatio perfecta nuda conventione parit condictionem ex *l.* 35. §. 5. *C. de Donat.* Ruremundenses ex placito donationis nullam contra donatorem actionem concedunt. ll. Rurem. *p.* 3. *tit.* 5. §. 1. *art.* 2. & 3.

EXERCITATIO SEXTA,

RESPONDENTE

PETRO à SANEN *Monachodamo-Batav.*

DE MINOR. 25. ANNIS.

I. A*d l.* 1. §. 1. *& fin.*] Quod cum minore viginti quinque annis geſtum eſſe dicetur, uti quæque res erit animadvertam, ait prætor in *h.* §. 1. data extra ordinem reſtitutione minori, qui curatore deſtitutus contraxit. *l.* 3. *C. de In int. reſt. min.* niſi contractus ſit juratus, ſuper quo propter religionem jurisjurandi reſtitutionem minor deſiderat fruſtra. *l.* 1. *& Auth. ſeq. C. Si adv. vendit.* Contra contractum autem ſine curatore, quem habebat, initum, reſtitutio non deſideratur; nam licet puberes ſine curatoribus ſuis ex ſtipulatu obligentur. *l.* 101. *D. de V. O. arg. l.* 20. *D. de R. N. junct. l.* 3. *in pr. D. de O. & A.* hunc tamen contractum ſervari non oportet. h. e. non debet præſtari quod in contractum deductum eſt, ſeu ad ſimilitudinem prodigi alienatio non ſequitur. *d. l.* 3. *C. de In int. reſtit. min.* Prædicta *l.* 1. *cum Auth. ſeq.* expreſſis quarundam civitatum Italiæ ſtatutis abrogatur, neque in Gallia Celtica, neque in noſtro Belgio obſervatur: Imo ſpeciali Ordinum Friſiæ edicto cavetur, ne plus operentur contractus minorum jurati, quam injurati. Ex *d. l.* 3. non

ineptè

ineptè concludunt multi, minoribus invitis non obtrudi curatorem; unde qui alicui præſenti petit curatorem, non aliter audietur, quam ſi adultus conſentiat. *l.* 43. §. 3. *D. de Procurator.* excipiuntur cauſæ judiciales. *l.* 2. *C. Qui legit. perſ. ſtand. in jud.* inviti adoleſcentes curatores non accipiunt, præterquam in litem, verba ſunt §. 2. *Inſt. de Curator.* Quo etiam reſpectu minoribus, quamvis benè rem ſuam gerentibus, non eſt committenda adminiſtratio rei ſuæ *h. §. fin.* Neque raro vocabulum rei pro lite ſumitur, ſic in *l.* 7. *D. de In int. reſtit.* rem amiſiſſe dicitur, qui litem perdidit, & in *l.* 8. §. 1. *D. de Inoffic. teſtam.* per *rem* inofficioſi ordinatam intelligitur *lis* de inofficioſo ordinata. Add. *l.* 3. §. 2. §. *fin. l.* 4. 5. §. 1. *D. de Tutel. l.* 22. §. *pen. D. Rem rat. hab.* Hinc poëta,

Imperium *litem* Venerem cur una notat *res.*

Conſentiunt mores, & ne quidem in cauſis matrimonialibus minorem perſonam ſtandi habere ſupra probavimus.

II. *Ad l.* 2.] Prætor ideo conceſſit minoribus annis 25. auxilium reſtitutionis, quod fragile ſit & infirmum eorum conſilium, & multis captionibus expoſitum *l.* 1. *D. de Minor.* uti ne quidem ob honores liberam bonorum adminiſtrationem conſequantur. *h. l.* Quare etiam minoribus jurisprudentiæ Doctoribus aut Advocatis reſtitutionem in integrum competere ſtatuo, *arg. l.* 1. *C. Qui & adverſus quos.* etiamſi enim

ſcien-

ſcientia legum ſatis ſint inſtructi, facile tamen
falli poſſunt circa factum, cujus interpretatio
plerumque etiam prudentiſſimos fallit. *l. 2. D. de Jur. & fact. ignor.* Quod & in Profeſſore quodam
praxin docuiſſe legi.

III. *Ad l. 3. §. 4. 9. & 10.*] Non ſolis patribusfamiliarum, ſed etiam filiisfamiliarum ſuccurrit prætor *h. §. 4.* quomodo filiusfam. qui caſtrenſe peculium habet, ex his quæ ad caſtrenſe peculium ſpectant, reſtituitur. *h. §. 10.* Cæterum non aliter gaudet reſtitutione, quam ſi ejus interſit, puta ſi ſit obligatus. *h. §. 4.* ſi non ſit obligatus, reſtitutionem non habet, qui enim communi auxilio & mero jure munitus eſt, ei non tribuitur auxilium extraordinarium. *l. 16. in pr. D. h. t.* veluti ſi mandato patris res adminiſtraverit. *l. 23. D. eod.* Et ſi ita juſſu patris obligatus ſit, pater utique in ſolidum convenietur. *h. §. 4.* Sed ex quibus cauſis in re peculiari filiifam. reſtituuntur, parens quaſi heres nomine filii poſt obitum ejus impetrabit cognitionem prætoris. *h. §. 9.* Quod ſi patris bona propter debitum à fiſco occupata ſunt, peculium profectitium filio ex conſtitutione Claudii ſeparatur. *h. §. 4. in fin.* Et ſi propter delictum, deportatione ſui juris effectus fuerit filius, actione de peculio intra annum fiſcus tenebitur. *l. 1. §. 4. D. Quand. de pecul. act. ann.*

IV. *Ad §. 5.*] Dos, quæ datur marito à non domino, transfert in eum conditionem uſucapiendi.

piendi. *tot. tit. D. Pro dot.* & ſi ante completa[m]
uſucapionem exciderit poſſeſſione dotis, hab[et]
Publicianam actionem. *l. 3. D. de Publician.*
rem act. §. 4. Inſt. de Action. quæ igitur dos tra[…]
ditur à vero rei domino, transfert in eunde[m]
verum dominium, *arg. l. 74. D. Contrah. emp*[…]
quo reſpectu dos eſt juſta cauſa, ex qua per tradi[…]
tionem dominium juris gentium tranſeat. §. 4[…]
Inſt. de R. D. & A. R. d. pr. Inſt. Quib. alien. li[…]
vel. non. l. 23. C. d. I. D. l. 13. §. 2. D. de Fun[…]
dat l. 21. §. 4. D. Ad municipal. Ideoque co[n]
ſtante matrimonio dotalem ancillam uxor vi[n]
dicare non poteſt. *l. 9. C. de R. V.* Maritus, q[…]
eſt ſolvendo, ſervum dotalem manumittit. *l.* 2[…]
D. de Manumiſſ. l. 3. C. de I. D. l. 1. C. de ſer[…]
pign. dat. manum. & ſervus dotalis ab aliquo her[e]
inſtitutus adire vel repudiare hereditatem deb[et]
juſſu mariti, ut domini. *l. 58. D. Solut. matri*[…]
Cæterum dominium hoc eſt temporale, atq[ue]
ſoluto matrimonio à marito reſtituendum, un[…]
dos proprium patrimonium filiæ dicitur. *h.* […]
in bonis uxoris eſt, ſecundum *l. 4. D. de Colla*[…]
naturale dominium remanſit penes uxorem.
30. *C. de I. D.* dos mulieris eſt. *l. 71. D. de Evic*[…]
præſtat maritus eandem in rebus dotalibus cu[l]
pam quam in ſuis. *l. 17. D. de I. D. l. 66. D. So*[…]
matr. ſævitia mariti in rebus alienis h. e. in dot[a]
libus, coërcenda eſt. *l. 24. §. 5. in fin. D. eo*
theſaurus inventus in fundo dotali quaſi in alie[n]
pro parte dimidia eſt reſtituendus uxori. *l. 7.*
12.

12. *in fin. D. d. t.* Domina igitur manſit uxor matrimonio conſtante, quemadmodum dominus, ex cujus materia alius ædificavit, ædificio durante dominus eſſe non deſinit, *l.* 7. §. 10. *D. de A. R. D.* Moribus propter communionem bonorum hæc ſubtilitas exiguum uſum habet.

V. *Ad l.* 7. §. 2.] Solutio facta minori non liberat debitorem, cui adverſus eam reſtitutio datur, niſi curator interveniat, atque conſenſum interponat, vel ex decreto prætoris pecunia ſolvatur minori. *h.* §. Interdum tamen per cauſæ cognitionem reſtitutionis beneficium adverſus ſolutionem implorat minor. *l.* 1. *C. Si adverſ. ſolut.* Imò ex Juſtin. Conſtitutione in *l.* 25. *C. de Admin. tut.* §. *fin. Inſt. Quib. alien. lic.* pleniſſimam demum ſecuritatem conſequitur debitor, quando ſolutio eſt facta ſententia judiciali interveniente. Imo debitores liberantur ipſo jure, nec iterum debent conveniri, etiamſi adoleſcens malè pecunias conſumpſerit, ſi hic falsò probaverit ætatem perfectam apud præſidem provinciæ, & debitores decreto præſidis crediderint. *l.* 32. *D. h. t.* cujusmodi ætatum probatio causâ cognitâ examinari ſolet. *l.* 13. *D. de Probat.* In *h.* §. depoſitio pecuniæ comparatur ſolutioni, ſola oblatio non ſufficit, ſed requiritur obſignatio ſolennis, quam præcedit oblatio realis totius debiti, facta teſtatò opportuno loco & tempore, ac conſequitur depoſitio, ut pecunia ita oblata & obſignata deponatur in loco aliquo publico,

uti *h.* §. in æde sacra, vel quo judex voluerit. *l.* 9. C. *de Solut.* *l.* 17. C. *de Usur.* Add. quæ dicentur infr. *ad l.* 7. D. *de Usur.*

VI. *Ad l.* 8. 9. §. 2. *& l.* 37. §. 1.] Contra minores indefensos aut curatorem non habentes propositum edictum peremptorium nihil momenti habet. *l.* 54. D. *de Rejud.* neque sententia contra eum ferenda est. *l.* 45. §. *fin.* D. *eod.* At minor legitimè citatus si quasi contumax condemnatus sit, forte ob absentiam, ob quam potuit carere dolo, restitutionis auxilium non amittit. *h. l.* Idem est quando delictum non ex animo, sed extra venit. *l.* 1. C. *Si advers. del.* veluti si mater minor filiis tutorem ætatis lubrico lapsa non petierit, *l.* 2. C. *eod.* Contra dolum autem verum non restituitur minor, sive agatur de delicto minori. *h. l.* 9. §. 2. sive etiam majori. *h. l.* 37. §. 1. Quæstio diversa est, an ob ætatem minori pœna sit mitiganda? Ad quam Resp. non semper in delictis utique atrocioribus pœnam mitigari, nisi quatenus interdum miseratio ætatis ob graves circumstatias ad mitiorem pœnam Judicem produxerit. *d. l.* 37. §. 1. Cui convenienter Senatus Frisiæ, homicidam minorem morte punivit, alium fustibus cæsum per plures annos ad opus publicum condemnavit.

VII. *Ad l.* 11. §. *pen.*] Quando concurrunt duo diverso genere & conditione privilegiati, privilegium infirmius cedit fortiori, ita exceptio SCti Macedoniani cedit beneficio restitutionis. *h. l.*

h. l. §. fin. Eadem hîc eſt ratio SCti Vellejani, ſi ſolvendo non inveniatur prior debitor. *l.* 12. *D. h. t.* Quoties autem concurrunt duo privilegiati, qui in privilegiis ſunt pares, mutuo concurſu impediuntur, privilegia confunduntur & pro privilegiatis non habentur, ita minor adverſus minorem petens reſtitutionem non eſt audiendus. *h. §.* ſi minor filiof. minori pecuniam crediderit, potior eſt cauſa conſumentis. *l.* 34. *D. h. t.* ex vulgata regula, Privilegiatus contra æque privilegiatum non fruitur privilegio, quæ & in Praxi obſervatur.

VIII. *Ad l. 13. in pr.*] Non ſolum minoribus, verum ſucceſſoribus quoque minorum univerſalibus datur in integrum reſtitutio, etſi ſint ipſi majores, *l.* 18. *§. fin. D. h. t.* ſed ex perſona defuncti intra tempus legitimum, unde minor annis 25. ſi ſuccedat majori tam ex ſua quam defuncti perſona reſtitutionem habet, ut poſt annum vigeſimum quintum tempus legitimum ſuperſit, intra quod defunctus reſtitui potuiſſet. *l.* 19. *D. eod.* Imò ex ceſſione beneficio quoque reſtitutionis gaudent ſucceſſores particulares. *l.* 24. *in pr. D. d. t.* Qui pro minore, circumſcripto dolo adverſarii, fidejuſſit, ei citra ullum beneficium ſpeciale reſtitutionis exceptio doli accommodatur. *l.* 7. *D. de Exept.* ſi minor ſit lapſus ætatis lubrico, citra reſtitutionem fidejuſſor ex ſua perſona obnoxius erit contractui. *l.* 2. *C. de Fidejuſſ. minor.* neque igitur huc perti-

net regula, qua principali obligatione ſubmota etiam tolluntur acceſſoria. *l.* 129. §. 1. *D.de R.I.* quia hîc principalis debitor ipſo jure obligatus manet. Add. *l.* 40. D. *de* R. C. Cæterum hoc caſu ex cauſæ cognitione interdum aliter pronuntiabit prætor. *h. l.* veluti, ſi alia ratione poſſit conſuli creditori, quando actori contra principalem reum actio ſalva manet. *l.* 51. *D. de Procurator. l.* 89. *D. de A. H.* vel ſi fidejuſſor ignoraverit, eum, pro quo fidejuſſit, minorem eſſe. *l.* 48. §. 1. *D. de Fidejuſſ.*

IX. *Ad l.* 16. *§. pen.*] Licet naturaliter (non tamen jure naturali, quod æquum & bonum eſt) contrahentibus in pretio ſe circumvenire, modò ſit ſine dolo, fraude, & malis artibus, uno verbo εὐφυῶς. *h.* §. *l.* 22. §. *fin. & l. ſeq.* D. *de Locat.* quod reſtringitur, ut hæc circumſcriptio toleretur uſque ad dimidium juſti pretii, quod ſi egrediatur, agitur adverſus emptorem, vel ut reſtituto pretio fundus recipiatur, vel, quod deeſt, juſto pretio ſuppleatur. *l.* 2. & 8. C. *de Reſcind. vend.* Hoc remedium *d. l.* 2. ob eandem humanitatis rationem locum habet in emptore, in locatione, conductione, permutatione, in ſolutum datione, diviſione rerum. Add. *l.* 1. & 3. C. *Commun. utr. jud. l.* 4. C. *de Evict.* Verum in vendita hereditate propter incertitudinem pretii hereditatis id beneficium locum non obtinere judicavit Friſiæ Senatus. Idem ſtatuendum eſt de captu piſcium, ut etſi nihil captum ſit, pretium

ven-

venditori debeatur. *l.* 8. *§.* 1. *D. de Contrah. empt.* *l.* 7. *D. de Her. vel act. vend. l.* 11. §. *fin. D. de A. E.* Ideoque nec prætextu læſionis emptori ſuccurritur, *arg. l.* 8. *C. de Reſcind. vendit.* An & in tranſactione locum obtineat, dicetur in *l.* 78. §. *fin. D. Ad SC. Treb.* Venditor autem ita læſus non juvabitur extraordinario reſtitutionis beneficio, ſed ordinaria actione ex vendito. *arg. l.* 2. *C. de A. E.* atque ideo iſti remedio non præſcribitur quadriennio continuo, ſed triginta annis. *l.* 3. & 4. *C. de Præſcript.* 30. *ann.* Sententiam hanc pronunciando ſecutus eſt Senatus Friſiæ. Aliud invenire licet in legibus Tranſiſalaniæ. *p.* 2. *tit.* 8. *§.* 15. ubi circa res mobiles annus, circa immobiles quadriennium conceditur, Belgarum Principes decennium hujus actionis excluſioni præſtituerunt.

X. *Ad* §. *fin.*] Reſtitutiones, quæ damnatos eximunt à pœna, concedit Princeps vel Senatus. *l.* 1. §. *pen. D. de Poſtul.* qui autem ætatis lubrico lapſi & circumſcripti ſunt, iis, licet interdum actionem impetrent, *l.* 13. §. 1. *D. h. t.* extra ordinem nulla data actione, ſed cognitione prætoria ſubvenit prætor. *l.* 24. §. *ult. D. eod.* vel etiam præfectus urbi, vel alii magiſtratus. *h. §.* Hîc vocabulo magiſtratus intelliguntur majores, non etiam municipales magiſtratus, quæ enim ſunt magis imperii, h. e. quæ poteſtatem magiſtratus majorem, excellentiorem & auguſtiorem requirunt (veluti eſt reſtituere in inte-

grum) quam jurisdictionis, ea magistratus municipalis facere nequit. *l. 26. in pr. & §. 1. D. Ad municip.* ne quidem hodie post *l. ult. C. Vbi & ap. quem cogn.* qua restitutiones ex causa ætatis sunt factæ juris ordinarii, ut & hîc in integrum restituant, qui jurisdictionem proprio jure ceu ordinariam habent, & qui ab iis dati sunt judices, ubi tamen per judices datos improprie intelliguntur ii quibus est mandata jurisdictio, cui similis est judex datus à Principe, qui si aliquem cognoscere jusserit de uno negotio, atque ita judicem dederit, non nudam notionem ei concedit, sed jurisdictionem mandatam. *l. un. C. Qui pro sua jurisd. l. 5. C. de Iudic.* qui etiam sententiam suam exequi potest. *arg. dd. text. junct. l. 3. D. de Iurisd. & l. 15. in pr. D. de Re jud.* Jus in integrum restituendi non habet χαμαιδικαστὴς, judex pedaneus, qui à prætore, præside, præfecto urbi, aut ab aliis magistratibus dabatur, quique ne quidem mandatam jurisdictionem aut forum proprium habuit, sed notionem tantum, & audientiam & judicandi facultatem. *d. l. 15. D. de Re jud.* Eadem hîc est ratio judicum compromissariorum. *d. l. ult. C. Vbi & ap. quem.* de Moribus hodiernis dixi supra *ad l. 1. §. 8. D. de Postul.*

XI. *Ad l. 24. §. 2.*] Minorem contra aditionem hereditatis etiam rebus hereditariis distractis restituendum esse non immerito placuit Senatui Frisiæ, *arg. §. 5. Instit. de Her. qual. & diff.*

Inte-

Integri quidem *reſtitutio plus quam ſemel decer-nenda non eſt*, verba ſunt Pauli 1. *Recept. ſent. tit.* 7. §. 2. & reſtitutio in integrum plus quam ſe-mel poſtulari nequit. *l.* 1. *&* 2. *C. Si ſæp. in int. reſt. poſtul.* ut cui reſtitutio in integrum ſemel ne-gata eſt, in eadem cauſa ſe iterum reſtitui fruſtra deſideret; Sed minor audiendus eſt, ſi in eadem cauſa bis reſtitutionem petat, nam impetrata re-ſtitutione contra aditionem hereditatis, quam ipſe minor adierat, reſtitui poteſt, ut iterum eandem adeat. *arg. l.* 7. §. 9. *D. h. t.* quamvis ſpeciali ratione filius, quando pater pro eo adi-vit hereditatem, non audiatur, potens ſe reſtitui, ut hereditatem à patre repudiatam adeat. *l. ult.* §. *fin. verſ. non autem. C. de Bon. quæ lib.* Si quis autem minor omiſerit vel repudiaverit heredita-tem, ſi quidem bona hereditaria jam ſint diſtra-cta, non eſt audiendus. *h.* §. 2. Excipitur hodie ſuus heres minor, qui etiam diſtractis rebus re-ſtituitur. *l. ult. C. de Repud. her.*

XII. *Ad l.* 27. §. 2. *& l. ult.*] Minore, qui pro alio novandi animo intercesſerat, reſtituto, reſtituitur creditori actio temporalis in veterem debitorem in eo ſtatu, in quo tempore novatio-nis fuit, pignus etiam, quod dederat debitor, ob-ligatum manet. *h. l. ult.* ſi & in pignus antece-dens actio reſtituta fuerit *h.* §. 2. novatione enim legitimè facta pignora liberantur. *l.* 18. *D. de Novat.* aliud obtinet in muliere, quæ ſi pro eo, qui temporali actione tenebatur, interceſſit,

temporalis quidem actio creditori restituitur, sed ita, ut post restitutionem etiam tempora continua ex causa præcedenti numerentur. h. e. ut cursus actionis non interrumpatur. *l.* 24. §. *ult.* D. *Ad SC. Vell.*

XIII. *Ad l.* 28.] Cum minori adversus tutorem, cum quo egerat, judicium tutelæ directum restituitur, non ideo tutori judicium tutelæ contrarium, quod priori non cohæret, neque cum eo communionem habet, restituendum est. *h. l.* ubi autem per conventionem aliquam cum minore initam alterius jus vel actio sublata est, si minor adversus eam conventionem restituatur, etiam alteri jus, quod ei ante competiit, restituitur. Quomodo si quando minor restituitur adversus transactionem, restitutio quoque ejus prodest parti adversæ, ut exerceat pristinam actionem, perinde atque si nulla transactio intervenisset. *l.* 24. §. 4. D. *h. t. l.* 1. *&* 2. C. *Si adv. transact.*

XIV. *Ad l.* 39.] Appellatio conceditur à sententia definitiva. *l.* 21. C. *de Appell.* ab interlocutoria non item. *l.* 7. C. *Quor. appell.* nisi quatenus vim habet definitivæ, totumque negotium perimit, ac continet damnum irreparabile. *h. l.* ubi hæc verba, *dicta pro ætate sententia adversarii, ut impedirent cognitionem præsidis, ad Imperatorem appellaverunt*, manifeste probant, appellationem ab interlocutoria interpositam, effectum inducere suspensivum ut loqui amant DD. add. *l.* 2. D.

de

de Appell. recip. Concord. Jus Transiſulaniæ. *p.* 1. *tit.* 19. §. 2. quod etiam ſequitur Camera Spirenſis. Jure Canonico ab interlocutoria ut & à quovis gravamine appellatio conceditur. *c.* 12. *X. de Appellat. c.* 3. *eod. in* 6. Verùm Concilium Tridentinum id mutavit, atque ſecundum normam juris civilis appellationem conceſſit. *Seſſ.* 24. *c.* 20. *de Reformat. & ſeſſ.* 13. *c.* 1. *de Reformat.*

XV. *Ad l.* 42.] Præfectus prætorio etiam ex ſua ſententia in integrum reſtituere poteſt. *l.* 17. *D. h. t.* à cujus tamen ſententia appellatio non conceditur. *l. un. C. de Sentent. præfect. prætor.* Præſes quoque provinciæ minores in integrum reſtituit contra ſuam & deceſſoris ſui ſententiam, & quod appellatio interpoſita præſtat majoribus, hoc beneficio reſtitutionis conſequuntur minores. *h. l. l.* 17. *D. eod.* Actorum item verba tenore ſententiæ perſeverante emendare non eſt prohibitum. *l.* 46. *D. de Re jud.* ſupplere poteſt prætor quædam, quæ deſunt priori ſententiæ. *l.* 42. *D. eod.* ſententiam etiam interlocutoriam mutare licet. *l.* 14. *D. d. t. c. cum ceſſante. X. de Appellat.* quod ſervant mores. Definitivam ſententiam à ſe latam prætor revocare, reſcindere, aut mutare non poteſt. *l.* 14. *D. de Re jud.* Judex qui perperam judicavit; ſemel pluris vel minoris condemnavit, eodem die iterum judicare, aut ſententiam ſuam amplius corrigere nequit. *l.* 55. *&* 62. *D. eod.*

XVI. *Ad l. 45.*] Contra pupillum non currit usucapio, nec præscriptio. *l. 48. in fin. pr. D. de A. R. D.* ne quidem tricennalis. *l. 3. C. de Præscript. 30. ann.* Si tamen res pupilli validè alienata fuerit, fortè, quia prætoris decretum antecessit, vel res sine decreto alienari potuit. *l. 22. C. de Admin. tut.* usucapio locum habebit, sed si per contractum læsus sit, restituetur; sic usucapio cæpta adversus defunctum, qui posthumum heredem reliquit, impleri potest, prius, quam posthumus nascatur, & heres existat. *h. l.* Adversus puberem 25. annis minorem usucapio olim currebat, sed contra eam restitutionis auxilium decernebatur. *l. un. C. advers. usucap.* Quædam præscriptiones, ut bidui aut tridui, quod appellationi interponendæ præfigebatur, salva restitutione adversus minorem currebant, non etiam præscriptio quinquennii, quæ in inofficiosi testamenti querela locum obtinet. *l. 2. C. In quib. caus. in int. restit. necess. non est.* neque etiam præscriptio longi temporis minoribus objicitur. *l. 3. C. Quib. non objic. long. temp. præscript.* Ac hodie generaliter non amplius præscriptiones temporales contra minores currunt, ut nec indigeant restitutione. *l. fin. C. In quib. caus. in int. restit. non est necess.* quâ derogatur *l. 38. D. h. t.* Præscriptio autem longissimi temporis cum effectu etiam citra beneficium restitutionis contra minores locum obtinet. *d. l. 3. C. de Præscript. 30. ann.* Moribus patriæ sublata est pupillaris & mino-

no-

norennis ætatis differentia, & confunditur tutela cum curatione, atque ideo contra masculos minores 20. & fœminas minores 18. annis omnis præscriptio dormit. Ref. Velav. *tit.* 15. §. *ult.* ll. Municip. Zutphan. *tit.* 14. §. 3. Apud Ruremundenses tamen præscriptio trientis seculi, *de verjaringhe van't derdendeel van hondert jaren*, contra minores currit, modo masculus excesserit annum 14. fœmina annum 12. ll. Rurem. *p.* 3. *tit.* 4. §. 1. *art.* 3. & 4.

De Capite minutis.

XVII. *Ad l.* 3. §. 1.] Capitis diminutio contingit salvo statu. *l.* 1. §. 8. *D. Ad SC. Tertul.* h. e. salvâ civitate *l.* 2. *D. h. t.* unde si quis minor 25. annis in adrogatione se circumventum dicat, etiam contra patrem adrogatorem restituitur. *l.* 3. §. 6. *D. de Minor.* sed cum status libertatis vel civitatis amittitur, res restitutionem non capit. *l.* 9. §. 4. *D. eod.* Minima capitis diminutio emancipato filio manifestè accidit, cum emancipari nemo possit, nisi in imaginariam & servilem causam deducatur. *h.* §. interveniebant enim imaginariæ venditiones, mancipationes figuratæ, solennes circumductiones, injuriosa raphismata. *l. ult. C. de Emancip. liber.* Licet autem per eam *l.* sint sublata hæc solennia, etiamnum tamen hodie emancipatio χειραφεσία, ἐξοικείωσις, est capitis diminutio; qui enim hodie emancipatur, priorem statum mutat, resolvitur potestas

patria,

Patria, ut filius sit suæ potestatis αὐτεξούσιος, *arg. pr. & §. 3. Inst. de Cap. dimin. l. ult. D. eod.* sed quando pater sive avus, non etiam mater, filium vel nepotem consentientem coram magistratu competenti, penes quem est plena legis actio, à sua manu dimittit. *d. l. ult. §. 6. Inst. Quib. mod. jus patr. potest solv.* add. ll. Ruremund. *p. 1. tit. 3. §. 1. art. 4. & seqq.* Moribus etiam liberi à matribus emancipari solent. ll. Antwerp. *tit. 44. §. 1. & 2.* Moribus item hodiernis, per separatam habitationem, filii tacitè emancipati esse intelliguntur. ll. Antwerp. *tit. 43. §. 73.* quamvis aliud placuerit Senatui Frisiæ; si pater diu passus sit, filium tanquam patrem familias separatim rationes instituere, aut seorsim vivere, aut matris bona per eos administrari, qui in testamento matris tutores nominati fuerunt, præses provinciæ æstimabit, an patrem audire debeat. *l. 1. C. de Patr. potest.* Hâc occasione quæro, an per matrimonium filius emancipetur? Neg. *l. 20. D. Ad l. Iul. de adult. l. 7. C. de Nupt. l. 12. C. de Collat.* Moribus hodiernis per nuptias eximuntur potestati patris. ll. Rurem. *d. §. 1. art. 1.* Ordin. Frisic. *lib. 1. tit. 6. art. un.* uti nec filia maritata post mortem mariti in eandem recidat. arg. *l. ult. D. de His qui sunt sui vel alien. jur.* Concordant mores. ll. Rurem. *d. l. art. 2.*

Ex

EX QUIB. CAUS. MAIOR.

XVIII. *Ad l. 1. in fin. l. 26. §. fin. & l. 39.*] Actione rescissoria, seu restitutoria succurritur ex præsentibus contra absentes quoscunque, & contra præsentes absentibus Reip. causa. *h. l.* 1. Imò succurritur etiam illis, qui pro sua civitate legatione functi sunt, sive reliquerint procuratorem, sive non. *h. l.* 26. §. *fin.* Sed contra absentem rei publicæ causa præsens restitui volens non auditur, si absens reliquerit procuratorem, à quo potuit defendi, quem si præsens non convenerit, sibi imputare debet *h. l.* 39. Additur in *fin. h. l.* 1. clausula generalis, *si qua justa mihi causa videtur*, per quam intelliguntur aliæ justæ absentiæ causæ, & generaliter quotiescunque quis ex necessitate non ex voluntate abfuit, subveniendum ei dici oportet. *d.* §. *fin.* Imò & ei qui ex causa probabili, veluti propter studia abfuit, causâ cognitâ succurritur. *l.* 28. *h. t.* quomodo & mercator, licet etiam sui lucri causa absit, per absentiam læsus restituendus est, *arg. d. l.* 28. & 13. §. 2. *D. h. t.* Non tamen huc pertinet ignorantia justa, ut multi contendunt; Sed propter eam contra præscriptionem restitutionem dari nego, ne penitus universa præscriptionum jura evertantur; & quæ lex certum definit tempus inquirendæ rei aut inquirendi in rem, & post illud dominum excludit, simul hoc ipso arguit in genere & in thesi domini negligentiam, cui si

nihilo-

nihilominus ſubveniret, ſibi contradiceret; unde nullam ſcientiam vel ignorantiam expectandam eſſe docet Imp. *in l. fin. in fin. C. de Long. temp. præſcript.* add. *l. 3. C. de Præſcript. 30. ann. l. fin. C. de Fund. patrimon. lib.* 11. Atque ideo Senatus Sabaudiæ contra præſcriptionem 40. annor. denegavit reſtitutionem.

XIX. *Ad l. 19. & 30.*] Poſſeſſio plurimum facti habet. *h. l.* quatenus citra naturalem & corporalem apprehenſionem non acquiritur. *l. 8. D. de A. P.* quatenus confertur cum dominio, quatenus eſt detentio. *l. 115. D. de V. S.* quomodo dominium cœpit ex naturali poſſeſſione. *l. 1. §. 1. D. de A. P.* & in adquirendo dominio juris gentium exigitur apprehenſio corporalis, & ut vacua poſſeſſio transferatur in accipientem. *l. 13. C. de Diſtract. pign.* Imò poſſeſſio eſt facti & animi. *l. 1. §. 15. D. Si is qui teſtam. lib. eſſ. juſſ.* & plurimum ex jure mutuatur. *l. 49. in pr. D. de A. P.* quà acquiſita animo retinetur. *§. 5. Inſt. de Interdict.* quà etiam ignorantes per procuratorem eam acquirimus *d. l. 49. §. fin.* quod quomodo ſit intelligendum, infra explicabitur, Unde licet in ſuos heredes dominium ipſo jure continuetur. *l. 11. D. de Liber. & poſth.* poſſeſſio tamen non niſi naturaliter comprehenſa ad eoſdem pertinet. *l. 23. D. de A. P.* quod autem *h. l.* poſſeſſio quaſi juncta dicitur tranſire in heredes, hoc de uſucapione exaudiendum eſt, quæ etiam à defuncto cœpta ante aditam hereditatem complebitur.

ur. *l.* 40. *D. de Vsucap.* ſed hoc jure ſingulari re-
ceptum eſt. *l.* 44. §. 3. *D. eod.* & eodem ſenſu
lutina poſſeſſio, h. e. uſucapio, quæ prodeſſe
cœperat defuncto, & heredi & bonorum poſſeſ-
ſori continuatur. §. 12. *Inſt. de Vſucap.* Poſſeſſio
quidem naturalis penes filium fuit vivo patre,
ad rerum à patre donatarum. *l.* 2. §. 1. *verſ. fi-
num. D. Pro hered.* In Praxi regula *d. l.* 23. in de-
ſuetudinem abiit, in momento mortis defuncti
inveſtitur proximus heres, juxta vulgatum *den
doode erft den levende.*

DE ALIENAT. JUDIC. MUTAND.

XX. *Ad l.* 3. §. *ult.*] Ex edicto de alienatione
judicii mutandi cauſa facta datur reſtitutio. *l. un.
. eod.* quæ non reſcindit quod geſtum eſt, ſed
actori concedit actionem in factum contra alie-
nantem, (contra quem jure civili actio directa
non competebat,) ad id quod intereſt. *l.* 1. §. 1.
. *d. t.* Is quoque in quem res eſt alienata, dire-
ctâ rei vindicatione conveniri poteſt. *d. l. un.*
Non igitur alienatio judicii mutandi cauſa facta
propriè loquendo eſt cauſa in integrum reſtitu-
tionis, vid. *l.* 16. *D. de Minor.* Et licet herede
inſtituto fiat alienatio per univerſitatem ἐνόμα-
. *l.* 1. *D. de Fund. dotal. l.* 62. *D. de A. R. D.* ſi
quis tamen heredem inſtituerit, non compre-
henditur hoc edicto. *l.* 8. *D. h. t.* Cum hoc judi-
cio extraordinario concurrit actio utilis in rem;
qui enim etiam ante litem conteſtatam rem dolo
deſiit

desiit possidere, tenetur actione in rem. *l.* 27. §. 3. *& l.* 36. *D. de R.V.* & ut possessor condemnandus est. *l.* 25. §. 8. *D. de Petit. her.* Add. *l.* 150. *D. de* R.I. sed si, adversus quem actio in factum competit, paratus sit, utile judicium pati, perinde ac si possideret, denegabitur adversus eum ex edicto prætoris actio in factum. *h.* §. Interim ab eo, in quem res alienatæ sunt, usucapio, quæ forte ab alienante bona fide fuit inchoata, complebitur, *l.* 4. *in pr. D. h. t.*

DE RECEPT. QUI ARBITR. RECEP.

XXI. *Ad l.* 1. *&* 32. *§.* 14.] Compromissa ad similitudinem judiciorum rediguntur, quod ad processum judiciarium. *h. l.* v. g. uti magistratus suspectus recusari potest. *Nov.* 96. C. 2. *& Nov.* 53. *c.* 3. ita & arbiter receptus, compromissarius, *διαιτητὴς αἱρετὸς*, ex compromisso partium ad finiendas lites electus, si manifesta ejus sordes ac turpitudo sit; si excipiatur de pecunia quomodocunque accepta, ne parti præjudicium generetur, non coget Prætor sententiam dicere. *l.* 9. §. 3. *D. h. t.* sed si arbitro talis exceptio non opponatur, forte, quod partes ei confidant, prætor causa cognita interponet suas partes, ut officium quod suscepit impleat. *l.* 3. §. 2. *in fin. D. eod.* Add. *l.* 13. §. 3. *l.* 20. *D. d. t. cum simill.* Cæterum non per omnia arbitria comparantur judiciis. Apud arbitrum enim non est necessaria litis contesta-

ſtatio, *arg. l. un. C. de Lit. conteſtat.* nec datur
compromiſſo exceptio litis pendentiæ, ut lo-
untur. *l. 30. D. h. t.* neque coram arbitro in-
ituitur mutua petitio ſeu reconventio, *arg. l.*
. §. *6. & l. 32.* §. *15. D. d. t.* condemnatus ab
bitro non efficitur infamis *l. 13.* §. *5. D. de His
i not. inf.* neque ex ſententia arbitri oritur actio
dicati, niſi litigatores ſententiæ ſubſcripſerint,
t ſilentio decem dierum comprobaverint. *l. 1.
pen. C. h. t.* Nec etiam exceptio rei judicatæ
ſcitur ex compromiſſo. *l. 2. D. eod.* Sed datur
ceptio pacti, ſi compromiſſum nudo pacto ſit
onſtitutum. *l. 11.* §. *3. D. d. t.* Neque tandem
ſententia arbitri compromiſſarii datur appella-
o. *d. l. 1.* Si tamen arbiter manifeſtè inimicus,
ſtationibus conventus, ne diceret ſententiam,
hilominus dicere perſeveraverit, petitioni pœ-
e exceptio doli obſtabit, per quam, licet non
ppelletur, inducitur quod ad effectum quædam
ppellandi ſpecies *h.* §. *14.* In Francia eandem
n, quam judicum ſententiæ, obtinent arbitro-
um lauda: Sed appellatio non ſuſpendit judi-
tum, quod per apparitores pendente appella-
one executioni mandatur, & cauſa appellatio-
s peragenda eſt apud magiſtratus præſidiales,
l in Senatu. In Friſia reductiones uſum habe-
frequentiſſimum obſervavi, & apud ſupre-
am Curiam ſunt petendæ intra decem dies, at-
ue effectum ſortiuntur ſuſpenſivum, uti interim
ecutio laudi impediatur, exemplo appellatio-

L nis.

nis. *l. un. D. Nihil innov. pendent. appell.* vid. quæ ſupra ſunt dicta *Exerc. 2. n. 26.*

XXII. *Ad l. 17. & 27. §. 3.*] Si plures ſint arbitri, omnes ſimul debent cognoſcere *h. l.* 17. §. 2. duo non poſſunt abſente uno, etiamſi ille ſit vocatus, potuit abſentis præſentia trahere eos in ejus ſententiam. *ead. l. §. fin.* Sed jure Canonico major pars recte fert ſententiam, licet reliqui non adſint, modo tamen ſint vocati. *c. 2. de Arbitr. in 6.* ſi omnes ſint præſentes, arbitrio partis majoris ſtabitur. *d. l. 17. §. pen.* Si in duos ſit compromiſſum, quatenus circa tertium eligendum conſentiunt, compromiſſum valet, ſi diſſentiant, ex ſe non valet. *d. l. §. 5.* ſed ſuſtinebitur interveniente auctoritate prætoris, qui eos coget, ut tertium eligant. *d. §. pen.* Hodiè nihil frequentius eſt, quam in duos compromittere cum poteſtate tertium adſumendi, quem ſuperarbitrum vocare ſolent. Si plures arbitri fuerint, & diverſas ſententias dixerint, licebit ſententiæ eorum non ſtari; ſed ſi ex tribus arbitris unus quindecim, alius decem, tertius quinque condemnent, quinque præſtari debent, quia, ex ſententia IC. in *h. §. 3.* in hanc ſummam omnes conſentiunt. Sed moribus hoc heurematicum negant obtinere, nullasque ſententias eſſe arbitrorum. Alibi ad componendas arbitrorum ſententias & lites expediendas mediæ ſententiæ ſtatur: ſed cum mores, alibi arbitria valde ſint enervata, facilè ex hac cauſa reductioni locus dabitur.

bitur. Atque hîc iterum arbitria à judiciis distinguuntur; si enim inter pares numero judices competentes dissonæ sententiæ proferantur, valebit favorabilior, vel quæ prospicit reo. *l.* 38. *D. de Rejud.* Quod si duo judices dati, seu pedanei diversas sententias dederint, utraque sententia est in suspenso, donec competens judex seu magistratus ordinarius unam earum confirmaverit. *l.* 28. *D. eod.*

XXIII. *Ad l.* 19.] Non pertinet ad prætorem qualem sententiam ferat arbiter, dummodo dicat, quod sibi videtur, neque si insertum sit compromisso, ut arbiter, cui libera facultas pronunciandi relinqui debet, sententiam certam dicat, arbitrium sustinetur. *h. l.* arbiter non est, qui arbitrio suo non pronuntiat, *Arbitri libera est & nullis adstricta vinculis religio, non prout lex, sed prout humanitas impulit, &c.* neque talis pronuntiatio ullam adfert utilitatem, quia non datur actio judicati. *l.* 1. *C. de Recept. arbitr.* Sed si ita sit compromissum, ut consilio alterius arbiter pronuntiet, non vitiabitur compromissum tale, quo libera facultas pronuntiandi non aufertur. *c. cum olim.* 7. *Extr. de Arbitr.* Diversum hic etiam obtinet in judice, qui, si convenerit inter litigantes, quid pronuntiari debeat, sententiam hujusmodi proferet. *l.* 26. *D. de Rejudic.* Exempla occurrunt in *l.* 49. *D. de Pact. l.* 13. *&* 21. *D. Commun. divid.*

XXIV. *Ad l.* 27. §. 4. *& l.* 39.] Arbiter

præſentibus litigatoribus ſententiam dicere debet, ſi quis ex litigatoribus adeſſe juſſus etiam contumaciter defuerit, pœna committitur, niſi in compromiſſo ſpecialiter expreſſum ſit, ut uno vel utroque abſente ſententia feratur. *h.* §.4. An arbiter contumacem punire poteſt? Aff. jubendo adverſario pecuniam dari. *h. l.* 39. quæ tamen pœna pecuniaria eſt inſtar mulctæ, ſed adverſario, non fiſco, applicatur, neque præciſe exigitur, verum, qui arbitro non paret, in pœnam compromiſſo comprehenſam tenetur, proprie non eſt mulcta (quæ fiſco addicitur, & olim populo. *l.* 5. C. *de Mod. mulct.*) non enim arbitris, ſed jus mulctæ dicendæ competit his, quibus publicè judicium & non aliis, niſi eis ſpecialiter permiſſum eſt. *l.* 2. §. *fin.* D. *de Iudic.* item, mulctam dicere is poteſt, cui judicatio data eſt, magiſtratuſque ſolos & provinciarum præſides poſſe mulctam dicere, mandatis permiſſum eſt, verba ſunt *l.* 231. *D. de V. S.*

XXV. *Ad l.* 32. §. 6. & 7.] Super famoſo edicto, vel de ea re de qua publicum judicium conſtitutum eſt in arbitrum compromitti nequit. *h.* §. 6. Idem dicitur de actionibus popularibus. *h.* §. 7. Quod autem ex *d.* §. 6. de famoſis delictis aſſeritur, hoc, ut docent ſubjecta exempla, exaudiendum eſt de publicis delictis, quibus per ſtipulationem pœnalem condigna irrogari pœna nequit; nec faciet compromiſſum, quo minus reus criminis ad magiſtratum ordinarium

narium remittatur. An ſuper delictis mere privatis recte compromittitur? Si pro delicto privato ordinario civiliter agatur, compromiſſum ſuſtineri ſtatuo, ſed ita condemnatum non fieri infamem dixi ſupra *aſſ.* 21. De cauſis quoque matrimonialibus poteſtatem judicandi arbiter non habet. *c. pen. X. de In integr. reſtitut.*

XXVI. *Ad l.* 41.] Ad Rempublicam adminiſtrandam non admittitur minor 25. annis. *l.* 8. *D. de Muner. l.* 6. *§.* 1. *D. de Decur.* niſi urgeat neceſſitas penuriæ hominum. *l.* 2. *C. Qui ætat. vel profeſſ. lib.* 10. vel beneficio liberorum. *l.* 2. *D. de Minor.* vel ex indulgentia Principis. *l.* 11. *in fin. D. de Decur.* cujus ſcientia omnem maculam delet, grave eſt poteſtatem Principis in dubium vocare. *l.* 2. *C. de Crimin. ſacrileg.* Ita Honorio nobili puero datus eſt Conſulatus à Principe in *l.* 14. *C. de Religioſ. l. ult. C. de Privileg. eor. qui in ſacr. palat. lib.* 12. & Tribunatus militum datur pupillo in *l. ult. C. de Teſtam. milit.* Sic poteſt evenire, ut minor annis 20. ſit conſul. *l. un. §.* 2. *D. de Offic. Conſul.* Sententia etiam à minore annis 25. lata ſuſtinetur, niſi ſit minor decem & octo annis. *l.* 57. *D. de Re jud.* An igitur qui agit annum decimum & nonum judicis officio rectè fungitur? Aff. *d. l.* 57. eſt hæc ætas plenæ pubertatis. *l.* 14. *D. de Alim. legat.* §. 4. *Inſt. de Adopt.* Minor igitur 20. annis, qui non eſt egreſſus annum octavum decimum judicare & officio judicis fungi non debet. *h. l.* Ætas judi-

cum Romæ antea definiebatur per legem Comitialem anno quinto & trigesimo; sic Augustus *Iudices à trigesimo ætatis anno elegit, id est quinquennio maturius quam solebat.* In Hispania quoque requiruntur in Judice anni 25. ut, si ante id tempus officium judicis acceptaverit, puniatur pœna privationis ejus, &, ut loquuntur, inhabilitationis.

EXERCITATIO SEPTIMA,

RESPONDENTE

BERHARDO BORNEMAN, *Heerdâ-Gelro.*

NAUT. CAUP. STABUL.

I. A*d l.* 1. §. 1.] Tabernariam exercere atque hospites recipere ab initio in cujuslibet est arbitrio. *h.* §. excipitur casus. *l.* 1. *C. de Metat. lib.* 12. At ubi quis quæstum occœperit, & signa hospitii vel cauponæ ostentaverit, iter agentes repellere sine causa non licet. *l. un.* §. 5. *D. Furt. advers. naut. caup.*

II. *Adl.* 2.] Nautæ, caupones, stabularii, ut innotesceret, prætorem curam gerere reprimendæ id genus hominum improbitatis, tenentur non tantum de culpa levi, ut in locato & conducto, sed etiam de culpa levissima. *l.* 3. §. 1. *h. t.* & nautæ, v. g. omnium eorum recipiunt custodiam, quæ in navim sint illata, etiamsi hospes ea non

non adsignaverit. *l.* 1. §. *fin.* D. *eod.* Et licet prædixerint nautæ, ut unusquisque vectorum res suas servet, & se damnum non præstaturos, non conveniuntur, si vectores prædictioni consenserint. *l. ult. in fin. pr.* D. *h. t.* neque periculum hoc evitabunt, si claves tradiderint eis, qui apud eos divertunt, nisi ex circumstantiis possit constare, eo animo esse claves traditas, ut in hospitem periculum transferretur. Alibi clavibus traditis apud horreum, mercium in horreo conditarum possessio tradita videtur. *l.* 74. D. *de Contrah. empt.* Caupo autem factum etiam viatorum præstat, quando ex edicto prætoris de recepto convenitur. *h. l.* si autem actione in factum ex quasi maleficio conveniatur, factum viatorum non præstat. *d. l. un.* §. 5. Qua eadem actione si plures navem exerceant, unusquisque pro parte, qua navem exercet, tenetur. *l. ult.* §. 5. D. *Naut. caup. stabul.* verum hoc casu actione exercitoria cum quolibet eorum in solidum agi potest. *l.* 1. §. *fin.* & *l. seq.* D. *de Exercit. act.* Aliud servat Praxis. In edicto quoque de dejectis & effusis si plures in eodem cœnaculo, unde effusum vel dejectum est habitent, omnes, licet & hîc ex quasi maleficio agatur, tenentur in solidum. *l.* 1. §. *fin.* & *l. seq.* D. *de Deject.* & *effus.* sed si cum uno fuerit actum, cæteri liberabuntur. *l.* 3. D. *eod.* Imo si plures, diviso inter se cænaculo, habitent, actio in eum solum dabitur, qui inhabitabat eam partem, unde effussum est. *l.* 5. D. *d. t.* Actio ista in

 factum

factum prætoria de recepto, quia rei persecutionem continet, & in heredem & perpetuo dabitur. *d. l. 3. §. ult.* Judicium vero in factum ex q. maleficio in heredem non datur. *l. ult. §. fin. h. t.*

III. *Ad l. 3. §. ult.*] Ejusdem rei nomine & de recepto honoraria actione & furti agendum est, sed, qui agit, vel officio judicis, vel doli exceptione alterutra contentus esse debet. *h. l.* ubi verba, *furti agendum est*, commodè exaudiuntur de condictione furtiva, prout & sumuntur in *l. 9. D. de In lit. jur. l. 71. in pr. D. de Furt.* ut, si prius sit actum actione de recepto, quæ ob affinitatem, quam habet cum actione depositi, & locati conducti, bonæ fidei actionis jure censebitur, condictio furtiva doli exceptione tollatur, *arg. d. l. 71.* add. *l. 34. §. 1. D. de O. & A.*

DE JUDICIIS & UBI QU. AG.

IV. *Ad l. 8. de Iudic. & ubi qu. ag.*] Domicilium commune facit Roma, quæ dicitur patria communis. *l. 33. D. Ad municip.* ἡ Ῥωμαίων πόλις, τῆς οἰκουμένης ἐπιτομή, universi terrarum orbis compendium. Quapropter omnes quantumvis exteri, ex quacunque causa agatur, Romæ, si ibi inveniantur, conveniri possunt, nisi jus revocandi domum habeant, quod concessum fuit Legatis, ne ab officio suscepto legationis avocentur. *l. 24. D. h. t.* ne legatio impediatur. *l. 26. D. eod.* & legatus, qui in legatione simpliciter non adjecto loco, quod in provincia contraxit,

con-

onſtituit, quod ante legationem debuit, in lo-
o conſtituti, judicium pati non cogitur *h.l.* ad
riginem conſtituti, ceu ad locum contractus
ctor remittendus eſt. *l.* 33. *D. de Donat.* aliud
ſt, ubi nominatim actum eſt, ut legationis tem-
ore ſolveretur. *l.* 3. *D. de Legation.* vel ſi legatus
onſtituerit Romæ, quod in provincia accepe-
at, Romæ conveniri poteſt. *l.* 5. §. 1. *D. de Con-
ſtit. pec.* ſi Romæ contraxerint, legati non fruun-
ur ſuo privilegio. *l.* 39. *§. fin. D. h. t.* Hodie
nutato imperio Romano, illoque domicilio or-
bis Roma, maxima ex parte id exolevit, quod
lixi de foro communi. Legati tamen hodierni,
qui à Regibus, Ducibus aut Rebuſpublicis mit-
untur, ſeu in civilibus, ſeu in capitalibus cauſis,
udicium inviti vel ſibi vel ſuis non accipiunt.

V. *Ad l.* 11. *&* 21.] Omnium actionum in-
ſtituendarum principium, ab ea parte edicti pro-
ficiſcitur, qua prætor edicit de in jus vocando,
verba ſunt §. *ult. Inſt. de Pœn. tem. litig.* neque ta-
men propriè judicium inchoatur à citatione ſeu
in jus vocatione (quæ vulgo promiſcuè uſurpari
ſolent) ſed à litis conteſtatione. *l.* 15. *D. Rem
rat. hab.* ubi in jus vocatio manifeſtiſſime à judi-
cio diſtinguitur, jung. *l. un. C. de Lit. conteſt. c.*
27. *X. de Offic. & pot. jud. deleg.* Litis conteſta-
tio eſt, quando judex per narrationem negotii
cauſam audire cæpit. *d. l. un.* vel explicatius, per
narrationem actoris, & contradictionem rei. ex
l. 14. §. 1. *C. de Iudic. l.* 2. *circ. princ. C. de Iure-*

L 5 *jur.*

jur. propt. cal. Contradicit autem reus intentioni actoris vel nudè, negando narrata, juxta formulam antiquam, *Nego narrata prout narrantur, & dico secundum petita fieri non debere, petens me ab instituta actione absolvi*, vel actori exceptionem aliquam peremptoriam proponendo, qua in effectu debitum negatur, *l.* 112. *D. de R. I.* Cæterum reus non contestatur litem, sed actor cum reo litem contestari dicitur. *h. l.* 11. *l.* 28. *D. de Novat. l.* 28. *D. de Injur. Auth. libellum. C. de Lit. contestat.* Ridicula igitur est distinctio litis contestationis in affirmativam & negativam. Reus debitum fatendo absurdè dicetur litem contestari, nullæ sunt partes judicandæ in confitentes. *l.* 25. §. *fin. D. Ad L. Aquil.* Confessionem coram judice competente ante litis contestationem factam nulla sequitur condemnatio, sed sufficit præceptum de solvendo. *h. l.* 56. *D. de Rejud. l.* 3. *&* 6. *D. de Confess.* At si fiat confessio lite contestata, condemnatoria judicis sententia requiritur. *d. l.* 3. *&* 5. *D. de Confess.* quoniam judicium semel cœptum utique sententia finiendum est, & judex super re, de qua cognovit, judicare quoque cogitur. *l.* 74. *D. de Iudic.* Moribus sola confessio non parit executionem paratam, sed judicis sententia declaratoria adhibetur.

VI. *Ad l.* 15.] Expertes literarum decurionis munera peragere non prohibent jura. *l.* 6. *C. de Decurion. lib.* 10. decuriones non fungebantur judi-

judicandi munere, sed publici consilii causa consedebantur, atque curam & administrationem bonorum civitatis gerebant. *l. 239. §. 5. D. de V. S.* Verum judex observare debet, ne aliter judicet, quam legibus, aut constitutionibus, aut moribus est proditum. *pr. Inst. de Offic. jud.* quare imperiti legum, morum, aut constitutionum judicandi munere fungi nequeunt. *l. un. C. Vt quæ de adv. jud. suppl. Nov. 82. in pr.* etiamsi enim JCtos consulendo huic imperitiæ occurrere possint, quod hodie multis in locis usurpatur, tutius tamen existimavit Imp. ex suo quam ex alieno pectore sapere, aut aliunde judicandi honestatem emendicare. *d. pr.* Sunt tamen hic privilegiati judices militares; milites enim armatæ militiæ, stipendia merentes, in causis tam criminibus quam civilibus sunt conveniendi apud magisteriam potestatem, vulgò *de krijghs-raedt. l. un. C. h. t. l. 6. C. de Iurisd.* Quod hîc absurdum visum non fuit, nam

Legibus antiquis castrorum & more Camilli
Servato, miles ne vallum litiget extra
Et procul à signis, justissima centurionum
Cognitio est igitur de milite:

Qui possunt ex corpore togatorum & studiosorum juris ad sessores & consiliarios adsumere, qui sint periti νόμων καὶ πείρας, legum & trituræ forensis, vid. *l. 2. D. Quod qu. jur. in al. stat.* Morius viri militares judicant de delicto militari, veluti de stationis desertione, fuga, armorum

abje-

abjectione; ſin delictum ſit commune, ut furtum, adulterium, homicidium, coram iis magiſtratibus conveniendi ſunt milites, apud quos tale delictum commiſſum oſtenditur. Si judex judicaverit contra leges, litem facit ſuam, &, quando dolo malo malè judicavit, veram æſtimationem litis præſtare cogitur. *h. l. §.* 1. quando vero per imprudentiam peccavit, in quantum de ea re æquum religioni judicantis viſum fuerit, pœnam ſuſtinebit. *l. ult. D. de Extraord. cogn.* Add. ſupr. Exerc. 1. *aſſ.* 5.

Etiam filiusfam. judex malè judicando litem ſuam facit, nec pater de peculio, ſed ipſe filius conveniendus eſt. *§. 2. Inſt. de Oblig. quæ q. ex del.* æquum autem & bonum hic ita determinatur, ut teneatur in tantam quantitatem, quæ tunc in peculio fuit, cum ſententiam dicebat. *h. l. in pr.* ſatisfaciet tamen non de ipſo peculio invito patre, ſed aliunde, aut in carcerem detrahetur, *arg. l.* 1. *& pen. C. Qui bon. ced.*

VII. *Ad l.* 19. *in pr.*] Fiſcus, quando ſucceſſit in locum privati, exercet privilegium ſuum. *l. 6. in pr. D. de Iur. fiſc.* ſed heres ſortitur forum defuncti, neque ſuo privilegio excuſatur; ſi vel abſens ab alio defendatur, vel in foro defuncti inveniatur. *h. l.* vel ſi lis cum defuncto jam fuerit inchoata. *l.* 34. *D. h. t.* quia ſuccedit in ejus locum à quo heres relictus eſt. *l.* 34. *D. h. t.* unde colligunt Practici ob debitum à defuncto contractum heredem arreſtari poſſe, forique & immu-

immunitatis renuntiationem obligare heredem renuntiantis principali mortuo.

VIII. *Ad l. 22.*] Qui non cogitur in aliquo loco judicium pati, si ipse ibi agat, actiones excipere cogitur, atque ita per reconventionem tollitur exceptio incompetentiæ jurisdictionis. *h. l. l.* . *§. 5. vers. sed & si. D. eod.* ut etiam vi ejusdem Ecclesiasticus subjiciatur foro Secularis, ratio est in *l.* 14. *C. de Sentent. & Int.* quæ etiam regula allegatur in *caus.* 3. 4. 8. *Can.* 1. Sed jure Canon. planè se clerici exemerunt jurisdictioni magistratus politici, uti nec prorogatione voluntaria subjiciantur. *c.* 12. *&* 18. *X. de For. comp.* . Quam rectè ipsi viderint. Certè omnis anima potestatibus supereminentibus subjecta esto: Quisquis se opponit, Dei ordinationi resistit. *Ad Roman.* 13. *v.* 1. Cui ordinationi si quos parere convenit, Ecclesiasticos vel maximè parere convenit. Ut igitur reconventio procedat, necesse est, ut sit persona & talis causa, super qua potuit secularis cognoscere; ita reconventio in feudo, in causa feudali, propter defectum jurisdictionis non admittitur. *arg. c. un. de Controv. feud. ap. par. term.* quod judicandò comprobavit Camera Imperialis: Excipitur item *Auth. habita. C. Ne fil. pro patr.* Studiosus, quem civis coram Magistratu Urbano conventus reconvenire nequit. Deinde, ut proponatur statim ante litem contestatam, dummodo velit reus causam reconventionis cum causa conventionis simul eodem

dem judicio terminari. *clem. ſæpe. verſ. verum, de V. S.* alioqui locus eſt reconventioni uſque ad ſententiam vel factam concluſionem in cauſa. *c. diſpendia.* §. *reus quoque. de Reſcript. in* 6. Hinc expl. *Nov.* 96. *c.* 2. *Auth. & conſequenter,* C. *de Sentent.* Sed ſi judicium per ſententiam definitivam finem acceperit, executio propter reconventionem retardari non debet, *arg. dd. text.* Neque etiam reconventio admittitur, quando officium judicis imploratur ad actum aliquem extrajudicialem, veluti ſimplicem alicujus actus inſinuationem, ſecus eſt quando officium imploratur per viam actionis vel extraordinariæ juris noſtri perſecutionis. *l.* 1. §. *fin. D. de Extraord. cogn.* Moribus Patriæ exiguum uſum habent reconventiones: Arnhemienſes tamen eas admittunt adverſus peregrinum pignorantem, vel qui extra iſtius civitatis territorium degit. *Statut. Arnhem. art.* 41. Neque habent locum in Tranſiſalania, ſed reus ibi pro reconventione coram eodem judice cautionem exigere poteſt. *ll. Tranſiſal. p.* 1. *tit.* 11. *art.* 1.

IX. *Ad l.* 23.] In judicium veniſſe id non intelligitur, quod poſt judicium acceptum accidit. *h. l.* h. e. ſi nova obligatio poſt litem conteſtatam advenit, nova interpellatione opus erit, jus futurum in judicium deduci nequit. Judicium non poteſt eſſe in pendenti. *l.* 35. *h. t.* unde quod ſub conditione debetur, pendente conditione peti nequit. *l.* 213. *D. de V. S.* Si tamen debitum fu-

turum

turum à præſenti pendeat, rectè in judicium deducitur, quomodo in debito annuo pro ſequentibus annis condemnatio fieri poteſt, *arg. l.* 1. *C. de Sentent. quæ ſin. cert. quant.* ſed condemnationi talis clauſula ſubjici ſolet, *midts dat de executie der onverſchenen terminen tot die reſpective verſchijn dagen in ſurcheantie werde geholden.* Non obſtat igitur *h. l.* quò minus libellum etiam poſt litem conteſtatam uſque ad ſententiam emendare & mutare, atque relictâ priori actione inſtitutâ novam actionem ſurrogare liceat. *§.* 35. *Inſt. de Action. l.* 12. §. 1. *D. de A. P. l.* 4. *§. ult. D. de Noxal. act. l.* 18. *§. fin. D. de Vi & vi arm.* ita tamen ut actor reo expenſas, quas fruſtra adhibuit, refundat, novam actionem edat, & ſpatium deliberandi concedat. *l.* 79. *D. de Iudic.* unde ſupervacanea eſt Pragmaticorum clauſula libellis inſeri ſolita, *Salvo jure addendi mutandi.* Praxis poſt litis conteſtationem hanc mutationem invito reo non admittit. Cæterum qui liti planè renuntiavit, cauſam finitam inſtaurare nequit. *l.* 4. *C. de Pact.* Hinc, qui poſtquam actionem fideicommiſſi ſuſceperat, aliis defenſionibus uſus eam omiſit, poſtea, quamvis ante ſententiam, reverti ad hanc defenſionem non poteſt. *l.* 52. *h. t.* Si tamen interſit rei, litem finiri per ſententiam, renuntiatio non admittitur invito reo & judex de ea cognoſcere & pronuntiare debet, *arg. l.* 4. *C. de Fruct. & lit. expenſ.* quomodo litis conteſtatio litigatores ex quaſi contractu obligatos habet.

l. 3.

l. 3. §. 11. *D. de Pecul.* & qui ſemel actionem proponit, neceſſe habet uſque ad finem litem perſequi. *Auth. qui ſemel.* C. *Quomod. & quand. jud.* Neque hoc à moribus alienum eſt.

X. *Ad l.* 24. §. 2. *& l.* 38.] Actio in rem eſt ex præſenti poſſeſſione. *h.* §. 2. ſi per actionem in rem legatum petetur, etiam ibi peti debet, ubi res eſt, *h. l.* 38. Non excluditur locus domicilii; nam actione in rem conventus non tantum coram eo judice reſpondere cogitur, ubi res ſive mobilis ſive immobilis, de qua contenditur, ſita eſt, ſed etiam in cujus territorio reus domicilium fovet, *l.* 3. C. *Vbi in rem act.* Quid ſi poſſeſſor in loco rei ſitæ non degat? Idem ſtatuo. Et hoc caſu actio inſtituitur contra colonum, qui autorem nominando vel laudando liberatur, judex autem poſſeſſori abſenti terminum præfiget, intra quem ſi peremptoriè citatus non compareat, decernet actori miſſionem in bonorum poſſeſſionem. *l.* 2. C. *eod.* In Praxi actio in rem intenditur in loco rei ſitæ. Et moribus noſtris, qui proprietatem vel poſſeſſionem vindicare volet, incipiet ab inductione, quam appellant noſtrates *Inleydinge.* Reform. Velav. *tit.* 8. §. 1. Stat. Arnhem. *de mod. proced. art.* 26. Reform. Zutphan. *tit.* 3. §. 1. Add. II. Transiſul. *p.* 1. *tit.* 8. *art.* 1. Davent. *p.* 2. *tit.* 5. §. 1.

XI. *Ad l.* 30.] Nihil eſt impedimento, quo minus quis ubi velit, habeat domicilium, quod ei interdictum non ſit *l.* 31. D. *Ad municip.* ſic de-

por-

portatis quandoque certis locis interdicitur. *l.* 5. *D. de Interdict. & releg.* Ubi tamen ſemel acceptum eſt judicium, ibi finem accipere debet. *h. l.* Quod de ſola litis conteſtatione accipit Praxis; ſi lis nondum fuerit conteſtata, actor reum refuſis expenſis ad alium judicem competentem pertrahere non prohibetur: Verum hoc tam largè extendendum non eſt; nam & ſola conventio ſeu in jus vocatio impedire videtur, ne alibi judicium finiatur; ſi quis poſtea quam in jus vocatus eſt, miles vel alterius fori eſſe cœperit, in ea cauſa jus revocandi domum non habet, quaſi præventus; Exceptio igitur litis pendentiæ, propter ſolam citationem eſt fundata. *l.* 7. *D. de Iudic.* Sed lite per ſententiam terminata executio poteſt fieri in territorio alterius magiſtratus, qui per literas requiſitoriales, vulgo mutui compaſſus, requiſitus ſententiam ab alio Magiſtratu latam exequi tenetur. *l.* 45. §. *ult. D. h. t. l.* 15. §. 1. *D. de Re jud.* Judex requiſitus exceptiones ſententiæ oppoſitas ad judicem requirentem remittere debet. *l.* 75. *D. de Iudic.* Ita ſonat Praxis, ſed noviſſime in quadam cauſa matrimoniali aliter obſervatum fuit.

XII. *Ad l.* 37.] Nulli prorſus audientia præbetur, qui cauſæ continentiam dividere atque ex beneficii prærogativa id quod in uno eodemque judicio poterat terminari, apud diverſos judices voluerit terminare. *l.* 10. *C. de Iudic.* unde, ſi inter plures familiæ erciſcundæ, & inter eoſdem

communi dividundo, aut finium regundorum agatur, idem judex ſumendus eſt. *l. 1. D. de Quib. reb. ad eund. jud. eat.* neque alius ſuper poſſeſſione, alius ſuper principali proprietatis quæſtione judex poſtulari poteſt. *d. l.* 10. quod etiam obtinuit tempore Pandectarum. In Praxi quoque regula quæ ex *d. l.* 1. *&* 10. deſumitur, ſervatur, dummodo jurisdictio ſit competens tam pro poſſeſſione, quam pro proprietate, alioqui cum non eſſet jurisdictio competens in utroque negotio, alius de proprietate, alius de poſſeſſione cognoſcet. Cum autem quæſtio eſt de poſſeſſione & proprietate rei, prius poſſeſſionis, deinde proprietatis controverſia cognoſcitur & deciditur: Judicium poſſeſſorium & præparatorium petitorii, poſſeſſorium eſt actio ſecunda. *l.* 3. C. *Quor. bon.* In Hollandia omiſſo judice in principali quæſtione competente cauſam poſſeſſionis in ſuprema Curia ventilare licet. Inſtruct. Cur. Holland. *art.* 19. Cæterum judicium poſſeſſorium & petitorium in eodem libello cumulari nequit. *l.* 13. C. *de* R. *V.* nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate. *l.* 12. *§.* 1. *D. de A. P.* ſingulæ controverſiæ ſingulas actiones requirunt. *l.* 6. D. *de Except. rei jud.* Ubi de vi, h. e. judicio civili recuperandæ poſſeſſionis unde vi, & poſſeſſione, quæ hoc loco paulò pinguius ipſam rem petitam, & conſequenter rei proprietatem denotat, prius cognoſcendum eſt de vi, quam de proprietate. *h. l.* add. *l.* 5. §. 1. *D. de Vi publ.* Quid ſi de

i de vi criminaliter & de possessione civiliter
gatur? Prius hoc casu cognoscendum est de
ıdicio civili quam criminali. *l. 7. C. Ad l. Iul. de
i publ.* aliàs civili disceptatione intermissâ, sæ-
›è fit, ut prius de crimine judicetur, quod utique
najus merito minori præfertur. *l. fin. C. de Ord.
udicior.* Jus Canonicum admittit, cumulationem
ıdicii petitorii & possessorii. *c. pastoralis & c. cum
ilectus. X. de caus. propr. & poss.* Licet autem pen-
ente judicio petitorio variare, atque possesso-
.um surrogare, quod pertinet ad quæst. ass. 9.
ropositam.

XIII. *Ad l. 49. in pr.*] Venditor in causa
vìctionis sequitur forum emptoris. *h. l. l. 1. C.
bi in rem act.* quando ille paratus est judicium
:cipere; si autem venditor neget sua interesse,
eque emptorem defendere velit, aliud dicen-
um est, *arg. l. 2. C. de Iurisdict.* Ita fuit visum
enatui Frisiæ, sed ex inveterato Pragmatico-
ım errore sæpe alio jure utimur. Quo tamen
ısu manifesti juris est, venditorem emptori de
/ictione teneri, si hic auctorem laudaverit, &
ıonuerit, ut negotio assisteret, causamque in-
rueret. *l. 8. & 9. C. de Evict.* Hîc quæro, an
nptor judicio superior expensas litis à vendito-
: jure repetat, si eas ab adversario non recupera-
:rit? Neg. *l. 18. C. eod.* Non potest cavere
ıt impedire venditor, quò minus emptor per
lumniam aut injuriam vexetur. *l. 51. D. d. t.*

XIV. *Ad l. 65.*] Debitor etiam forum sor-

titur in loco, in quo contraxit. *l.* 19. §. 1. *& ult. l.* 20. *l.* 45. *h. t.* Contractus appellatione hîc utimur latè, ut etiam quasi contractus comprehendat. *d. l.* 19. §. 1. & generaliter omnis obligatio hîc pro contractu habenda est. *l.* 20. *D.h.t.* Neque tamen per locum contractus is locus præcisè intelligitur, in quo scriptum est instrumentum, sed vel maximè is, quem contrahentes respexerunt; contraxisse (dicit Jul. in *l.* 21. *D. de O. & A.*) unusquisque in eo loco intelligitur, in quo ut solveret, se obligavit, quo solvenda est pecunia. *l.* 3. *D. de R. A. I. P.* Cæterum in loco contractus actio in personam non aliter instituitur, quam si debitor ibi reperiatur aut domicilium habeat. *l.* 2. §. 4. *& d. l.* 19. *h.* quod servant mores, atque v. g. ex causa prorogatæ jurisdictionis extraneum non aliter teneri judicant, quam si ibi inveniatur, & citatio ipsi fuerit insinuata. Regula ista non est perpetua, ut reus conveniri possit in loco, ubi contraxit; nec locum obtinet, si inter contrahentes convenerit ne reus se ibi defendere cogeretur. *d. l.* 19. §. 2. ex quo etiam §. colligitur, advenam, qui à mercatore quid comparavit, vel ei vendidit, quem scit inde confestim profecturum, non compelli ibidem se defendere. Ita nundinarum singulare est privilegium, ut ne quis prætextu debiti in nundinis conveniatur. *l. un. C. de Nundin.* LL. Antwerp. *tit.* 49. §. 6. *& seqq.* Eadem est ratio mulieris dotem repetentis, quæ hanc litem marito inten-

intentabit non in loco contracti matrimonii, ſed domicilii maritalis. *h. l.* unde in lucris nuptialibus mores obſervare ſolent locum domicilii mariti, non locum contractus: Neque communio omnium bonorum inter conjuges conſuetudine introducta domicilii mutatione diſſolvitur, & ratio habebitur domicilii non præſentis, ſed ejus, in quo maritus contracti matrimonii tempore commoratus eſt.

XV. *Ad l.* 79. §. 1.] Judices de facto dubitantes jubentur, prout religio ſuggerit, ſententiam proferre. *h.* §. Hîc per religionem non intelligitur privata judicis ſcientia, ſed vis jurisjurandi, quod ex veteri inſtituto in leges præſtare judices ſolebant. *l.* 14. C. *de Iudic.* Ita in *l.* 3. §. 2. D. *de Teſt.* injungitur judici, ut ex ſententia animi ſui æſtimet, quid aut credat, aut parum probatum ſibi opinetur; h. e. Judex ex circumſtantiis factorum & perſonarum teſtes examinabit juxta *pr. d. l.* 3. Non igitur hinc conſequitur, judicem, cui aliter liquet, quam ex actis & probatis conſtat, ſecundùm conſcientiam judicare debere.

DE INOFFIC. TESTAMENT.

XVI. *Ad l.* 5. §. 1.] Querelâ inofficioſi teſtamenti utuntur inique præteriti, vel exheredatione ſubmoti ſine cauſa, vel ex cauſa quidem, ſed Nov. 115. incognita vel ex cauſa quidem eidem Novellæ cognita, ſed teſtamento non inſer-

ta, vel inserta quidem, sed in cujus veritate probanda heres deficit. *d. Nov.* Errant igitur gravissimè, qui post *all. Nov.* usum querelæ evanuisse contendunt; Imò contra: Non tam tollere ibi voluit Iustin. querelam quàm potius planiorem & expeditiorem viam ei facere, quod constat ex Græcis vocabulis quibus ibi utitur, τῆς διαθήκης ἀκυρουμένης, ἀνατρεπομένης, licet alias, ubi remedium rescissorium non accommodatur, quod contra leges factum est, ipso jure sit nullum. *l.* 5. C. *de Legg.*

XVII. *Ad l.* 6. §. 1.] Non tantum querela competit liberis legitimè natis, & ab adscendenti adoptatis *l.* 1. *D. h. t.* §. 1. *Inst. eod.* Sed &, turbato mortalitatis ordine, parentibus, *l.* 15. *D. d. t.* nisi parentes in ipso testandi actu præteritioni consenserint, *arg. l. pen.* C. *de Pact.* quod laudavit Frisiorum Senatus. Fratribus vero non aliàs competit, quam si sint germani & consanguinei, ac scripti heredes infamiæ, vel turpitudinis, vel levis notæ maculâ aspersi fuerint. *l.* 27. C. *h. t.* unde restringenda est *l.* 21. C. *eod.* Huc non pertinet institutus heres spurius, qui ad decurionatum admissus fuit. *l.* 3. §. 2. *D. de Decur.* non enim est impedienda dignitas ejus qui nihil admisit. *l.* 6. *in pr. D. eod.* Hæc querela reddit patremfam. intestatum. *h.* §. 1. Atque ideò, cum jure novissimo cum parentibus fratres ac præmortuorum fratrum filii ab intestato succedant. *Nov.* 118. *c.* 2. & 3. admittentur fratres cum parenti-

rentibus, si hi testamentum liberorum evacuaverint, non enim distinguit *d. Nov.* utrum simpliciter ab intestato succedatur, an causa testati ad se trahat causam intestati.

XVIII. *Ad l. 8. in pr. & l. 25.*] Instituturus inofficiosi querelam debet primum agnoscere bonorum possessionem litis ordinandæ gratia. *h. l. 8. in pr.* quæ tantum viam præparat querelæ, neque scriptis heredibus aufert possessionem. *l. 2. C. de Inoffic. testam.* Querela enim, cum sit auxilium subsidiarium, non habet locum, ubi supersunt alia remedia *l. 23. in pr. D. eod. §. 2. Inst. d. t.* Pater quidem, qui filium emancipavit, præter bonorum possessionem contra tabulas habet jus antiquum querelæ, *l. 1. §. ult. D. Si quis à parent. manum.* sed ex diversis causis; quà pater, utitur querela, quà manumissor, bonorum possessione contra tabb. quod remedium est minus plenum, neque totum testamentum evertit. *l. 3. D. eod.* Præterea si pars tantum legitima in testamento relicta fuerit, non habet amplius locum querela, sed ex nova Justin. Constitutione, quod deest legitimæ portioni, supplebitur. *l. 30. C. de Inoffic. testam.* quò videntur respicere illa verba *h. l. si minus habeat, quod deest, viri boni arbitratu repleatur.* Quâ etiam condictione experietur filius, si sit legitima relicta in sola proprietate, vel in solo usufructu, ut sibi plena proprietas usque ad debitam quantitatem præstetur, quod etiam *arg. d. l. 30.* in Praxi

receptum fuit. Petetur autem hoc ſupplementum condictione ex lege, *arg. l. un. D. de Condict. ex l. junct. d. l.* 30. quæ ad exemplum aliarum actionum perſonalium eſt perpetua, h. e. durat annos 30. *arg. pr. Inſt. de Perpet. & temp. act. l.* 3. *C. de Præſcript.* 30. *ann. l.* 1. *§.* 1. *C. de Annul. except.* quæ ſententia eſt communis, eamque mores amplectuntur

XIX. *Ad* §. 6. 8. *&* 15. *ejusd. l.* 8.] Ad excludendam quoque inofficioſi querelam ſufficit quartam debitæ portionis ab inteſtato relinqui *h.* §. 8. Hodie hæc portio legitima quæ in fonte Græco vocatur νόμιμον λάχος, νόμιμον μέρος, eſt aucta, ut ſi quatuor vel pauciores liberi extent, ſit triens, ſin plures, dimidia pars totius ſubſtantiæ. *Nov.* 18. *Auth. noviſſima. C. h. t.* quod augmentum obſervatur in omnibus perſonis, in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioſo lege decreta eſt. *d. Nov.* 18. *c.* 1. *in fin.* Parentum igitur & fratrum legitimam auctam eſſe veriſimile eſt *arg. l.* 1. *&* 15. *D. &* 27. *C. d. t. junct. d. c.* 1. quamvis in parentibus augmentum ſemiſſis locum obtinere nequeat. Legitima hæc relinqui potuit titulo quovis tam particulari quam univerſali. *h.* §. *6.* §. *fin. Inſt. de Inoffic. teſtam. d. Nov.* 18. *c.* 1. Hodie ſolo titulo inſtitutionis eſt relinquenda. *Nov.* 115. *c.* 3. *in pr.* fortè quia titulus inſtitutionis pleniore honore & utilitate tribuitur. *l.* 5. §. 6. *D. de Legat. præſtand.* Sufficit item, ſi filius juſſus ſit contentus eſſe certis

tis rebus, *ead. Nov.* 115. *c.* 5. qualis quidem habetur, quantum ad onus & commodum attinet, pro legatario. *l.* 13. *C. de Her. inst.* ſed in rei veritate eſt heres, ut, ſi coheres ei adjunctus deficiat, jure accreſcendi fruatur: Imò ſi quis ita ſolus ſit inſtitutus, detrahitur mentio rerum certarum. *l.* 1. §. 4. *D. eod.* atque bonorum omnium hereditatem obtinet. *l.* 41. §. *ult. D. de Vulg. & pup. ſubſt.* Moribus noſtris hæc ſcrupuloſitas ſupervacua eſſe videtur, quia teſtamenta ſubſiſtunt ſine inſtitutione heredis. LL. Ruremund. *p.* 3. *tit.* 6. §. 1. *art.* 18. Legitima igitur ex prioribus, quamvis hoc privilegium habeat, ut liberis debeatur ſine ullo gravamine reſtitutionis. *l.* 30. 32. & 36. *C. h. t.* eſt quota hereditatis, & accipietur deducto ære alieno *h. l.* §. 9. Et quando dicitur deberi liberis quaſi æs alienum in *h.* §. 15. locutio eſt minus propria: Quomodo etiam debitum naturæ vocatur, in *l.* 36. §. 1. *C. h. t.* nam ratio naturalis quaſi lex quædam tacita liberos ad totam parentum hereditatem vocat. *l.* 7. *D. de Bon. damn. l.* 7. §. 1. *D. Vnde lib.* Hinc quæro, an legitima ſtatuto vel conſuetudine tolli poſſit? Reſp. Determinata à lege quantitas rectè mutatur, atque portio alia in locum hujus legitimæ ſubſtituitur, ſed lex civilis efficere nequit, ut filius omnino ſine meritis cauſis à parentis hereditate excludatur, *arg. dd. text.* Cæterum filius perdit legitimam, atque ea ſe indignum reddit, ſi non confecto inventario ſe immiſcuerit

bonis parentis, ut etiam ultra vires hereditarias creditoribus in ſolidum obligetur; non perfruitur beneficio legis, quam contemnendam eſſe cenſuit. *l. ult.* §. 12. *junct.* §. *pen.* C. *de Iur. delib.* Jure Saxonico heres non tenetur ultra vires hereditarias, quamvis inventarii confectionem omiſerit.

XX. *Ad* §. 13.] Amittitur querela, ſi intra quinquennium non inſtituatur. *h. l.* §. *ult. l.* 34. *in fin.* C. *h. t. l.* 2. C. *In quib. cauſ. reſtitut. in int. non eſt nec.* quod tempus à die aditæ hereditatis computatur. *h. l.* §. 10. An exceptio querelæ inofficioſi, quam filius exheredatus poſſeſſor hereditatis petitione hereditatis conventus opponit, eodem tempore amittitur? Neg. quidam propter vulgatum axioma, quo ad agendum temporalia, ſunt perpetua ad excipiendum ex *l.* 5. §. *ult.* D. *de Dol. mal. except.* Affirmantium ſententia eſt plauſibilior, quia in hac exceptione ceſſat ratio *d.* §. *ult.* & non eſt hæc mera exceptio, ſed habet quaſi implicitam querelam, *h.* §. 13. & aliàs eveniret, ut etiam poſt quinquennium querela proponi poſſit. Caſus igitur unus, quo poſſeſſor in rem agit qui eſt inveſtigandus in controverſiis rerum corporalium. §. 2. *in fin. Inſt. de Action.* fruſtra in hoc §. quæritur, non enim ibi filius exheredatus agit rei vindicatione, ſed heredi ſcripto hereditatem petenti contradicit, & exceptionem proponit de injuria ſibi à patre illata.

XXI. *Ad*

XXI. *Ad §. pen. & l.* 28.] Cum teſtamen-
ım inofficioſum arguitur, nihil ex eo teſtamen-
ɔ valet. *h. l.* 28. nec libertates, nec legata de-
entur, *h. §. pen.* Excipitur caſus relatus in *pr.*
. *l.* 28. ubi cognitione Principis ejuſque decre-
ɔ fuit opus, ut legata & libertates præſtentur,
uæ jure præſtari non poterant, cum non agit
lius de inofficioſo teſtamento, ſed quaſi ex taci-
ı matris voluntate, quæ ſi non erraſſet, here-
em eum inſtituiſſet, add. *l. fin. D. de Hered. inſtit.*
Hodie teſtamentum ex cauſa præteritionis vel
xheredationis infirmatur duntaxat quod ad in-
titutionem heredis, reliqua capitula manent
alva. *Nov.* 115. *c.* 3. *circ. fin. Auth. ex cauſ. C. de*
ib. præter. qui textus ſunt exaudiendi de præter-
ione materna, quæ etiamnum hodie pro exhe-
edatione nominatim facta habetur. *l.* 14. *D. h. t.*
. *ult. Inſt. de Exhered. lib. junct. l.* 32. *in fin. C. de*
Appellat. Senatus Friſiæ teſtamentum matris, in
uo filium præterierat, ipſo jure nullum declara-
it: Non autem agunt de præteritione paterna,
x qua liberis nullum potuit præjudicium gene-
ari, quia teſtamentum, in quo parens filium
ræteriit, ipſo jure eſt nullum. *l.* 30. *D. de Lib. &*
oſth. l. 1. *D. de Injuſt. rupt. l.* 4. *C. de Lib. præter.*
Moribus teſtamentum tale reſcinditur remedio
querelæ inofficioſi. Quid ſi huic teſtamento ſit
ubjecta clauſula codicillaris, an ſuſtinebitur?
Nihil minus. *l.* 2. *D. de Legat.* 3. ubi à filio præ-
erito negat JC. fideicommiſſum relinqui poſſe,
atqui

atqui hoc necessum foret, si testamentum illud clausulâ confirmaretur; nam virtute clausulæ codicillaris heres legitimus ab intestato successurus rogatus intelligitur, ut deductâ quartâ omnia præstet, quæ in testamento sunt relicta, neque solum legata & fideicommissa, sed ipsam quoque hereditatem heredi instituto restituat, tanquam ea omnia per fideicommissum relicta sint, *l.* 88. §. *ult. D. de Legat.* 2. *l. ult.* §. 1. *&* 2. *C. de Codicill.* Sententia contraria est communis, & quibusdam judicatis confirmatur.

XXII. *Ad l.* 20. *l.* 21. *§. ult. l.* 27. §. *pen.*] Qui de inofficioso dicit nullam aliam actionem quam petitionem hereditatis exercet. *hh. ll.* Non igitur querela præparat viam petitioni hereditatis, sicut plerumque actio ad exhibendum rei vindicationem præcedit, sed judicio uno & eodem rescinditur testamentum, & vindicatur seu petitur hereditas ab intestato, & heres in testamento scriptus perinde habetur, ac si pro herede possedisset. Add. *l.* 34. *C. h. t. l.* 3. *C. de Petit. hered. l.*20. *in pr. vers. Sed quemadmodum. D. de Bon. possess. contra tabb.*

XXIII. *Ad l.* 27.] Si transactio sit facta inter heredem legitimum de inofficioso conquerentem, & scriptum heredem, & placitis transactionis non stetur, inofficiosi causa est integra. *h. l.* Aliud obtinet in heredibus transigentis, qui omissam per transactionem defuncti querelam instaurare nequeunt, sed si fides placitis non præstetur,

…etur, agunt vel actione ex stipulatu vel præ-
…riptis verbis. *l. 6. C. de Transact.*

XXIV. *Ad l. pen.*] Si is, qui admittitur ad
…cusationem, nolit aut non possit accusare, se-
…iens admittitur, ut fiat locus successioni. *h. l.*
…uod non est intelligendum de gradu sequenti,
…d de diversa linea, ut, quoniam alterius jus est
…vorabilius, si simul in querela concurrere non
…ossint, veluti si quis exheredaverit filium & si-
…ntio patrem omiserit. *l. 14. D. h. t.* sed nepos,
…atre exheredato, non præparatâ querelâ, præ-
…ortuo, ex sua persona testamentum avi impu-
…nare nequit. *l. 9. §. 2. D. de Liber. & posth. l. 4. §.*
… *D. de Bon. possess. contr. tabb. l. 6. in pr. D. de*
…*njust. rupt. & irr.* Hodie querela etiam non
…ræparata transit ad suos heredes. *l. 34. C. de In-*
…*fic. test.* quod ad extraneos non transmittitur
…isi præparata. *l. 6. §. ult. & l. seq. D. h. t.* neque
…oc reperitur mutatum *d. l. 34.*

XXV. *Ad ejusd. l. §. ult. & l. ult.*] Qui quale
…uale judicium defuncti comprobavit, ab accu-
…atione inofficiosi repellitur. *h. §. fin.* cujus volun-
…atem quoq; agnovisse videtur, qui exheredatus
…etenti legatum ex eodem testamento advoca-
…ionem præbuit vel procurationem suscepit. *h. l.*
…*lt.* Aliud observatur in tutore, qui à patre ex-
…eredatus legatum nomine pupilli petiit. §. 4.
…*nst. de Inoffic. test.* quia tutori necessitas muneris
…nem administrationis facit. *l. 20. C. de N. G.*

EXER-

EXERCITATIO OCTAVA,

RESPONDENTE

RODOLPHO à SONSBEECK, *Hardervico-Gelro.*

DE PETITIONE HEREDITATIS.

I. Ad *l.* 4. 18. §. *pen.* & *l.* 41.] In petitione hereditatis, si quo tempore conveniebatur possessor hereditatis pauciores res possidebat, deinde sive ante sive post acceptum judicium aliarum quoque rerum possessionem acquisivit, eas quoque victus restituere debeat. *hh. ll.* regulariter in judicium id venisse non videtur, quod post judicium acceptum accedit, ideoque nova interpellatione opus esse, diximus, præced. *exercit.* quæ regula hanc recipit interpretationem, si quid post litem contestatam accidit in jure petitoris, ex *l.* 1. §. 1. *D. Si pars hered. pet.* nam & rei vindicatione conventus, qui litis contestatæ tempore non possedit, & postea nactus est possessionem, condemnandus est. *l.* 27. §. 1. *D. de R. V.*

II. *Ad l.* 13. §. 4. 8. & 9. 10.] Regulariter petitio hereditatis datur adversus eos, qui pro herede vel pro possessore possident *h. l.* 9. *l.* 7. *C. h. t. l.* 4. *C. In quib. caus. cess. long. temp. præscript.* excipitur emptor hereditatis, qui etiam utili petitione hereditatis tenetur, si forte non extet venditor, vel hic modico vendiderit. *h.* §. 4.

Sed

Se hoc casu petitio hereditatis, quod ad rationem restituendorum & lucrandorum fructuum naturam vindicationis singularis sequitur, quò re *l. 2. in fin. C. de Petit. her.* Eadem utili actione tenetur, qui sciens alienam comparavit hereditatem; non etiam directâ, licet enim scientiam rei alienæ habuerit, non tamen pro possessore possidet, quia, qui pretium numeravit, non est prædo. *h. §. 8. l. 126. D. de R. I.* quamvis habeatur ideo pro eo qui pro possessore possidet in materia usucapionis. *l. 33. §. 1. D. de Usucap.* Maritus etiam, cui mulier dedit hereditatem in dotem, possidet quidem hereditatem pro dote, sed eadem actione utili tenetur. *h. §. 10.* An & qui hereditatem quasi vacantem à fisco emit, eadem utili actione tenetur? Aff. *h. §. 9.* Quod corrigitur per *l. 3. C. de Quadr. præscript. §. ult. Inst. de Usucap.* ubi qui rem à fisco comparavit etiam circa usucapionem statim est securis. Moribus prædicta constitutio non servatur, quamvis Senatus Sabaudiæ judicando eam secutus fuerit.

[III. *Ad ejusd. l. §. pen. & ad l. 25. §. 8.*] Qui rem singularem dolo desiit possidere, tenetur utili in rem actione. *l. 3. §. ult. D. de Alienat. judic. mut. l. 27. §. 3. D. de R. V.* Qui autem hereditatem dolo desiit possidere, tenetur directâ petitione hereditatis, quia expresse SCto comprehensum est. *h. §. 8. & l. 20. §. 6. d. h. t.* Si quis autem dolo desiit possidere hereditatem, ab utroque potest peti hereditas, & ab eo qui desiit pos-

possidere, & ab eo qui nactus est possessionem, etiamsi per multos ambulaverit. *d.* §. 8. sed si possessor paratus sit judicium accipere, evanescit apud alterum actio, nisi petentis intersit: At vero si quis dolo desiit, ante conveniatur, qui possidet, non liberatur. *h.* §. *pen. l.* 95. §. 9. *D. de Solut.* neque qui agit, bis idem consequitur, contra *l.* 57. *D. de R. I.* Diversum placuit in judicio noxali. *l.* 24. & 26. *D. de Noxal. act.* item si tutor illicitè sine dolo tamen prædium pupilli vel adolescentis venundedit. *l.* 10. *D. de Reb. eor. qui sub tut.*

IV. *Ad l.* 25. §. 7. & *l.* 40.] Post litem contestatam si mancipia aut jumenta aut pecora aut res aliæ deperierint, damnabitur malæ fidei possessor; aliud est in bonæ fidei possessoribus, qui non debent aut mortalitatem præstare, aut propter metum hujus periculi temerè jus suum indefensum relinquere. *h. l.* 40. nisi facto possessoris res interierit, ut si servum hereditarium occiderit. *l.* 36. §. 2. *D. h. t.* Sed quod ad sumptus post petitam hereditatem repetendos, & fructus restituendos omnes possessores pares esse videntur. *h.* §. 7. *l.* 31. §. 3. *h. t.* Bonæ fidei possessor efficitur malæ fidei possessor, non tantum si lis sit cum eo contestata. *l.* 22. *C. de R. V.* sed & si ei controversia moveatur. *h.* §. imo simul atque cognovit rem quam possidet esse alienam. *l.* 48. §. 1. *D. de A. R. D.* licet, quod ad effectum fructuum percipiendorum attinet, bonæ fidei possessor

ſſor dicatur, quam diu fundus evictus non fue-
t, h. e. Fructus interim percipiet uſque ad ſen-
ntiam, verum hæc retro tempus computabit.
25. §. *ult. D. de Vſur.* In Gallia fructus indi-
inctè reſtituuntur à tempore litis motæ. Alibi
ectari ſolet tempus litis conteſtatæ.

V. *Ad* §. 11.] Si hereditas petita ſit, eadem
rca fructus interveniunt, quæ in rerum ſingu-
rum petitione. §. 2. *Inſt. de Offic. jud.* Hæc
omparatio aliquando claudicat: In petitionem
nim hereditatis etiam veniunt fructus con-
umpti, in quantum poſſeſſor eſt factus locuple-
or. *h.* §. qui in rei vindicationem non veniunt.
4. §. 2. *D. Fin. reg. l.* 40. *D. de A. R. D.* Quæ
ententia uſu forenſi recepta eſt. Si tamen poſſeſ-
or bonæ fidei ſumptus exigere velit, cogitur ad-
nittere ad concurrentem quantitatem compen-
ationem fructuum, tam poſt quam ante litem
onteſtatam perceptorum, atque adeo etiam
onſumptorum. *l.* 48. *& 65. D. de R. V.* Nam
etiam quæ peti non poſſunt, ſi vel natura de-
eantur, veniunt in compenſationem. *l. 6. D. de
Compenſat.* Confirmat hæc Praxis. Sed quo
tempore in petitione hereditatis bonæ fidei poſ-
ſeſſor locupletior eſſe debeat, ut eo nomine te-
neatur, dubitatur: Ex ſententia Pauli tempus
rei judicatæ ſpectandum eſt. *l.* 36. §. *pen. D. h. t.*
Cæterum non videntur facti locupletiores poſ-
ſeſſores, ſi rem hereditariam alicui donaverint,
quamvis ad remunerandum ſibi aliquem obliga-

verint. *h.* §. 11. Sed in materia furti ſpecies lucri eſt, ex alieno largiri, & beneficii debitorem ſibi adquirere. *l.* 54. *§.* 1. *D. de Furt.*

VI. *Ad* §. 18.] Petitio hereditatis non eſt actio mixta tam in perſonam quam in rem, *arg.* §. 1. *Inſt. de Action.* ſed actio in rem. *h.* §. *l.* 27. *§.* 3. *D. de R. V. l.* 9. *C. de Petit. her.* quod vel petitionis verbum deſignat. *l.* 28. *D. de O. & A. l.* 178. *§.* 2. *D. de V. S.* licet admodum impropriè mixta perſonalis dicatur in *l.* 7. *C. eod.* propter præſtationes perſonales. *h. §.* quæ eſſentiam hujus actionis minimè concernunt, ſed ex accidenti demum interveniunt, ſi in hereditate aliquid eſt deperditum vel deminutum. *l.* 20. *§. fin. & l.* 33. §. *fin. D. d. t.* quemadmodum uſuræ ex accidenti interveniunt in judiciis bonæ fidei, ſi ſit mora commiſſa. *l.* 2. *C. Depoſ.*

VII. *Ad l.* 38.] Ne petitor ex aliena jactura lucrum faciat, benignum eſſe dicitur, in prædonis quoque perſona haberi rationem impenſarum neceſſariarum & utilium. *h. l.* ſed diverſimodè; Nam impenſas quidem neceſſarias deducere, utiles vero tollere non aliter poteſt quam ſi ſine læſione rei & detrimento ſtatus prioris, auferri poſſint, μὴ βλαπτομένου τοῦ πράγματος. *l.* 5. *C. de R. V.* eadem eſt ratio ſumptuum voluptuariorum. *l.* 39. §. 1. *D. de Petit. her.* Excipitur fur, quem ſingulari odio jura proſequuntur, ut ſumptus neceſſarios collatos in alimenta pueri à ſe furto ſubtracti, qui apud eum adolevit

non

rem repetat. *l. 1. C. de Infant. expos. jung. l. 13. in fin. D. de Condict. furtiv.* Idem obtinet in eo, qui mala fide impendit in rem, quam non possidet, aut in sumptibus, qui in ipsam deprædationem sunt facti *l. 27. §. 25. D. Ad l. Aquil.* Distinguitur igitur à malæ fidei possessore bonæ fidei possessor, qui omnimodo impensas deducit, licet res non extet, in quam fecit. *h. l.* nisi dominus sit pauper, ut propter restitutionem impensarum laribus, sepulchris avitis carere debeat, quo casu tollit, quæ absque deterioratione fundi auferri possunt. *l. 38. D. de R. V.* Hodie quamvis fundo ædificium cedat, fundi tamen dominus condemnari solet, ut eum duntaxat recipiat, reddito sumptu etiam ei qui sciens in alieno ædificavit, quo pretiosior factus est.

DE REI VINDICATIONE.

VIII. *Ad l. 1. §. fin. & l. 56.*] Specialis in rem actio, quæ nostris & aliorum moribus vocatur petitoria, obtinet locum in petitione rerum singularum, non etiam de universitate est proposita. *h. l. 1. in pr.* quod intelligendum est de universitate juris, non facti, qualis est universitas gregis, quæ constat ex pluribus distantibus capitibus, quæ juncta efficiunt unum corpus. §. 18. *Inst. de Legat.* quod per specialem in rem actionem recte vindicatur. *h. §. fin.* Hoc secus est in peculio, quod comprehendit res plane diversissimas, etiam incorporales, ut nomina de-

bitorum. *l.* 7. *§. ult. D. de Pecul.* ideo res ſingulas is, cui peculium relictum eſt, petet, *h. l.* 56.

IX. *Ad l.* 5. §. 3.] Coalitione dominium acquiritur, quando cruſta, vi fluminis alicujus prædio avulſa, unitatem cum terra vicini fecit, veluti ſi arbores, quas ſecum traxit vis fluminis, radices egerint. *l.* 7. *§.* 2. *D. de A. R. D.* ut poſt coalitionem priſtino domino vindicatio non competat. *l.* 9. §. 2. *D. Damn. inf.* quam exaudire ſolent de vindicatione directa, utilem enim in rem actionem Varus & Nerva hoc caſu dederunt. *h. §.* 3. Arbor etiam radicitus eruta, & in alio poſita, prius quam coaluerit, manet domini prioris; ubi coaluit, cedit agro, neque ſi rurſus eruta ſit, ad priorem dominum revertitur. *l.* 26. *§.* 2. *D. de A. R. D.* Quod non ſervant mores, ideoque conductor arbores, quas intulit, tanquam ſuas efferre ſolet, ut maxime ex alterius agro nutrimentum acceperint. Si arbor ex confinio in utroque prædio ſerpat, ſeu radices agat, aut ſi lapis in confinio in utrumque prædium protendatur, arbor & lapis erunt communes, pro regione cujusque prædii. *l.* 7. *in fin. & l. ſeq. D. eod.* quomodo etiam caſu eodem cum ſucciſa eſt arbor vel lapis exemptus, arbor aut lapis communis manet pro ea parte, quâ communis fuerat, dum terra tenebatur. *l.* 38. *D. Pro ſoc.*

X. *Ad l.* 9.] In rei vindicatione exigitur à parte actoris dominium. *l.* 23. *in pr. D. de R. V.* ita marito tanquam domino, non uxori, vindicatio

..o rei dotalis conceditur. *l. 9. C.h.t.* nisi mari... ad inopiam vergat. *l. 29. C. de I. D.* in reli...s quoque bonis vindicatio uxori tributur. *l.* C. *h. t.* Liberi igitur qui non sunt in nostro d..ninio, per hanc actionem non petuntur, nisi ac..ctâ causâ ex jure Quiritium, considerata pa... potestate ex *l.* Romuli. A parte rei conventi ex..gitur possessio. §. 1. *Inst. de Action.* unde qui ...icio utitur petitorio, ne frustra experiatur, ...uirere debet, an is cum quo agit sit possessor, ...dolo desierit possidere. *l. 36. D. h. t.* quo so...ant referri interrogationes. *l. 20. §. 1. D. de* ...*errog. in jur. fac.* & si per mendacium se possi...e negaverit, in possessionem mittitur actor, ...t rem suam esse non approbaverit. *l. ult. D.* *h.*. hodie hæ interrogationes non frequentan..., & ne quidem possessor titulum suæ possessio...dicere cogitur. *l. 11. C. de Petit. hered.* Non ...o possessor contra vindicare compellitur, suf...t ut neget dominium competere actori, quo ... probante possessor absolvendus est, etiamsi ...il præstiterit. *l. 4. C. de Edend.* Possessor con...tus dicit rem suam esse non necessario in §. 1. ... *de Action.* olim contra vindicationes in usu ...se ostendit vetus formula, *Hunc fundum Sabi...* ...*ex jure Quiritium meum esse ajo, imo meum esse* ... Sufficit autem in instituendâ hâc actione ...m possessio quasi, unde & contra deposita...n, conductorem, commodatarium, etiamsi ... possideant, actio in rem specialis institui po-

 test.

test. *h. l.* Sed hac actione utitur dominus contra commodatarium, non quà commodator, qui rei commodatæ possessionem retinuit. *l.* 8. D. *Commod.* atque iterum otiosè casus unus, quo qui possidet, in rem agit, investigatur in *h. l.*

XI. *Ad l.* 17. *§. fin. & l.* 18.] Post acceptum judicium seu post litem contestatam usucapio cœpta completur. *hh. ll. l.* 9. §. 6. D. *Ad exhib.* §. 3. *Inst. de Offic. jud.* litis contestatione non interpellatur usucapio. *l.* 2. §. *ult.* D. *Pro empt.* verè & naturaliter. *l.* 5. D. *de Usucap.* sed civiliter interrumpitur, seu rumpi intelligitur ex interposita contestatione, quatenus usucapio post litem contestatam completa non prodest possessori. *l.* 10. C. *de A. P.* & sententia contra possessorem lata in præteritum æstimatur. *l.* 26. C. *de R. V.* postea id ad solam libelli oblationem porrectum est. *l.* 2. *& ult.* C. *de Annal. except.* Mores etiam hodierni in interrumpenda præscriptione requirunt interruptionem judicialem, *gerichtelijcke interpellatie.* ll. Transisul. *p.* 2. *tit.* 10. *art.* 1. Ruremund. *p.* 3. *tit.* 4. *§.* 1.

XII. *Ad l.* 23. §. 1.] Loca sacra, item religiosa quasi nostra in rem actione non petuntur. *h.* §. quia sunt res nullius, hominum commercio exemptæ. *l.* 6. *§.* 1. *D. de R. D.* sed episcopus vel œconomus res sacras etiam cultui divino destinatas vindicat non quidem jure dominii, sed, si ab alio sint occupatæ, usibus Ecclesiæ asserit. *l.* 21. C. *de SS. Eccles.* Hodie res sacræ non amplius

plius nullius, ſed ſunt in univerſitatis & ædificantis dominio, & ſepulchra hodierna jure dominii poſſidentur, & vindicantur, venduntur, & quandoque diviſione ad unum heredem devolvuntur.

XIII. *Ad* §. 3.] Neceſſe eſt ei rei cedere id, quod ſine illa eſſe non poteſt *h.* §. excipitur pictura, quæ propter pretium picturæ tabulam ad ſe trahit. *l.* 9. §. 2. *D. de A. R. D.* §. 34. *Inſt. de R. D. & A. R. D.* quam exceptionem in *h.* §. denotari quidam conjiciunt ex his verbis, *licet de pictura quidam contra ſenſerint propter pretium picturæ.* Quicquid ſit, licet dominium tabulæ in pictorem transferatur, utilis tamen actio priori domino tabulæ ex æquitate accommodatur, propter priſtini dominii quaſi veſtigia & reliquias, verum actione iſta utili non aufertur pictura invito pictori, ſed hic liberatur, ſi ſolvat priori domino tabulæ æſtimationem tabulæ. *d.* §. 34.

XIV. *Ad* §. 6.] Lex de tigno juncto Decemviralis concepta fuit his verbis, *Tignum junctum ædibus, vineaique & capulo ne ſolvito*, quod ideo lex effecit, ne vel ædificia ſub hoc prætextu diruantur, & adſpectus urbis deformetur, neve vinearum cultura turbetur, ne denique funus impediatur, aut juſta hominis mortui turbentur; unde qui tignum alienum junxit bona fide ædibus ſuis, pretium ejus domino materiæ dare compellitur. *l.* 98. §. *ult. in fin. D. de Solut.* quod

lege duodecim tabularum in duplum deſcendit. *h. §. l. 6. D. Ad exhib.* qui autem ſciens alienum junxit ædibus ſuis præter duplum extrinſecus tenetur actione ad exhibendum & rei vindicatione. *l. 2. D. de Tign. junct.* non quidem ut tignum eximatur, quaſi poſſideret qui junxit, ſed ita, quaſi dolo malo fecerit, quo minus poſſideat. *l. 1. §. ult. D. eod.* Quid ſi ædificator tignum eximere, exemptum domino reſtituere, & ſic dupli condemnationem effugere malit, an eſt audiendus? Nequaquam, *arg. d. l. 1. in pr. l. 7. §. 10. D. de A. R. D. §. 29. Inſt. de R. D. & A. R. D.* Moribus hodiernis actio de tigno juncto in duplum ab uſu receſſit, tantum ad pretium conſequendum in factum actione agit dominus materiæ.

XV. *Ad l. 35. §. 1.*] Ubi, qui egit rei vindicatione, per ſententiam declaratur dominus, judex etiam de fructibus poſſeſſorem condemnare debet. *h. §. 1. l. 41. §. 1. verſ. fundum. D. de Re judic.* quod exaudiendum eſt de fructibus pendentibus, qui videntur pars fundi. *l. 44. D. h. t.* vel à ſolo ſeparatis, adhuc tamen extantibus, nondum conſumptis. *l. 22. C. eod.* in quibus poſſeſſor domini loco penè eſt, *l. 48. in pr. D. de A. R. D.* imò citra conſumptionem poſſeſſor pleno jure dominus fructuum extantium efficitur, ſi eos uſuceperit. *l. 4. §. 5. D. de Vſucap.* Et fructus adquiruntur ſtatim pleno jure bonæ fidei poſſeſſori citra uſucapionem. *l. 28. D. de*

Vſur.

Usur. sed si sint consumpti. *d. l.* 4. *§.* 19. Extantes fructus nondum usucapti neque consumpti, insuper habita fructuum distinctione petuntur à domino rei vindicatione. *d. l.* 22. meum est enim quod ex re mea superest, cujus vindicandi jus habeo. *l.* 49. *§.* 1. *D. de R. V.* Sed bonæ fidei possessor à domino conventus extantes fructus non nisi deductis impensis restituere cogitur, easque consequitur per exceptionem doli mali. *§.* 32. *Inst. de R.D. & A.R.D.* quæ impensarum deductio taxationi judicis committitur. *l.* 38. *D. h. t.*

XVI. *Ad l.* 41.] Ante traditionem rei venditæ venditor est dominus. *l.* 8. *C. de A. E. l.* 27. *C. de R. V.* cui etiam actio furti & condictio furtiva conceditur. *l.* 14. *in pr. D. de Furt.* §. 3. *in fin. Inst. de Empt. & vend.* emptor utitur actione ex empto. *l.* 40. *D. de A. E.* non vindicatione, antequam res est tradita. *l.* 50. *D. h. t.* quia non transferuntur dominia solis conventionibus, sed traditionibus. *l.* 20. *C. de Pact.* unde præsupponimus, eum, cui in diem addictus est fundus, antequam adjectio sit facta, uti in rem actione. *h. l.* sed quando fundus emptori fuit traditus, qui eo casu medio tempore dominus dicitur. *l.* 4. §. 3. *D. de In di. addict.* Interdum absque traditione reali dominium verum transfertur, ut si venditis mercibus claves tradantur, apud horreum. *l.* 74. *D. de Contrah. empt.* si instrumentum tradatur. *l.* 1. *C. de Donat.* si ususfructus retineatur. *l.* 28. *C. eod.* add. posit. 18.

XVII. *Ad l.42.51.& 52.*] Si in rem actum ſit, & heres poſſeſſoris non poſſideat, abſolvitur, ſi quid tamen ex perſona defuncti commiſſum ſit, hoc omni modo in damnationem veniet. *h. l.42.* culpa quoque & dolus malus heredis in judicium vindicationis venit. *h. l. 51.* Sed & actio in factum adverſus heredes reddi debebit, per quam reſtituere coguntur, quanto locupletes ex ea re facti fuerunt. *h. l. 52.*

XVIII. *Ad l. 46. & ſeq. l. 63. 69. & 77.*] Quando in ipſo contractu venditor aut donator rem titulo locationis accipit, vel quando res alicui commodata, locata, depoſita, eidem venditur, vel donatur, nuda hac domini voluntate citra realem traditionem dominium transfertur, neque uſpiam hoc caſu exigitur, ut in rem præſentem conveniatur. *h. l. 77. l. 9. §. 5. D. de A. R. D. l. 9. §. 1. D. de Public. in rem act. l. 63. D. de Eviction.* Sed quando per juramentum in litem ab actore res eſt æſtimata, contra eum qui ex contumacia ita condemnatur, dominium ſtatim ad poſſeſſorem pertinet. *h. l. 46.* quod citra rei præſentiam non contingit; ſin abſens ſit dominium non aliter acquirit, quam ſi ex voluntate actoris nactus ſit poſſeſſionem *h. l. 47.* ubi addit, non aliter litem æſtimari à judice, quam ſi caverit actor, quod per ſe non fiat, quo minus poſſeſſio ejus rei tradatur, ſed actor non debet cavere ei qui dolo deſiit poſſidere, actiones, quas ejus rei nomine habeat, ſe præſtaturum. *h. l. 69.* quam cau-

autionem exhibere cogitur ei, qui culpa, non raude amiſit poſſeſſionem. *h. l.* 63. Moribus odiernis in transferendo dominio rei immobiis eſt neceſſaria ſolennis quædam mancipatio, efutatio ſeu tranſportus, vulgo *opdracht*, qui fiet oram Judice aut Magiſtratu loci, ubi res ſita eſt, el etiam coram duobus teſtibus locupletibus, .e. bonorum immobilium pariter ibidem poſeſſoribus, vulgò, *erff-pachteren, geerfden, eygenrfden, gerichts-luyden.* Reform. Velav. *tit.* 24. . 1. Reform. Zutphan. *tit.* 18. §. 6. Il. Rurem. . 3. *tit.* 1. §. 1. *art.* 1. *& ſeqq.* Tranſiſul. *p.* 2. *tit.* . §. 3.

XIX. *Ad l.* 61.] Si quis navem ſuam alienâ materiâ refecerit, manet nihilominus navis ejusdem. *h. l.* & ſi navis ſæpius reficiatur, ita ut nulla tabula eadem permanſerit, quæ non ſit nova, manet nihilominus eadem navis. *l.* 76. *D. de Iudic.* modò eadem carina maneat. *l.* 24. §. *ult. D. de Legat.* 1. quæ eſt pars navis præcipua & maxima, & quaſi fundamentum; *ubi probus architectus eſt, benè lineatam ſi ſemel collocavit carinam, facilè eſt navem facere, ubi fundata & conſtituta eſt:* unde ſi navis ſit facta ex aliena materia, proprietas totius navis cauſam carinæ tanquam fundamenti ſequitur, adeoque domino materiæ conceditur *h. l.* quod explicare ſolent de navi confecta ex alienis tabulis jam navi faciendæ deſtinatis, & ad conſtruendam, jungendamve navim formatis atque præparatis, alioqui quando mutatur

tatur

tatur cupressus, atque ita, ex rudi ligno, & ex rudi materia navis conficitur, navis ejus est, qui fecit, quò solent referre *l. 26. D. de A. R. D.* ex qua probabiliter deducitur hæc conciliatio, ibi, *quia cupressus non maneret.*

XX. *Ad l. 62.*] Possessor malæ fidei tenetur non tantum de fructibus perceptis, qualis facti species refertur in *l. 17. C. h. t.* sed & percipiendis. *§. 2. in fin. Inst. de Offic. jud. l. 12. D. Quod met. caus. l. 5. C. h. t.* non etiam de usuris. *h. l.* licet alibi usuræ vicem fructuum obtineant, neque ab iis separari possint. *l. 34. D. de Usur.* Circa fructus percipiendos inspicienda est persona petitoris, ut, si plus percipi potuit, à petitore, quam à possessore, hic in tantum teneatur. *h. l. §. 1. l. 39. §. 1. D. de Legat. 1.* Quando autem non est major industria petitoris quam possessoris, dicitur teneri possessor de pensionibus, quas percepit, aut percipere poterat. *d. l. 5. l. 1. §. 1. C. de Petit. her.* Add. *l. 2. C. de Fruct. & lit. exp.* Cæterum cum de fructibus servi quæritur, improbe desiderat petitor fructus æstimari, qui ex artificio ejus percipi potuerunt, quod artificium sumptibus possessoris didicit. *l. 31. D. de R. V.*

XXI. *Ad l. 68.*] Qui in rei vindicatione intendit, se declarari dominum, implicitè simul petit, rem sibi restitui ab adversario. *l. 6. §. 2. D. de Confess. l. 24. D. de R. V.* & condemnatur à judice, qui secundum petitorem judicare vult, ad restitutionem rei cum fructibus. *§. 2. Inst. de*

Offic.

Offic. jud. Add. *d. l.* 6. §. 2. *l.* 9. §. 1. *D. de Except. rei jud. l. ult. D. de Fidejuss.* Huic ſententiæ ſi non pareat reus, ſequetur condemnatio gravior, & ſiquidem rem habet, manu militari poſſeſſio per judicem ab eo transfertur. *h. l.* qui eſt modus procedendi extraordinarius, *arg. l.* 1. §. 2. *D. Si ventr. nom. mul.* ſed & inſuper fiet condemnatio fructuum & omnis cauſæ: ſi citra dolum reſtituere nequeat, quanti adverſarii intereſt ceu quanti res eſt, condemnandus eſt; ſin dolo fecerit, quominus rem reſtituere poſſit, quantum adverſarius in litem ſine ulla taxatione in infinitum juraverit, damnandus eſt. *h. l.* quam viam jurandi neglecto remedio extraordinario actor eligere poteſt, *arg. l.* 46. *&* 47. *D. h. t. l. fin. D. de Fidejuſſ. l.* 8. *D. de In lit. jur.* Si juratum fuerit, licet judici abſolvere vel minoris condemnare. *l.* 5. §. 2. *D. de In lit. jur.* ſed non niſi ex magna cauſa. *l.* 4. §. 3. *D. eod.* In rei vindicatione igitur duæ ſunt ſententiæ, una interlocutoria, præceptum, juſſus judicis de reſtituendo, *arg. l.* 9. §. 1. *D. de Except. rei judic. d. l.* 6. §. 2. *D. de Confeſſ.* altera definitiva ſi juſſui judicis non pareatur, quo caſu arbitrium præcedens amittit naturam condemnationis & alia gravior propter contumaciam non parentis ſuccedit, in qua officium judicis finitur. *d. l. fin. d. l.* 8. *D. de In lit. jur.* Moribus hodiernis juramentum in litem ab uſu receſſit, quia non amplius ex voto actoris, ſed ex æquo & bono id quod intereſt judices definiunt.

DE PUBLICIAN. IN REM ACTION.

XXII. *Ad l. 1. §. ult. & ll. quasdam seqq.*] Satis multæ sunt juris partes, quibus dominium quis nanciscatur, veluti legatum, donatio mortis causa, in solutum datio, adjudicatio, venditio, &c. Ex quibus causis si res tradatur à vero domino, dominium verum transfertur, sin à non domino, conditio usucapionis. *l.* 74. *D. de Contrah. empt.* ante cujus complementum, qui possessione excidit, agit actione Publiciana. *h. l. in pr.* quæ quidem datur ad exemplum vindicationis. *l.* 35. *in fin. pr. D. de O. & A.* & omnia eadem sunt in actione Publiciana, quæ in rei vindicatione. *l.* 7. §. 8. *h. t.* verum aliquando ab ea distinguitur, nam vero domino, qui dominium jure gentium vel civili acquisivit, non competit, quia directam in rem actionem habet. *l.* 23. *D. de R. V.* nec desiderat actionem honorariam. *h. l.* 1. §. 1. h. e. directâ in rem actione civili uti nequit. *arg. l.* 16. *in pr. D. de Minor.* Per dominium igitur in *h. §. ult.* intelligitur, si res sit tradita ex causis sequentibus à vero domino, vel dominium possessionis, cujus & fit mentio in *l.* 2. *C. Vbi in rem act.* Moribus obtinuit actionem in rem & Publicianam cumulari posse disjunctivè.

XXIII. *Ad l.* 7. §. 2.] Si à furioso, quem putem sanæ mentis, emero, constitit utilitatis causa me usucapere posse, *l.* 2. §. 17. *D. Pro empt.* & contra quemvis extraneum possessorem Pu-

bliciana datur. *h.* §. 2. ſed quia emptio eſt nulla, ideo contra furioſum neque actio de evictione naſcitur mihi, nec Publiciana competit. *d.* §.17.

XXIV. *Ad l.* 9.§.4.] Requiritur in Publiciana actione, ut res ſit tradita. § 4.*Inſt. de Action.* excepto caſu *l.* 12. §. 1. *D. h.t.* ubi is cui ex SCto Trebelliano hereditas reſtituta eſt, etiamſi non fuerit nactus poſſeſſionem, utitur Publiciana, quod ſingularem rationem habet, *arg. l.* 40. *&* 44. §. 3. *D. de Vſucap. junct. l.* 30. *D. Ex quib. cauſ. major.* Quando autem ab uno non domino eadem res duobus venditur, is potior eſt, cui priori res eſt tradita. *h.* §. *l.* 31. § *ult. in pr. D. de A. E.* vel is, qui permiſſu venditoris trabem prius ſignaverat, quia res ſignatæ pro traditis habentur. *l.* 14. §. *fin. D. de Per rei vend.* ſin à diverſis res eadem vendatur, potior erit, qui à vero domino rem emit, modo ſemel poſſeſſionem ejus apprehenderit. *d.* §. *ult. in fin.* Quoties ab uno domino in ſolidum pluribus venditur, in detinendo dominio erit potior, cui priori res tradita eſt. *l.* 15. *C. de R. V.* licet propter ruptam fidem, qui duobus in ſolidum eandem rem diverſis contractibus vendidit, pœna falſi coërceatur. *l.* 21. *D. Ad l. Cornel. de falſ.* Quod ſi à diverſis non dominis venditio facta eſt, melior erit cauſa poſſidentis, quam petentis, etiamſi huic prius res tradita fuerit. *h.* §. 4. In pignore potior eſt, cui res prius fuit obligata, ſi non dominus duobus eandem rem diverſis temporibus pignoraverit, ſed

ſi à

ſi à diverſis non dominis pignus accipiatur, poſſeſſoris melior eſt conditio. *l.* 14. *D. Qui pot. in pign.* Moribus etiam hodiernis quoties à vero domino duobus in ſolidum prædium diſtrahitur, is in detinendo dominio erit potior, in quem prius tranſportus factus eſt.

XXV. *Ad l.* 11. §. 1.] Rerum incorporalium nulla quidem eſt vera traditio, quæ fiat de manu in manum. *l.*43. §. 2. *D. de A. R. D.* ſed eſt talis, qualem natura harum rerum permittit, ut, ſi induxero eum, cui ſervitus conſtituitur, in fundum qui ſervire debeat, vel patiar eum uti frui. *h.*§. *l.*3. *in pr. D. de Vſufr. l. ult. D. de Servitut. l.*1. §. *ult. D. de S. R. P.* Ex qua traditione dominium verum ſervitutis acquiritur. *l.* 3. *in fin. D. Si uſusfr. pet. l.* 15. §. 8. *D. Quod vi aut clam.* Servitutum igitur etiam eſt vindicatio, *rubr. D. Si ſervit. vindic. l. pen.* §. 1. *D. Si uſuſfr. pet.* ſed proprie rei vindicatio attribuitur rebus corporalibus, quod vel patet ex veteri vindicationis formula, quâ acturi, ſi res immobilis erat, glebam ex agro, de quo litigabatur, in jus deferebant, in eaque gleba tanquam in toto agro rem vindicabant, ſin mobilis, & præſens, manu injectâ & in jus delata quadammodo vim ei adhibebant; quò hæc reſpiciunt:

Et dicam mea ſunt, injiciamque manus.
Injiciam dominas in mea jure manus.

XXVI. *Ad* §. 2.] Partus ancillæ furtivæ, qui apud bonæ fidei emptorem conceptus & editus

s est, per actionem Publicianam petendus est. §. adeoque & usucapio in eo locum habet. 48. §. 5. *D. de Furt. l.* 3. *C. de Vsucapion. pro* *pt.* nec erit igitur partus hoc casu pars rei furvæ. *l.* 26. *D. de V. S.* Et de tali partu exaudien- est *l.* 10. *in fin. D. de Vsucap.* Sed hæc proce- int, si tempore concepti & editi partus posses- r ignorabat, matrem esse furtivam, si enim an- conceptionem & nativitatem sciverit vitium atris, usucapere partum nequit. *l.* 33. *in fin. pr.* *de Vsucap.* Uti nec usucapitur partus, si ancil- prægnans subrepta fuerit, vel partus editus uidem apud bonæ fidei possessorem, verum con- ptus apud furem. *d. l.* 48. §. 5. *l. pen. D. de Stat.* *m.* In SCto de agnoscendis liberis, partus an- quam edatur mulieris portio est, vel viscerum. 1. §. 1. *D. de Ventr. inspic.*

XXVII. *Ad l. pen. & ult.*] Actio Publicia- datur contra quemvis possidentem vel deti- ntem. §. 4. *Inst. de Public. in rem act. l.* 18. §. *n. D. Damn. infect. l.* 2. *C. de Except. rei vend.* iam contra verum rei dominum, si ad eum res dierit, inspecto juris ordine. *arg. h. l. pen. junct.* 1. *Inst. de Except.* sed quia iniquum est domino m auferri *h. l. ult.* propterea agenti Publiciana ominus exceptionem justi dominii objiciet. *h. l.* *n.* Add. ll. Ruremund. *p.* 3. *tit.* 4. §. *fin. art.* 11. res casus observantur, quibus agenti Publicia- non obstat exceptio justi dominii. *l.* 31. *D. Ex* *ib. caus. major. l.* 72. *D. de R. V. l.* 28. *D. de*

Noxal. action. An & agenti Publiciana titulus pro herede obſtabit? Neg. niſi probaverit qui poſſidet pro herede, defunctum rei dominum fuiſſe, vel ſi ipſe exceptione juſti tituli aut poſſeſſionis uti potuerit.

SI AGER VECTIGAL. i.e. EMPHYTEUT. PET.

XXVIII. *Ad l. 1. & ult.*] Ager ſquallidus & ſterilis dedit cauſam emphyteuſi, unde fundi emphyteuticarii & agri vectigalis paſſim & promiſcue fit mentio. *h.l.1.l.31.D.de Pignor.l.16.§. ult. de Pignor. act.* ſed emphyteuſis poſtea etiam ad ædes producta eſt. *l.15.§.26.D. Damn. infect. Nov. 120.c.1.§.ult. Auth. ſi quas.C.de SS. Eccleſ.* Dicuntur agri vectigales, qui in perpetuum locantur, hac lege, ut quamdiu annuus canon domino prædii præſtatur, conductoribus aut ſucceſſoribus eorum auferri nequeant. *h.l.1.* Idem eſt, ſi ad tempus habuerint conductum, nec tempus conductionis ſit finitum. *h.l.fin.* Si annuus reditus, de quo convenit, toto triennio, non ſolvatur, ſi ſit emphyteuſis ſecularis, vel biennio, ſi ſit Eccleſiaſtica cadit jure ſuo. *l. 2. C. de Iur. emphyteut.* neque tamen ideò propria auctoritate expellendus eſt, *arg. l. 176. D. de R. I.* Neque etiam, ſi poſt ceſſationem triennii dominus ab emphyteuta recipiat canones, emphyteutæ jus redintegratur. *arg. l. 4. §. 4. D. de Re judic.* Jure Canonico celeri ſatisfactione mora purgatur,

tu, atque ut judicant Canoniſtæ, ſi ante ſententiam judici canonem offerat emphyteuta, à caducitatis pœna remedio reſtitutionis liberabitur c. ult. X. de Locat. & Conduct. quod Senatus Hollandiæ ſecutus eſt. In Gallia & Saxonia hæc caducitatis pœna non obſervatur, niſi nominatim in ſtipulationem ea deducta fuerit. Emphyteuſis igitur alia eſt perpetua, alia temporalis. *h.l. ult.* quemadmodum vice verſa locatio in ſpecie tam contrahitur in perpetuum, quam ad tempus. *l.1. C. Locat. l.32. D. eod. l. 1. §. 15. D. de Exercit. act.* puta in luſtrum, πεντεαετίαν, quinquennium, quod fuit uſitatum locationis tempus tam publicarum quam privatarum rerum, tam prædiorum ruſticorum, quam urbanorum. *l. 9. §. l. 13. §. ult. l. 24. §. 2. & ſeq. D. & l. 7. C. Locat. conduct.* Verum propterea concludere non licet, locationem talem degenerare in emphyteuſin, vel aliud contractus genus, & ſecundum hanc ſententiam contra Biltanos pronunciavit ſuprema Friſiæ curia. Ita vice verſa emphyteuſis ad tempus contracta non tranſit in locationem. *h. l. ult.* non enim temporis adjectione, ſed propriæ conventionis qualitate contractus diſtinguuntur. *l. 8. in pr. D. Mandat.*

XIX. *Ad l. 1. §. 1.*] Alienatio eſt omnis actus, per quem dominium transfertur. *l. C. de Fund. dot.* Imo & datio in emphyteuſin eſt quodammodo alienatio, quia non modo poſſeſſio transfertur in emphyteutam. *l. 31. D. de Pignor.*

l. 15. §. 1. *D. Qui satisd. cog. l.* 12. *C. de Fund. patrim. lib.* 11. sed etiam jus quoddam dominio proximum, quod ei actionem in rem adversus quemvis possessorem parit. *h.* §. 1. Unde & dominus vocatur. *d.l.*12. *in fin.* Et inde non omnino improbamus distinctionem illam dominii magistralem in Directum, quod directa actione vindicat dominus non recognoscens superiorem; & Utile, quod qui recognoscit superiorem utili actione petit, & hoc habent vasalli, emphyteutæ, *add. c. un. circ. pr. de Investit. de re al. fact. in us. feud. jung. l.* 23. *in pr. D. de R. V.* Ita & superficiario, qui in alieno solo superficiem ita habet, ut certam pensionem præstet, prætor causâ cognita actionem in rem pollicetur. *l.* 73. §. 1. *& ll. seqq. D. de R. V.* si non modicum tempus conduxerit superficiem, sed si ad tempus quis superficiem conduxerit, negatur ei in rem actio. *l.* 1. §. 3. *D. de Superfic.* Quia moribus emphyteuses ferè instar patrimoniorum habentur, ideò emphyteutis multò majus jus concessum fuit, quam Jure civili.

EXER-

EXERCITATIO NONA,

RESPONDENTE

GERHARDO AB ALTENA, *Tiela-Gelro.*

DE USUFRUCTU.

I. Ad *l.* 4.] Ususfructus inter vivos constituitur διὰ συμφώνων καὶ ἐπερωτήσεων, pactionibus & stipulationibus, sed adquiritur dominium & jus in re traditione, *l.* 20. C. *de Pact.* quâ fructuarius efficitur dominus juris, dominus rei non est. *l.* 43. §. *fin.* D. *de Furt.* ne quidem possessor naturalis. §. 4. *Instit. Per qu. pers. dom. adq. l.* 6. §. 2. D. *de Precar.* Atque hoc respectu usus fructus non est pars dominii sed servitus. *l.* 25. D. *de V. S.* Verum usus fructus in multis casibus est pars dominii *h. l.* ceu in multis casibus, ut interpretantur Græci μιμεῖται τὴν δεσποτείαν, dominium imitatur, fructuarius effectus dominii exercet, quatenus gaudet emolumento fundi. *l.* 66. §. 6. D. *de Legat.* 2. quod instar portionis obtinet. *l.* 76. §. 2. D. *eod.* quatenus etiam fructuarius turbatus vel dejectus de suo jure habet interdicta possessoria, uti possidetis & unde vi. *l. fin.* D. *Uti possid. l.* 3. §. 13. D. *de Vi & vi arm.* Imo usus fructus conjunctus cum proprietate, quem vocant causalem, est pars dominii, atque ita, qui fundum stipulatur, deinde usumfructum, similis est ei qui totum, deinde partem, quæ hoc casu cum pro-

prietate consolidatur, stipulatur. *l. 58. in pr. D. de V. O.* Quapropter non omnino improbamus, si de verbis aut terminis non litigetur, divisionem ususfructus in causalem & formalem, tantum ut explicentur loca quædam, in quibus obscurior alioqui locutio, uti in *l. 21. §. pen. D. de Except. rei jud. l. 126. §. 1. D. de V. O. l. 3. §. pen. D. de Reb. eor. qui sub tut. cum simill.*

II. *Ad l. 5.*] Ususfructus pro parte divisa & indivisa constituitur. *h. l.* frui pro parte possumus. *l. 19. D. de Vs. & habitat.* An igitur ususfructus est dividuus? Paulus in *l. 1. §. 9. D. Ad l. Falcid.* ususfructus dividi potest, inquit, non sicut cæteræ servitutes individuæ sunt, quæ principaliter in jure consistunt, quomodo etiam ususfructus per se est res incorporalis adeoque ususfructus individuus. *l. 1. in fin. D. de R. D. l. 2. D. de Vsufr. l. 19. §. 2. D. Commun. divid.* sed dividuus dicitur per accidens, propter facilem fructuum divisionem, ac utilitatem; quà fructuarius in fructibus pro domino habetur, iisque utitur non tantum ad necessitatem sed & ad voluptatem. *§. 1. Inst. de Vs. & hab.* atque ita usus collatus cum usufructu est individuus, nec uti pro parte possumus. *d. l. 19. D. de Vs. & hab.* quia usuarius habet jus determinatum, ut non utatur, nisi ad necessitatem quotidianam, imo cui usus pecoris relictus est, non utitur lacte. *§. 4. Inst. eod.* nisi modico. *l. 12. §. 2. D. d. t.* Imo si duobus ususfructus legatus fuerit, partes ipso jure ad singu-

los

os pertinent. *l.* 81. *D. Ad l. Falcid.* & deficientis portio etiam post divisionem collegatario jure adcrescendi obtingit. *l.* 1. *& tot. tit. D. de usufr. accrescend.*

III. *Ad l.* 7. *§.* 2. *l.* 13. §. 5. 6. *& l.* 61.] Impensas recipit fructuarius, quando vel nomine proprietarii impendit ceu jus impendendi aut innovandi habuit, veluti si pro fructibus ædificium necessarium extruxerit. *h. l.* §. 5. *&* 6. quò *l.* 7. *D. eod.* Si aliter usufructu uti nequeat, quam si ædificium absolvatur, quod cœptum est, fructuarius perficere non prohibetur, ususfructus enim adminiculis eget, sine quibus quis uti frui nequit. *l.* 1. §. 1. *D. Si usufr. pet.* servitute concessa omnia ea concessa intelliguntur, sine quibus servitute uti non licet, *arg. l.* 2. *D. de Iurisdict. l.* 20. §. 1. *D. de S. V. P.* Sed fructuarius, qui usumfructum percipere & colligere potest, quamvis eo ædificii loco, quo dominus proprietatis voluptatis gratia, aliave de causa inchoaverat, aliter uti non possit, ædificium ita inchoatum consummare nequit. *h. l.* 61. ubi neque ei conceditur novum rivum parietibus imponere, quo ita aquas tectis inducat, & peregrinantes rivos in domo faciat. Cæterum refectio rei fructuariæ & modica impensa ad fructuarium pertinet, ut sarta tecta habeat. *h.* §. 2. *d. l.* 7. ut servum fructuarium alat & ægrotum curet. *l.* 45. *D. h. t.* ut gregem ex fœtu suppleat. *l.* 68. §. *ult. D. eod.* ut vectigalia ac tributa solvat, tam quæ ex-

tra ordinem imponuntur, quam consueta & ordinaria. *h.* §. *l.* 52. *D. eod. l.* 28. *D. de Vsufr. leg.* Consentiunt ll. Ruremund. *p.* 2. *tit.* 3. §. 4. *art.* 6. Transisulan. *p.* 2. *tit.* 3. §. 4. Daventr. *p.* 3. *tit.* 8. §. 4. Antwerp. *tit.* 48. §. 7. Mechlin. *tit.* 15. *art.* 1. Zutphan. *tit.* 28. §. 6. Reform. Velav. *tit.* 28. §. 11. ubi additur in §. 10. in extruendo ædificio necessario dominum suppeditare teneri materiam, fructuarium autem persolvere mercedes opificibus.

IV. *Ad l.* 12. §. 2.] Qui habet plenum dominium, usumfructum, quem non habet, ceu formalem, recte cedit. *l.* 63. *D. h. t.* fructuarius autem usumfructum cedere nequit. *l.* 66. *D. de I. D.* §. 3. *Inst. de Vsufr.* cessio enim in jure erat modus solennis, quo omne jus, quod quis habebat, à cedente in cessionarium transferebatur. Ulp. *in fragm. tit.* 19. atque ideò alia est ratio gratuitæ concessionis, ceu donationis, venditionis, ex quibus causis usus fructus alienari potest. *h.* §. *&* §. 1. *in fin. Inst. de Vs. & habit.* ut tamen, ubi de amittendo usufructu quæritur, persona primi fructuarii, cui usus fructus personaliter perpetuo inhæret, spectetur *arg. l.* 31. *D. de Pignor.* & jus reale sit translatum in secundum fructuarium, quemadmodum quoque in venditâ hereditate jus & reale & personale considerari solet. *arg. l.* 2. *C. Hered. vel act. vend.* Controvertitur an cessione factâ extraneo usus fructus extinguatur? Negativa placet. D. d. Commun.

quia

uia non præstat impedimentum, quod de jure
on sortitur effectum. *c. 52. de R. I. in 6o.* & vel
naximè quia cedendo extraneo nihil agitur. *d.*
. 3. Inst. d. Vsufr. h.e. ex interpretatione Græco-
um, ἀνεργητὸς ἐστιν ἡ παραχώρησις, inefficax est
essio: Verum, si *d. l. 66. D. de I. D.* pressius
xaminetur, manifestè constabit, ob hoc cessio-
is tentamen extingui usumfructum; Atque
leò non incommodè *d. §. 3.* explicatur de ces-
one in jure extraneo quidem factâ inutiliter,
ua tamen jus omne à cedente ad dominum pro-
rietatis revertatur.

V. *Ad l. 15. §. 4.*] Ususfructus quasi consistit
n rebus, quæ ipso usu consumuntur, atque ita
ninuuntur. *Rubr. D. de Vsufr. ear. rer.* in quarum
erum numero non habentur vestes, quæ, quam-
is attritissimæ, æquè sunt vestes ac novæ, boni-
as rei minuitur; atque ut in navibus, *l. 12. §. 1.*
D. h. t. & in insulâ, etiam ad portionem ultimam
otius soli ususfructus remanet. *l. 53. D. h. t.* ita
& in vestimentis: Ideo talis fructuarius ita de-
bet uti vestimentis, ne abutatur. *h. §. 4.* hîc cave-
ur finito usufructu vestem reddi. *l. 9. §. pen. D.*
Vsufr. quemadm. cav. Sed hæc procedunt, quando
estimentum consideratur ut corpus, veluti in
l. 85. D. de Legat. 3. Secus si ut quantitas. *h. §. 4.*
quò restringere solent *§. 2. Inst. de Vsufr.* Quo-
modo & pro vestibus licitè solvuntur & promit-
untur usuræ. *l. 25. C. de Vsur.* taxato earum pre-
io. *l. 8. C. Si cert. petat.*

VI. *Ad* §.*fin.*] Proprietatis dominus ne quidem consentiente fructuario servitutem fundo fructuario imponere potest. *h.* §.*fin.* cujus subtilitatis vulgus hanc reddit rationem quia impositio servitutis est species quædam alienationis. *l. ult. C. de Reb. alien. non al.* qui autem ipse alienare prohibetur, nec potest alienanti consentire. *l.* 165. *D. de R. I.* atqui fructuarius rem fructuariam alienare nequit *l.* 9. *C. de Vsufr.* vel etiam servitutem imponere nequit. *arg. l.* 6. *in fin. pr. D. Commun. præd. junct. l.* 1. *D. h. t.* quæ tamen ratio sufficiens esse non videtur, nam ita nec fructuarius consentiente domino proprietatis servitutem prædio imponere posset, quod inauditum. In casu religionis ob favorem religionis consentiente fructuario dominus proprietatis locum religiosum facere potest, imo & interdum solus proprietatis dominus. *l.* 17. *in princ. D. eod.* Moribus etiam hodiernis tanta juris subtilitas in tribunalibus non observatur, & consentiente usufructuario dominus proprietatis rectè imponit servitutem.

VII. *Ad l.* 26. *&* 27. *in pr.*] In percipiendis fructibus plus juris tributum est bonæ fidei possessori quam fructuario. *l.* 25. §. 1. *D. de Vsur.* cujus fructus non fiunt, nisi ab eo percipiantur seu à terrâ separentur, quod si contigerit, post mortem fructuarii debentur ejus heredibus. *l.* 12. §. 5. *D. h. t. l.* 13. *D. Quib. mod. usufr. am.* Concordant ll. Velaviæ *d. tit.* 28. §. 12. Transisulaniæ

d. tit.

it. 3. §. 10. Sed si fructuarius maturis non-
n tamen perceptis fructibus moriatur, fru-
s non transmittuntur ad heredes, ne quidem
rata temporis, quamvis maxima parte anni
sfructus steterit, & fructuarius suis impensis
dum fructuarium conseverit. *d. l.* 13. *l.* 8. D.
Ann. leg. §. 36. *Inst. de* R. D. *&* A. R. D. Ini-
tas, quæ hîc subesse quibusdam videtur, faci-
compensabitur cum fructibus pendentibus,
s testator maturos reliquit, qui ad fructua-
m pertinent. *h. l.* 27. Aliud est in fructibus
ilibus, veluti mercedibus locationum, quæ
rata temporis cedunt fructuarii heredibus
. 26. Ita divortio facto pro rata temporis,
o matrimonium stetit, marito fructus deben-
. *l.* 7. §. 1. *D. Solut. matr.*

VIII. *Ad l.* 29.] Omnium bonorum ususfru-
s legari potest, modo ne excedat dodrantis
imationem. *h. l.* neque hoc casu ad exsolutio-
m æris alieni tenetur fructuarius, qui non est
cessor juris, cui quoque adquiritur ususfructus
endarii quod continet nomina creditorum
. D. *de Vsufr. leg.* Sed heredi id onus imponi-
. *l.* 1. *&* 2. C. *de Hered. vel act. vend. l.* 1. C. *Si*
t. pet. l. ult. C. *de Heredit. act. l.* 1. C. *de Donat.*
9. D. *Ad l. Falcid. l. fin.* D. *de Vsufr. leg.* quem-
nodum si alicui in testamento plena proprie-
relinquatur. *l.* 14. *in fin. & ll. seqq.* D. *Ad* SC.
ebell. Heres tamen antequam tradit bona
ctuario, æs alienum detrahit *l.* 69. D. *Ad l. Fal-*
cid.

cid. l. ult. D. de Vsufr. leg. Bona non dicuntur nisi deducto ære alieno. *l. 39. §. 1. D. de V. S.* Sic igitur in effectu sentit onus fructuarius, quatenus ob deductionem æris alieni bona, ex quibus relictus est usufructus, minuuntur. Quæ sententia est communis & in Praxi recepta. Quia igitur legatum usufructus omnium bonorum detractioni legis Falcidiæ est obnoxium; *d. l. 29.* idcircò quoque *l. hac edictali. 6. C. de Secund. nupt.* (quâ parens binubus posteriori conjugi plus relinquere prohibetur, quam uni ex liberis prioris matrimonii) locum habebit in usufructu omnium bonorum. Ita sæpe judicatum fuit. vid. *Nov. 22. c. 28.*

IX. *Ad l. 33.*] Si vendita sit hereditas, plerumque hoc agi intelligitur, ut, quod ex hereditate pervenit, in id tempus, quo venditio fit, videatur venisse. *l. 2. §. 1. in fin. D. de Hered. vel act. vend.* hactenus, ne, quod ante aditam hereditatem petiit, venditor præstare cogatur; Sed neque amplius, neque minus juris emptor habebit, quam apud heredem futurum erat. *d. l. 2. in pr.* & restituendum est emptori, non tantum quod tempore venditionis pervenit, sed & quod quandoque pervenerit *ead. l. 2. §. 4.* Fruitur igitur emptor jure adcrescendi, & vicem heredis obtinet. *d. l. 2. §. 18.* ut portio adcrescat portioni. *h. l.* Cæterum qui vendidit hereditatem, utique possidere videtur. *l. 4. §. ult. D. Si quis omiss. caus. test.* quatenus venditor obstrictus

manet

manet creditoribus hereditariis, etiamsi ea lege emerit emptor, ut ipse satisfaceret creditoribus hereditariis, quibus contra heredem & venditorem jus quæsitum est. *l. 2. C. de Hered. vend.* Hanc sententiam sequitur usus.

X. *Ad l. 36. in pr.*] Si sylva sit pignori obligata & inde navis sit facta, navis citra conventionem specialem non est pignori. *l. 18. §. pen. D. de Pignor. act.* at si domus sit hypothecæ data, & fiat horreum vel hortus, æquè hypothecaria competit. *l. 16. §. 2. D. de Pignor.* Imò domo pignori datâ combusta adhuc in area persecutio pignoris durat. *l. 29. §. 2. D. eod.* area est pars domus oppignoratæ. *l. 21. D. de Pignor. act.* ac si deinde domus restituatur, ea quoque obligatur in eadem forma, qua prior fuit obligata, pignus retinebit creditor cum omnibus suis qualitatibus. *d. l. 29. §. 2.* quod judicando approbavit Senatus Frisiæ. Ita, insula legata si combusta esset, area vindicari potest. *l. 22. in fin. D. de Legat. 1.* Sed usumfructum strictius interpretamur. *l. 20. §. 2. D. de S. V. P.* ut ne quidem exustis ædibus fructuariis in area ibi debeatur ususfructus. *l. 5. §. 2. D. Quib. mod. us. am.* neque redintegretur, licet domus restituatur. *h. l.* aliud est, si domus sit per partes refecta. *l. 10. §. 1. & pen. D. Quib. mod. us. am.* Lentâ cæmentorum tabularumque substitutione rem magis tuemur, quam ejus faciem tollimus, *arg. l. 76. D. de Iudic.* Ita etiam si area, in quâ usumfructum quis habet, ædificetur, & superfi-

cies

cies ilicò tollatur, uſusfructus reſtituitur. *l.* 71. *D. h. t.*

XI. *Ad l.* 42.] Regulariter non eſt fructus ſine uſu. *l.* 14. §. 1. *D. de Vſ. & habit.* accidit tamen aliquando, ut penes unum ſit uſus, penes alterum fructus ſine uſu, penes tertium proprietas, veluti ſi uni fructus, alteri uſus animalis relinquatur in teſtamento, ſub fructu non continebitur uſus, & fructuarius nil niſi fœtum acquiret, uſuarius operas & ſtercora. *h. l. d. l.* 14 §. *ult.*

XII. *Ad l.* 56.] Si uſusfructus legetur Reipublicæ, triginta annorum computatio fit. *l.* 68. *in fin. pr. D. Ad l. Falcid.* quando de ineunda ratione L. Falcidiæ quæritur, uſusfructus reipublicæ relictus tanti æſtimatur, quanti eſt in reditu annorum triginta; at in uſufructu Reſpublica æſtimatur ὡς ὁ μακροχρόνιος ἄνθρωπος, & extinguitur ſpatio centum annorum, qui dicitur finis vitæ hominis longævi in *h. l.* quia nulla utilitas eſſet nudæ proprietatis ſemper abſcedente uſufructu. *l.* 8. *D. de Vſufr. leg.* Propter eandem rationem, ſi civitati aut reipublicæ in annos ſingulos legetur, centum annis legatum hoc compleri judicare ſolent. Ego, licet legatum in annos ſingulos relictum ſimile ſit uſufructui, quà morte, finitur. *l.* 8. *D. de Ann. legat.* exiſtimo, legatum illud perpetuo deberi. *l.* 6. 20. §. 1. *& l.* 23. *D. eod.* Etiam quando civitati uſusfructus relictus eſt, quaſi morte deſiit habere uſumfructum, ſi aratrum in ea inducatur. *l.* 21. *D. Quib. mod. uſusfr. amitt.*

XIII. *Ad*

XIII. *Ad l. 59. §. 1.*] Succeſſor univerſalis tenetur ſtare locationi à defuncto factæ. *l.* 10. *C. de Locat. conduct.* Qui habet uſum, ſtare etiam cogitur locationi à proprietario factæ. *l.* 10. §. *fin. D. de Vſ. & hab.* Sed proprietarius non tenetur ſtare colono conſtituto ab uſufructuario. *l.* 9. §. 1. *D. Locat.* uti nec vice versâ fructuarius tenetur ſtare locationi factæ à proprietario, verum ille conductorem repellere poteſt ad exemplum venditionis. *h.* §. Uti nec emptor cogitur ſtare colono, cui prior dominus locavit. *l.* 9. *C. Locat.* A ſucceſſoribus ſingularibus excipitur maritus, qui bona fide rem dotalem ab uxore traditam locaverit, cujus locationi uxor ſtare tenetur, præſtitâ cautione marito. *l.* 25. §. *fin. D. Solut. matr.* Conſentiunt LL. Reform. Velaviæ *tit.* 26. §. 1. ubi illud vulgatum adducitur, *koop breeckt huyr, oft pachtingh*, item Ref. Zutphan. *tit.* 18. §. 5. Contrariam regulam, *huyr gaet voor koop*, invenio in LL. Municipalibus Zutphanienſium, Ruremundenſium, Hardervicenſium, in Transiſulania, Hollandia, Brabantia, Flandria, & Hannonia. Stat. Zutphan. *tit.* 25. §. 2. Rurem. *p.* 4. *tit.* 4. §. 1. *art.* 6. LL. Transiſul. *p.* 2. *tit.* 9. §. 3. Antwerp. *tit.* 59. §. 1. Mechlin. *tit.* 8. *art.* 1. Quod ſi tamen colonus in re conducta hypotheca quantumvis generali ſibi proſpexerit, receptum eſt, conductorem retinere poſſe, donec id quod intereſt præſtatur.

XIV. *Ad l. 62. in pr.*] Non eſt conſentaneum,

neum, ut per aliena prædia invitis dominis aucupium faciamus. *l.* 16. *D. de S. R. P.* ideoque si quis contra prohibitionem domini ingressus fuerit, tenetur ei actione injuriarum *l.* 3. *§.* 1. *D. de A. R. D.* quo respicit *l.* 13. §. *ult. D. de Injur.* sed fera capta nihilominus capienti conceditur. *arg. d. l.* 3. §. 1. non obstante *l.* 55. *D. de A. R. D.* alia ratio est usufructuarii, qui in saltibus & montibus jure suo possessionis non obstante prohibitione domini probè venatur, & fructus suos facit. *h. l.* quod vocabulum fructuum paulo pinguius applicatur venationibus, propriè enim venatio non est fructus fundi. *l.* 26. *D. de Vsur.*

XV. *Ad l.* 68.] Partus ancillæ fructus esse non existimatur, quia non temere ancillæ ejus rei causa comparantur, ut pariant. *l.* 27. *in pr. D. de Petit. her.* adeoque partus ancillæ non fructuario, sed domino proprietatis acquiritur. *h. l. l.* 28. §. 1. *D. de Vsur.* Et hæc obtinent quando in materia usufructus versamur, verum si de dominio ancillæ quæstio moveatur, & de effectibus quibusdam aliis, partus fructuum jure censetur, seu naturam fructuum imitatur, veluti si quæratur de fideicommisso restituendo. *l.* 14. *D. eod. l.* 24. *D. Ad l. Falcid.* Mutata ancillarum conditione disputatio hæc moribus est odiosa.

DE USUFR. ADCRESCENDO.

XVI. *Ad l.* 1. §. 3. *l.* 3. *& ult.*] In materia juris adcrescendi interest inter legatam proprietatem,

tatem, & legatum uſumfructum: Ibi poſtquam concurſú partes ſunt factæ, jus adcreſcendi non amplius locum obtinet; hîc, uſufructu conſtituto & poſtea amiſſo, nihilominus jus adcreſcendi admittitur; differentiæ ratio colligi poteſt ex *h.* §. 3. Si æquis portionibus duobus ejusdem rei fructus legatus fuerit, jus adcreſcendi inter eos locum non habet. *h. l. ult.* quando à ſingulis heredibus, qui habent partes ſeparatas, duobus uſusfructus relinquitur; nam ſi duobus ab uno eadem oratione ex æquis portionibus relinquatur res eadem, jus adcreſcendi locum obtinere ſtatuimus. *l.* 89. *D. de Legat.* 3. ubi verbis conjuncti præferuntur re conjunctis, partes quidem videntur habere verbis conjuncti. *l.* 142. *D. de V. S.* ſed ſunt diviſæ intellectu magis & mente, quam realiter, quo demum poſteriori caſu ceſſat jus adcreſcendi. *h. l.* 3. unde ſi teſtator verbo diſtributivo, puta *elcx*, ſingulis quadringentorum Carolinorum ſummam legaverit, ſinguli hanc ſummam ſeparatim citra jus adcreſcendi obtinebunt. *l.* 84. §. 12. *D. de Legat.* 1. Quod Praxis ſequitur.

QUANDO DIES USUSFR. LEG.

XVII. *Ad l. un. §. 2. & fin.*] Ut uſusfructus inter vivos conſtituti dominium acquiratur, exigitur quaſi traditio, *arg. l.* 20. *C. de Pact.* ſed teſtamento per legatum ipſo jure dominium uſusfructus conſequitur legatarius. *l.* 29. *D. de*

Vſufr. legat. ad exemplum vice legatæ. *l.* 19. §. 1. D. *Quemadm. ſerv. am.* quia dominium rei legatæ ſtatim recta via tranſiit in legatarium. *l.* 64. *D. de Furt. l.* 80. *D. de Legat.* 2. non igitur ad acquirendum jus in re, & vindicationem deſideratur factum heredis. *l.* 10. *D. de Vſufr. legat. l.* 25. *§. ult. D. de Vſufr.* quando erat legatum relictum per vindicationem, ſin per damnationem, factum heredis deſiderabatur, quo ref. *l.* 3. *D. de Vſufr. l.* 2. *D. Si uſuſfr. pet.* Et dies legati uſusfructus non prius cedit, quam adeatur hereditas, neque actio de uſufructu. *h.* §. 2. Imo ſi ex die legetur uſusfructus, qui ante diem agit, nihil facit, at cui ex die certo legata eſt proprietas, qui ante diem agit, malè agit, h. e. actio quidem eſt nata, ſed agenti obſtabit exceptio plus petitionis tempore, ſeu præmaturi, quæ eſt explicatio *h.* §. *fin.*

QUIB. MOD. USUSFR. AMITT.

XVIII. *Ad l.* 23. *&* 24.] Locum, quem mare aut flumen occupavit, deſinimus poſſidere. *l.* 3. §. 17. *D. de A. P.* quà poſſeſſio pro corporali detentione ſumitur, nam poſſeſſio animo retinetur in fundo inundato. *l.* 30. *§.* 3. *D. eod.* ita nec per inundationem dominium agri amittitur. *l.* 7. §. 6. *D. de A. R. D. h. l.* 24. licet propter interverſum uſum per inundationem interim proprietas amiſſa dicatur. *h. l.* 23. quæ etiam explicari poteſt de inundatione perpetua, vel tanta,

ut alicujus agrum in forma ſtagni vel paludis mutet. *l.* 10. *§.* 2. *D. h. t.* In Hollandia derelictus habetur ager, qui per decem annos merſus fuerit, ſi non aliqua extent ſigna continuatæ poſſeſſionis, ut in caſu graviſſimæ inundationis, ſi aliter nequeat, vel piſcando poſſeſſio retineri cenſeatur: Et Principes tempus præfigere ſolebant, intra quod veteres poſſeſſores agros ſiccare debebant.

De Usufr. ear. rer. quæ us. cons.

XIX. *Ad l.* 1.] SCto inductum eſt, ut earum rerum quæ uſu tolluntur vel minuuntur poſſit uſusfructus legari. *h. l.* Hoc poſtquam pro ultimis voluntatibus introductum eſt utilitatis cauſa, nulla ratio prohibet, quò minus ad conventiones inter vivos produci potuerit; inde generali vocabulo conſtitutionis utitur Imp. in *§.* 2. *Inſt. de Vſufr.* neque degenerabit hæc conventio in mutuum, voluntas enim mutuum contrahendi abeſt, & mutuum repetitur quovis tempore, hîc quaſi uſusfructus demum morte vel capitis diminutione. *d.* §. 2. *l.* 9. *D. h. t.*

XX. *Ad l.* 2.] In rebus quæ ipſo uſu conſumuntur, remedio cautionis introducto cœpit quaſi uſusfructus haberi. *h. l. d.* §. 2. *Inſt. de Vſufr.* ſed cautio iſta, poſtquam uſusfructus quaſi introductus ac conſtitutus eſt, omitti poteſt, conſtante adhuc uſufructu cautio omiſſa condici-

tur incerti condictione, finito autem usufructu quantitas condicitur. *l.* 5. §. 1. *D. de Vsufr. ear. rer.* Et duo inveniuntur casus, quibus in usufructu cautionem sive veri sive quasi ususfructus proprietarius exigere nequit. *l.* 9. §. 2. *D. Vsufr. qu. cav. l. ult.* §. 4. *in fin.* C. *de Bon. quæ lib.* Cautio fructuaria ab herede recte remittitur. *arg. l.* 71. *D. Ad l. Falcid. l. pen.* C. *de Pact.* non etiam à testatore. *l.* 1. & 4. C. *de Vsufr.* quia nemo potest cavere in suo testamento, ne leges in eo locum habeant. *l.* 55. *D. de Legat.* 1. Aliud est in cautione, quam legatorum nomine præstat heres. *l. pen.* C. *Vt in possess. legat.* item in cautione Muciana. *Nov.* 22. *c.* 44. *in fin.* In Gallia cuilibet fructuario etiam testamento cautio remitti potest. Utraque cautio & veri & quasi ususfructus fit datis fidejussoribus, quia prætor requirit satisdationem. *l.* 8. *D. h. t. l.* 13. *D. de Vsufr. l.* 8. *D. de Vsufr. quemadm. cav.* satisdationes autem prætoriæ personas intervenientium desiderant. *l.* 7. *D. de Prætor. stipul.* Transisulani sunt contenti pignoribus. LL. Transisul. *p.* 2. *tit.* 3. §. 3. Si tamen fructuarius, fortè ob inopiam, fidejussores invenire nequeat, usus admisit cautionem juratoriam, si eam offerens sit honestæ & probatæ vitæ; sin vitæ suspectæ, res fructuaria penes sequestrem deponitur, qui fructuario de fructibus respondeat. LL. Transisul. *d. loc.* Stat. Daventr. *p.* 3 *tit.* 8. §. 3. Sed in hac materia distinctionem istam jus nostrum non suppeditat, licet in subsidium,

dium, ubi agitur de judicio ſiſtendo, cautio juratoria admittatur. *Nov.* 112. *c.* 2. *Auth. Generaliter C. de Epiſcop. & cler.*

SI USUSFR. PET.

XXI. *Ad l.* 1.] Si fundo fructuario ſervitus debeatur, ejus vindicandæ jus fructuarius non habet, ſed uſumfructum vindicare debet, & per hoc vicinus, qui non patitur eum ire & agere, tenetur ei, quaſi non patiatur uti frui. *h. l.* & ſic per conſequentiam & indirecte fructuario ſervitutum vindicandarum jus competit, quo ref. *l. un.* §. 4. *D. de Remiſſ.*

XXII. *Ad l.* 3.] Uſusfructus amittitur ἀχρηςίᾳ, non utendo per modum & tempus. *h. l.* §. 3. *Inſt. de Vſufr.* decennii inter præſentes, vicennii inter abſentes. *l. pen. C. eod. l. pen. C. de Servit.* neque intereſt ſive uſusfructus in re immobili ſive mobili conſiſtat, quod enim tempus requiritur in præſcriptione rei immobilis, illud etiam ſufficit ad amiſſionem uſusfructus cujuscunque rei & mobilis & immobilis. *d. l. pen.* §. 1. *in fin. C. de Vſufr. d. l. pen. C. de Servit.* neque hîc ſubjectum ſed ipſe uſusfructus conſiderandus eſt, qui pro re immobili habetur, *arg. l. fin. C. de Præſcript. long. temp.* Atque eodem tempore actionem perſonalem, quæ ad uſumfructum conſequendum competit, amitti verius eſt. *arg. dd. text.* non recte petit fructuarius uſumfructum ſibi dari, ut proprietarius eum patiatur uti frui,

quandoquidem jam passus est fructuarius heredem vel promissorem pleno jure rem suam possidere, excipitur igitur actio personalis, quæ pro consequendo usufructu conceditur à reliquis personalibus actionibus, quibus præscribitur spatio 30. vel 40. ann. *l. 3. & 4. C. de Præscript. 30. vel 40. ann.* Hodie sicut dominia, ita & servitutes non nisi longissimi temporis præscriptione excluduntur. An & ususfructus male utendo finitur? Non videtur, *arg. tit. D. Quib. mod. us. am. d. §. 3. d. l. pen. C. de Vsufr.* non sunt inducendæ pœnæ caducitatis extra textus in jure expressos; de damno autem à fructuario dato utitur proprietarius actione legis Aquiliæ. *l. 13. §. 2. D. eod.* qui quoque sibi potest prospicere stipulatione, quæ, si non utatur fructuarius boni viri arbitratu, statim committitur. *l. 1. §. 5. D. Vsufruct. quemadm. cav.* Aliter de hac quæstione judicavit Senatus Sabaudiæ.

DE OPER. SERV.

XXIII. *Ad l. 4. & 5.*] Operis servorum legatis usus datus intelligitur, quatenus operæ sunt individuæ. *h. l. 5.* at in fructu hominis operæ sunt *h. l. 4.* quia legatarius potest operas locare, atque ex operis locatis mercedem capere. *l. 2. D. de Vsufr. leg.* imò operæ servorum legatæ per omnia usumfructum non imitantur. *l. 5. §. fin. D. Vsufruct. qu. cav.* & manifestè opponuntur usui ac usufructui in *l. 1. §. 9. D. Ad l. Falcid.* quia legatum

um tale ad heredes transmittitur & usu captâ
roprietate manet usufructus. *l.17. §. pen. D.*
e Vsufr. l. 44. §. 5. D. de Vsucap. usucapto vero
ervo intereunt operæ. *d. l. 2. D. de Vsufr. leg.*
peræ quoque non intereunt non utendo aut ca-
itis diminutione. *h. l. 2.* operarium liberti obli-
ationes capitis diminutione minimâ tolluntur.
. 1. *Inst. de Adquisit. per adrog.*

DE SERVITUTIBUS.

XXIV. *Ad l. 4.*] Servitus realis (quæ ple-
umque intelligitur, quando simpliciter servitu-
is nomen usurpatur) ipso jure neque ex tempo-
e, neque ad tempus, neque sub conditione
ctualiter acquiritur. *h. l.* verum sub conditione
ectè promittitur. *l.98. in pr. D. de V. O.* ex qua
onstitutione non oritur jus reale, sed tantum
ersonale, ut servitus conventione constituta,
er traditionem acquiratur. *l. fin. D. h. t.* Ita si
ua aqua nondum appareat, ejus iter-ductus ex
ententia quidem Pauli constitui nequit. *l. ult. D.*
i serv. vindic. Sed hoc à Labeone *in fin. ejusd. l.*
& in l.10. D. de S. R. P. corrigitur, ut liceat aquâ
ondum inventâ servitutem aquæ ductus consti-
uere, quemadmodum licet ædificio nondum
dificato servitutem imponere. *h.l.l. 23. §. 1. D.*
e S. V. P. Sed illa constitutio tum demum in
ctum deducitur, quando est ædificatum, aqua
nventa, nam quod ad actualem acquisitionem

ſervitutes prædiales ſine prædiis conſtitui nequeunt. *l.* I. *D. Commun. præd.*

XXV. *Ad l.* 8.] Ut liceat ſpatiari in alieno, cœnare, pomum decerpere ſervitus imponi non poteſt. *h. l.* ratio hæc dari ſolet, quoniam nulla ſervitus conſtituitur, niſi quæ prædio dominanti utilitatem adferat. *l.* 15. *D. h. t.* ſaltem potentia ſi non actu ſemper. *l. pen. D. eod.* Quare per jus ambulandi in definitione itineris non intelligunt jus ſpatiandi, ſed ultro citroque commeandi ad res vicino prædio neceſſarias in *l.* 1. *D. de S. R. P.* niſi quis malit, amœnitatem quandocunque ſignificare utilitatem, quomodo etiam conſtituitur uſusfructus nummorum veterum, ſtatuarum & imaginum. *l.* 28. *&* 41. *D. de Vſufr.* &, ex SCto, odorum & imaginum. *l. pen. D. de Vſufr. ear. rer.* ita quoque aquæ ductus amœnitatis gratia conſtituitur. *l.* 3. *D. de Aq. quotid. & æſtiv.* Verum ſi ſolius amœnitatis gratia aquæ ductus conſtituatur, non dicitur ſervitus realis, *arg. d. l.* 15. unde non inconcinnè judicant alii, ſpatiari, cœnare in alieno, decerpere pomum, eſſe hominum jura & deberi vi pacti perſonalis, ut perſonis debeantur, & cum perſonis extinguantur, neque in emptorem fundi aut heredem transferantur, vid. *l.* 12. *D. de Ann. legat. l. fin.* §. 1. *D. de Contrah. empt.* Non ſunt ſervitutes, nec prædiorum, nec rerum. *l.* 1. *D. h. t. jung. d. l.* 12.

XXVI. *Ad l.* 9.] Si ſervitus itineris vel viæ ſine ulla determinatione partis fundi in teſtamento

mento relinquatur, electio est legatarii, ut eligat sibi locum commodum, in quo servitus constituatur, modo id fiat absque prædii servientis incommodo, nam non licet ita uti servitute, ut fructus fundi lædantur. *l.* 7. *D. de S. R. P.* & ubi legatarius certâ parte fundi ire agere cæperit, reliquæ partes fundi erunt liberæ. *l.* 13. §. 1. *D. eod.* Quod procedit, quando testator usus est verbis vindicationis, ubi servitus ipso jure & sine ullo facto heredis constituitur & legatario adquiritur. *l.* 64. *D. de Furt. h. l.* sed si testator usus fuerit verbis damnationis, ceu, ut loquuntur antiqui glossatores, verba sint directa ad heredem, electio tribuitur heredi. *l.* 26. *D. de S. R. P.* quæ quidem distinctio quod ad verba est sublata, sed in variis effectibus ejus vestigia in Pandect. remanserunt: Add. quæ dicentur infra *ad l.* 34. §. 9. *D. de Legat.* 1. Quod si inter se partes convenire nequeant, eligatur arbiter, qui determinet locum, qui servire debeat. *l.* 13. §. 1. *D. de S. R. P.*

XXVII. *Ad l.* 13. *in pr.*] Qui habet actum, habet jus agendi jumentum vel vehiculum. *l.* 1. *D. de S. R. P.* item jus armenta trajiciendi. *l.* 12. *D. eod.* hoc armenti vocabulo boves veniunt. *l.* 89. *D. de V. S.* sed interdum actus vel propter angustiam loci vel propter partium conventionem restringitur, ut sub eo vehiculum non contineatur, *h. l.* 13. Ita actus pacto rectè limitatur, ut sit sine itinere. *l.* 4. §. 1. *D. Si servit. vindic.*

quà ex vi & proprietate verbi iter tanquam servi
tus consideratur, atque hoc sensu qui iter petit,
actum petat, ei non obstabit exceptio rei judica
tæ, *l.* 11. §. 6. *D. de Except. rei judic.* sed per con
sequentiam ex præsumpta mente contrahentiun
non est actus sine itinere. *l.* 1. *D. de Adim. legat*

XXVIII. *Ad l.* 14.] Usucapionem maxi
mè recipiunt res corporales, quarum vera a
propria est traditio & possessio, ἐκ χερὸς εἰς χεῖ
ρα μετάθεσις. *l.* 9. *D. de Usucap.* particula, *maxi
me* sæpè sumitur pro *ita demum. l.* 2. §. 2. *in fin*
D. de Hered. vend. Nov. 22. *c.* 26. *circ. med. princ*
Res incorporales traditionem & usucapionem
non recipiunt. *l.* 43. §. 1. *D. de A. R. D.* In speci
servitus, quia non habet certam continuamqu
possessionem, non usucapitur. *h. l.* sustulit ean
usucapionem lex Scriboniana, quæ servituten
constituebat. *l.* 4. §. *fin. D. de Usucap.* Sed pro
pter quasi possessionem ei præscribitur diuturn
usu. *l.* 10. *D. Si servit. vind.* h. e. ad exemplun
rerum immobilium spatio decennii inter præ
sentes, vicennii inter absentes acquiritur. *l.* 2. *C*
de Servit. Unde sine dubio ductus aquæ, cuju
origo memoriam excessit, constituti loco habe
tur. *l.* 3. §. 4. *D. de Aq. quotid. & æstiv. l.* 1. §. *fin*
D. de Aq. pluv. arc. In hac servitutum præscri
ptione sufficit usum esse non vi, non clam, no
precario, nec est necesse docere de jure, quo ser
vitus est constituta. *d. l.* 10. proprie igitur, titu
lus non requiritur, neque etiam scientia domini

l. ult

ult. in fin. ibi *nulla scientia vel ignorantia exspe-anda. C. de Præscript. long. temp.* licet Antoni-us consultus de tali facti specie scientiæ men-onem faciat in *d. l. 2. C. de Servitut.* Apud Ant-erpienses servitutes ne quidem spatio centum nnorum acquiruntur. Stat. Antwerp. *tit. 62. §.* ;. Idem videntur statuere Ruremundenses, isi tempus hominum memoriam excesserit; L. Rurem. *p. 2. tit. 5. §. 6. art. 1. & 2.* sed in eliquis partibus hujus provinciæ, ut & in Hol-ndia præscriptio trientis seculi *een verjaringhe an een derdendeel van hondert jaeren*, hîc locum abet.

XXIX. *Ad l. ult.*] Interdicta possessoria Uti ossidetis & Unde vi in servitutibus realibus, uarum vere nulla possessio est, locum non ob-inent, *arg. l. 1. §. 1. D. de Vi & vi arm. l. 1. in pr.*).*Uti possid.* licet alia interdicta, veluti possesso-ia, pro iis sint constituta. *h. l. titt. de Itin. & act. riv. de Cloac. de Flum. &c.* Interdictum quidem Iti possidetis dicitur locum habere, si quis pro-ibeatur suo uti. *l. 8. §. 5. in fin. D. Si serv. vind.* ;ed hoc pro libertate utendi re sua, non etiam ro defendenda servitute competit. *l. 3. §. 2. &* ;. *D. Uti possidet.*

DE SERVIT. URB. PRÆD.

XXX. *Ad l. 2.*] Cum eo qui altius tollendo obscurat vicini ædes, quibus non servit, nullam ctionem habemus. *l. 9. D. S. V. P.* quia licet jure

jure naturalis libertatis ædes uſque in cælum tol-lere. *l.* 8. *C. de Serv.* Verum & interdum jus al-tius tollendi eſt ſervitus. *h. l. l.* 2. *D. de S. R. P.* § 2. *Inſt. de Action.* vel quando ita conventum eſt veluti ne mihi altius tollenti per factum vicini officiatur, vel quando eſt remiſſa ſervitus altius non tollendi, vel quando in gratiam privatorum in civitate jus eſt, ne cum incommodo vicini contra conſuetam altitudinem altius ædificetur cui juri renuntiare licet; vid. *l.* 11. & 24. *D. de S. V. P. l.* 1. & *l.* 2. *l. pen.* §. 1. *C. de Ædif. privat.* quomodo ædificia in multis civitatibus æquali altitudine præcipue in Ducatu Bavariæ & Uratislaviæ ſunt conſtructa; Et adverſus eum, qui modum altitu-dinis uſitatum exceſſit ædificando, novi operis nuntiatio competit. *l.* 1. §. 17. *D. de Oper. nov. nuntiat.* cujus nuntiationis fuit tanta autoritas ut id, quod ædificatum erat illicitè, protinus di-rueretur. *l.* 11. §. 14. *D. de Legat.* 3. Hæc ſervi-tus altius tollendi dicitur urbana, *h. l.* quando debetur prædio urbano, ſed quando ruſtico præ-dio debetur, eſt ruſtica, *D. d. l.* 2. *D. de S. R. P.*

XXXI. *Ad l.* 4. 12. & 17.] Servitute ne lu-minibus officiatur conſtituta hoc maxime adepti videmur, ne vicinus altius adificando mi-nuat lumina noſtra jam conſtituta. *h. l.* 4. ubi additur *maxime*, quia qui debet ſervitutem Ne luminibus officiatur, non tantum altius ædifi-cando minuere ædificiorum noſtrorum lumina prohibetur. *D. d. l.* 4. *D. de S. V. P.* Sed & ſi ar-borem

borem ponat, ut lumini officiat, contra impositam servitutem fecit. *h. l.* 17. Ædificia autem, quæ patiuntur servitutem, ne quid altius tollatur, viridaria super eam altitudinem habere possunt. *h. l.* 12. Si cautum sit, Ne luminibus officiatur, & futurum & præsens lumen significatur, sed si servitus imposita fuerit, lumina quæ nunc sunt, ut ita sint, de futuris nihil caveri videtur. *l.* 23. *D. de S. V. P.* non obstante *l.* 12. *C. de Servit.* Servitute luminum constituta id acquisitum videtur, ut vicinus lumina nostra excipiat, ut lumen nobis necessarium relinquat, ac primordiale lumen nobis concedat; Servitus ne officiatur luminibus respicit magis conservationem luminum præteritorum, ne vicinus aliquid faciat, quo lumen minuatur, licet lumina alias abundent. *h. l.* 4. An, cui debetur servitus luminum, habet jus aperiendi fenestras in suo pariete, ex quibus in vicini aream prospiciat? Quid ni? non quidem servitutis luminum, sed dominii vi; in suo enim hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittitur. *l.* 8. §. 5. *D. Si serv. vind.* verum ex adverso licet vicino, cui hîc prospectus molestus est, tollere ædes suas, parietem atque tabulatum & quidlibet in suo erigere, quo prospectum iis fenestris præcludat, *arg. l.* 9. *&* 15. *in fin. D. de S. V. P.* Concordat Praxis hodierna. Non tamen licet socio citra consensum socii in pariete communi fenestras aperire. *l. pen. D. eod. l.* 2. *&* 11. *D. de Servitut. l.* 6. §. 1. *D. Commun. præd.*

præd. l. 19. *&* 34. *D. de S. P. R. l.* 3. *D. de Servit. leg. l.* 140. *D. de V. O.* Ratio eſt in *l.* 28. *D. Commun. div.* Conſentiunt LL. Hollandiæ, Daventrienſium, Antwerpienſium, Ruremundenſium, Mechlinienſium. ll. Daventr. *p.* 3. *tit.* 9. *§.* 9. Rurem. *p.* 2. *tit.* 5. §. 3. *art.* 14. Mechlinienſ. *tit.* 14. *art.* 14. Quod tamen intellectum volo, ſi ſervitus poſſideatur pro indiviſo, nam fundo certis regionibus inter ſocios diviſo, unusquisque dominus pro ſua parte ſervitutem imponit. *l.* 6. *D. de Servitut.* Benigna tamen ratione receptum eſt, ut ceſſionis ab uno factæ valor pendeat, neque is, antequam noviſſimus ceſſerit, eum, cui ceſſit, vetare uti jure ceſſo poſſit. *l.* 11. *D. de S. R. P.* Quinimo ceſſione noviſſima priores confirmantur, & perinde habetur, ac ſi omnes eo demum tempore ceſſiſſent. *l. fin. D. Commun. præd.*

XXXII. *Ad l.* 28.] Omnes ſervitutes prædiorum perpetuas cauſas habere debent, vel actu vel aptitudine ceu potentia, unde neque ex lacu neque ex ſtagno ſervitus conſtitui poteſt. *h. l.* niſi lacus habeat aquam vivam, perennem & perpetuam quò *l.* 1. *§.* 8. *&* 41. *D. de Aq. quotid. & æſtiv.* Sed nihil obſtat, quo minus ſervitus navigandi in lacu conſtituatur. *l.* 23. *§.* 1. *D. de S. R. P.* Conſtitutio ſervitutis, ut aqua per rotam tollatur vel hauriatur ex flumine, velut ex caſtello aqua ducatur, ipſo jure non valuit, verum ex æquitate prætoris ſuſtinetur. *l.* 2. *D. Commun. præd.*

ræd. quomodo moribus hodiernis jus forami-
nis in imo pariete conclavis vel triclinii, quod
esset proluendi pavimenti causa, conservatur,
n rei veritate jus tale servitus non est. *h. l.* Est
amen servitus, fumi immittendi. *l.* 8. *§.* 5. *D. Si*
ervit. vindic.

XXXIII. *Ad l.* 38.] In servitutibus urba-
nis exigitur, prædii vicinitas, quando imponitur
ervitus tigni immittendi, vel oneris sustinendi,
t quando debetur servitus altius non tollendi,
prospectus, & ne prospectui officiatur, nihil in-
terest vicinæ sint ædes, an non. *l. 6. in pr. & l.*
eq. §. 1. *D. Commun. præd. l.* 5. *D. Si servit. vind.*
nisi in tantum distent ædes, ut prospici non pos-
sint, vel medius mons earum prospectum aufe-
rat. *h. l.* In servitutibus etiam rusticis non exigi-
tur prædii vicinitas. *l.* 14. §. *ult. D. de Servitut. l.*
1. *in pr. D. de S. V. P. l. ult. D. de S. R. P. l.* 17. §.
2. *D. de Aq. pluv. arc.* Et quæ hîc exigi solet vi-
cinitas non tam ex prædiorum contiguitate,
quam ex commoditate utendi æstimanda est, ita
quidem ut intermedium prædium tum demum
obsit servituti, si liberum ejus exercitium impe-
diat, veluti intermedium prædium privatum
quod non servit. *l.* 7. *in fin. D. de S. R. P.* Locus
sacer vel religiosus. *d. l.* 14. *§. ult. d. l.* 17. §. 3.
& 4. Solum publicum intermedium non sem-
per nocet. *d. l.* 1. *in pr. D. de S. V. P.* nec flumen
quidem, si aut vado possit transiri aut pontem
habeat; diversum si pontonibus trajiciatur. *d. l.*
ult.

ult. D. de S. R. P. quia, fortè si desint pontones aut etiam tanta sit vis fluminis, quod nec pontonibus trajici possit, *d. l. 17. §. 2.* servitus causan perpetuam non haberet: Pontones fuere genu navigii Gallici, quo etiam verbo utuntur Aquitani, & transvectores fluminum pontonario vocant.

EXERCITATIO DECIMA,

RESPONDENTE

BERNHARDO à WELDEREN.

DE SERVIT. RUSTIC. PRÆD.

I. A*d l. 25.*] Nec acquiri nec imponi servitus pro parte potest. *l. 8. §. 1. & l. 11 D. de Servitut. l. 6. §. 1. D. Commun. præd. l. 34 D. h. t. l. 30. §. 1. D. de S. V. P.* quia servitus natura sua non recipit divisionem. *l. 17. D. de Servit.* sed commoditas certis mensuris recte determinatur. *h. l.* Servitus semel constituta pro parte etiam retinetur. *d. l. 8. §. 1. l. pen. §. fin. D. de V. O.* quod accipiendum non est de parte ipsius servitutis, sed de parte prædii, cui illa debetur; quod divisum commoditatem utendi ad se trahit, & hoc casu jura dividi dicuntur. *l. 19. §. fin. D. Commun. divid.*

II. *Ad l. pen.*] Quædam servitutis imaginem re-

referunt, quæ vel precario concessa arbitrio domini revocantur, vel personis permissa, cum ipsis quoque, quibus cohærent, personis intereunt. *l. 3. D. de Precar. l. pen. D. de Servit. leg. l. 8. §. 3. D. de Liberat. legat.* Ita licet aquæ ductus & aquæ haustus sint servitutes prædiorum. *l. 1. D. h. t. §. 2. Inst. de Servit.* per partium tamen conventionem, vel ultimam voluntatem disponi potest, ut usus aquæ ad heredem non transeat, veluti si testator personam demonstraverit, cui servitutem præstari voluit, heredi non eadem præstabitur servitus *l. 4. D. eod.* Atque hoc respectu dicitur usus aquæ personalis in *h. l. add. l. 14. §. fin. D. de Alim. legat.* Imò aquæ ductus interdum à fundo separatur, nec semper ad fundi servitutem refertur, quia à quocunque etiam fundum non habente duci potest. *l. 1. §. 12. D. de Aq. quotid. & æst.*

SI SERV. VINDIC.

III. *Ad l. 7. & 12.*] In servitutis restitutione etiam cautio interponi solet de non offendendo in futurum. *hh. ll.* sed hæc cautio non exigitur in controversiis rerum corporalium, ubi sufficit rem ipsam restitui cum fructibus. *l. 68. D. de R. V. §. 2. Inst. de Offic. jud.* præstatur quidem ibi interdum satisdatio, verum de re conservanda, donec lis judicio petitorio decisa fuerit. *l. un. C. Uti poßid.* Hæc cautio hodie præstari non solet.

QUEMADM. SERV. AMITT.

IV. *Ad l. 4. l. 10. §. 1. & l. 18. §. 1.*] Servitutes, ſive ruſticæ fuerint ſive urbanæ, non utendo per decennium vel viginti annos amittuntur. *l. pen. C. de Servitut.* olim ſervitutes ruſticæ per biennium non utendo omnimodo amittebantur. Paul. 1. *Recept. ſentent. tit.* 17. Servitus autem ruſtica ſolo non uſu per ſtatutum tempus amittitur, vel ſufficit hîc, non uti eum, cui ſervitus ruſtica debetur, licet alter nullum impedimentum faciat. *h. l.* 10. §. 1. excipitur iter ſepulchro debitum, quod non utendo nunquam amittitur. *h. l.* 4. In urbanis autem ſervitutibus requiritur inſuper, ut vicinus ſimul uſucapiat libertatem prædii ſui, & aliquid novi faciat in ædibus ſuis, alioquin integrum jus ſervitutis urbanæ remanet, quomodo ſervitus tigni immittendi non utendo amittitur, niſi dominus parietis ſervientis foramen obturaverit, & per tempus conſtitutum ita habuerit. *l. 6. D. de S. V. P. l.* 4. §. 27. *D. de Vſucap.* Sic & tempus quo non eſt uſus præcedens fundi dominus, cui ſervitus ruſtica debetur, imputatur ei, qui in locum ejus ſucceſſit. *h. l.* 18. §. 1. Sed in ſervitutibus urbanis tempus, quo venditor poſſedit ædes, emptori non computatur in uſucapienda libertate. *l.* 32. §. 1. *D. de S. V. P.*

V. *Ad l.* 14.] Interitu totali rei, quæ debet ſervitutem, amittitur ſervitus, *arg. l.* 24. *D.*

Quib.

Quib. mod. usufr. am. sed inundatione agri non omnino servitus perimitur, verum durante hoc impedimento usus ejus suspenditur. h. l. Idem dicendum est, si servitus inhæreat solo non superficiei, quâ sublatâ, si solum maneat salvum, non extinguitur servitus. l. 20. §. 2. D. de S. V. P. l. 13. D. de S. R. P. Concordant LL. Daventr. p. 3. tit. 9. §. 14.

Ad L. Aquil.

VI. *Ad l. 9. in pr.*] In legem Aquiliam, in qua de damno sarciendo solum agitur, venit culpa etiam levissima. *l. 44. D. h. t.* In lege Cornelia de Sicariis, ne lata quidem culpa, quæ alias dolo proxima judicatur, etiam in criminalibus, sed dolus tantum vindicatur, h. e. merum hominis occidendi consilium. *l. 7. D. Ad l. Cornel. de Sicar.* non exitus. *l. 1. §. 3. l. 14. D. eod.* In lege Cornelia quoque mandator cædis pro homicida habetur. *l. 15. D. Ad l. Cornel. de Sicar.* imò qui mandat hominem vulnerari, & prohibet expresse, ne occidatur, si mandatarius hominem occiderit, pœna ordinaria afficiendus est, debuit scire, vulnera non posse infligi ad mensuram, rem esse mali exempli, juxta *l. 3. §. 2. D. eod. & l. 38. §. 5. D. de Pœn. Iacere telum voluntatis est, ferire quem nolueris fortunæ.* Nihil interest, occidat quis an causam mortis præbeat. *d. l. 15. in pr.* Hæc quidem regula observatur in L. Cornelia, sed in L. Aquilia distinguitur, ut, qui hominem

occidit, actione directa, qui vero causam mortis dedit, actione in factum accommodata L. Aquiliæ teneatur. *h. l.*

VII. *Ad l.* 23. §. 9.] Quoties de re familiari competit actio civilis & accusatio criminalis publica, utrâque licet experiri, nec, si civiliter actum fuerit, criminalis consumitur, & similiter è contrario. *l. un.* C. *Quand civ. act. crimin.* sed regulariter quando civili disceptationi principaliter motæ quæstio criminis incidit, & vice versa, potest judex eodem tempore utramque disceptationem sua sententia dirimere. *l.* 3. C. *de Ord. judic.* Fit tamen sæpè, ut civili disceptatione intermissa prius de crimine judicetur. *l. ult.* C. *eod.* Interdum etiam, quando ex eadem causa nascitur actio civilis & criminalis, evenit, ut præjudicium judicio publico fiat, sicut in actione L. Aquiliæ & simm. *l.* 4. *D. de Publ. jud.* h. e. ut hac vel illa actione prius agi possit, non tamen, ut, postquam una actum est, altera extinguatur; nam, si pro homine occiso lege Aquilia quis egerit, præjudicium fieri Corneliæ non debet. *h.* §. Moribus etiam hodiernis actio civilis non præjudicat criminali, verum utraque ab eodem exerceri nequit, quia, ut supra ostendimus, hodie solus fiscus, ejusque procuratores publicam ex crimine vindictam, cæteri damnum privatum prosequuntur. Statut. Antwerp. *tit.* 13. §. 4.

VIII. *Ad l.* 29. §. 2. *&* §. 4.] Si tonsor totonderit, ubi ex consuetudine ludebatur vel ubi trans-

ansitus frequens erat, & pilâ in ejus manus in-
olans novaculam, qua servum radebat, in ejus
gulam impulerit, tenetur tonsor l. Aquilia,
quamvis etiam aliqua sit culpa servi, qui in loco
periculoso hîc sellam habenti tonsori se com-
misit. *l.* 11. *D. h. t.* Imperitia quoque culpæ ad-
numeratur. §. 7. *Inst. eod.* unde si medicus ser-
vum imperitè secuerit, vel ex locato vel ex l.
Aquilia competit actio. *l.* 7. *§. fin. D. d. t.* serv.
actio l. Aquiliæ consumit actionem ex locato,
non omnino vice versa. *l.* 34. *§. fin. D. de O. & A.*
idem est, si medicamento perperam usus fuerit.
8. *D. h. t.* sed si medicus pharmacum salutare
præbuerit, cauteriove ex artis præscripto usus
fuerit, ei negligentia eorum, qui spreto medici
consilio res noxias & à medico damnatas ægroto
indulgent, nocere non debet, quemadmodum
nec eventus mortalitatis, sive fatum medico im-
putari debet. *l.* 6. *D. de Offic. præsid.* Si navis fune
rupto aut cum à nullo regeretur alteram contra
venientem obruerit, cum domino agendum
non est, *h. §.* 2. si violentia venti navis abripia-
tur, funesque etiam novi & validi satis rumpan-
tur. *h.* §. 4. sed si in potestate nautarum fuerit,
ne id acciderit & culpa eorum damnum datum
sit, lege Aquilia cum nautis agendum est. *d.* §. 2.
In Praxi etiamsi violentia ventorum id contige-
rit, damnum utrinque est commune, atque ita
sæpius judicavit suprema Hollandiæ Curia.

IX. *Ad l.* 33.] Pretia rerum regulariter non

ex affectione, nec utilitate ſingulorum, ſed communiter funguntur. *h. l. l.63. D. Ad l. Falcid.* niſi dolo aut contumacia rei res non reſtituatur vel exhibeatur, quo caſu rem ab actore uſque in infinitum æſtimari dixi ſupr. *ad l. 68. D. de R. V.* An igitur diviſio ejus quod intereſt in ſingulare, commune, & conventum tolerari poteſt? Nullâ ratione, evincitur enim ex ſuperiore regula *h. l.* nullum dari intereſſe affectionis; hoc, quod revera inducitur damnum, reddatur. *l. un. C. de Sentent. quæ pro eo quod int.* Conventum vocant pœnam partium conventione definitam, ſi quid factum non ſit, aut factum aliter, quam conventum, ſecundum *l. ult. D. de Prætor. ſtipul.* Non minus ridicule. Nam cum pœnam quis ſtipulatur, non illud inſpicitur quid interſit, ſed quæ ſit quantitas pœnâ comprehenſa. *l. 38. §. 17. D. de V. O.* Pœna igitur eſt certa, id quod intereſt incertum. *d. l. ult. §. fin. Inſt. de V. O.*

X. *Ad l. 39. §. 1.*] Si quadrupes contra feritatem naturalem commotum nocuerit, datur domino, & ei cujus intereſt, actio noxalis adverſus dominum, quatenus in ejus manſit poteſtate ut aut damnum reſarciatur, aut animal noxæ dedatur. *l. 1. & 2. D. Si quadrup. paup.* quam noxæ deditionem dominus beneficio legis habet. *l. 6. §. 1. D. de Re judic.* niſi animal ab animali provocato interimatur. *l. 1. §. 11. D. eod.* nam ut loquuntur Græci ἀμηνομένῳ ἄμεινον, & contra ſemper eſt conditio deterior provocantis, etiam in

in hominum genere. Moribus hodiernis actiones noxales ab usu recesserunt, & datur citra noxæ deditionem actio directa adversus dominum quadrupedis, & damnum à judice æstimatur, imo dominus, si animal, quod nocuit, receperit, mulctatur. Ord. Imper. *art.* 130. Ordinat. Frisic. *lib.* 2. *tit.* 3. §. 4. In impensas autem curationis & reliqua damna eodem jure non tenetur, contra *l.* 3. *D. Si quadrup.* Quod si secundum naturam quadrupes pauperiem fecerit, cessat actio noxalis, & si pecus alienum ultrò depascat nostras glandes seu fruges, datur actio de pastu pecoris ex *l.* 12. *tabb. l.* 14. *§. fin. D. de Præscript. verb.* Si immissum ab alio, est actio utilis l. Aquiliæ. *l. ult. C. Ad l. Aquil.* Quod si vero dolo alterius quadrupes tua damnum mihi dederit, datur actio de dolo malo, si dominus quadrupedis non sit solvendo. *l.* 7. §. 6. *D. de Dol. mal.* sic nec habet actionem qui læsus est à quadrupede, quam in se proritârat; & Aquilia tenetur, qui canem irritavit, ut is alterum morderet. *l.* 11. §. 5. *D. h. t.* qualis nulla culpa fuit penes agasonem in *l. ult. D. Si quadrup.* Cæterum pecus alienum in nostro prædio deprehensum, non jure includitur, sed vel est abigendum sine damno, vel dominus admonendus, ut suum recipiat. *h. §.* Ubi autem glans ex arbore tua in meum fundum cadit, eamque immisso pecore depasco, in factum agendum erit. *d. l.* 14. §. *fin.* Moribus hodiernis pecus alienum in nostro inventum in-

cludere & pignoris loco retinere, licet domino, aut jus in re habenti, donec ſatisfiat de damno dato, quod vocant *ſchutten, opbinden*, unde *opbindinge*. Vid. Ord. Friſior. *d.loc. art.* 1. aliis publico ſtabulo includuntur pecora.

XI. *Ad l.* 51.] Si ſervum lethaliter vulneratum alius itidem lethaliter vulneret, uterque de occiſo tenetur, quando vulnus prius fuit ſimpliciter lethale, quod paucarum horarum vel dierum ſpatio mortem infert neceſſariò. *h. l.* at quando vulnus non eſt ſimpliciter lethale, ex quo homo nec citò nec neceſſariò moritur, prior de vulnerato, poſterior de occiſo convenietur. *l.* 11. §. 3. *D. ad l. Aquil.* Ita ſi ſervus mortiferè vulneratus, poſtea ruina, vel naufragio vel alio ictu maturius perierit, agetur non quaſi de occiſo, ſed quaſi de vulnerato. *l.* 15. §. 1. *D. eod.* Hâc in difficultate ſtandum eſt judicio Medicorum, & Praxis recepit, ut, ſi quis attigerit diem quadrageſimum non vulnere, ſed fato mortuus credatur, quod indubitatum putatur, ſi vulneratus aliquando melius habuerit ex die illati vulneris, ut ſi ſæpè in publicum prodierit; aliud ſtatuitur, ſi in diem uſque mortis auctô ſemper periculô tandem deceſſerit, licet poſt diem quadrageſimum, alibi præfigitur ſpatium ſemeſtre, *wanneer een die gewondet is geweeſt, daer nae ſes weecken heeft gegaen over ſtraete*, atque qui vulneravit non de occiſo ſed de vulnerato convenitur. Si plures ſervum percuſſerint, neque appareat, cujus ictu perierit, omnes

omnes quasi occiderint tenentur l. Aquilia. *d. l.* 11. §. 2. In l. Cornelia de Sicariis, si in rixa percussus homo perierit, ictus uniuscujusque in hoc collectorum contemplari oportet. *l. fin.* D. *Ad l. Cornel. de sicar.* si percussor ignoretur, omnes gladio puniri, durum foret, hîc satius est, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare. *l.* 5. D. *de Pœn.* Neque excipio autorem rixæ, à quo distinguendus est auctor seditionis. *l.* 3. §. 4. *vers. item qui auctor*, D. *Ad l. Cornel. de sicar.* omnes tamen illo casu extra ordinem plectendos esse, judicat sententia usu comprobata.

DE NOXAL. ACTION.

XII. *Ad l.* 22. §. 1.] Possessio naturalis non distinguitur à civili solo corpore & animo, prout non satis accuratè colligitur ex *l.* 10. C. *de A. P.* Sed differentia in eo consistit, ut, qui possidet civiliter, animo domini possideat. *h. l.* seu credat possessor se esse dominum. *l.* 13. §. 1. D. *de Public. in rem act.* Quando autem quis tenet rem cum affectu sibi habendi citra animum & opinionem domini, hic possidet naturaliter. *h. l.* etiamsi rei corporaliter non insistat, unde creditor, quem dixi supr. *ad l.* 15. §. 2. *Qui satisd. cog.* pignus naturaliter possidere, si pignus traditum domino locaverit, per locationem retinet possessionem naturalem. *l.* 37. D. *de Pignor. act.* Eo-

dem ſenſu dicitur debitor precario re ſua uti. *l.* 35. §. *fin. D. eod.*

FIN. REGUNDOR.

XIII. *Ad l.* 1.] Actiones finium regundorum, familiæ erciſcundæ, & communi dividundo ſunt mixtæ, quà uterque actoris & rei partes ſuſtinet. *l.* 37. *D. de O. & A. l.* 2. §. 3. *l.* 44. §. 4. *D. Famil. erciſc.* quamvis actor is eſſe videatur, qui ad judicium provocavit. *l.* 2. §. *fin. D. Commun. divid.* cum ambo ad judicium provocant, ſorte res diſcerni ſolet. *l.* 14. *D. de Iudic.* Sed non ſunt mixtæ, partim in rem; partim in perſonam; Omnis enim actio eſt vel in rem vel in perſonam, tertium genus non datur. §. 1. *Inſt. de Action. l.* 25. *D. de O. & A.* videntur mixtam cauſam obtinere. §. 20. *Inſt. de Action.* in rei veritate ſunt in perſonam. *h. l.* 1. *l.* 1. §. 1. *C. de Annal. except.* Actio finium regundorum eſt in perſonam, licet pro vindicatione rei eſt, verba ſunt *d. l.* 1. locutio poſterior eſt impropria, nihil enim hîc vindicatur, tantum agitur, ut fines regantur, diſterminentur: quemadmodum actio familiæ erciſcundæ dicitur conſtare ex duobus, ex perſonalibus præſtationibus, & ex rebus, non vindicandis, ſed dividendis, in *l.* 22. §. 4. *D. Fam. erciſc.*

XIV. *Ad l.* 4. §. 3.] Si quis judici non pareat in ſuccidenda arbore vel ædificio in fine poſito deponendo, condemnabitur. *h.* §. ſed hoc non eſt referendum ad juſſum Magiſtratus de reſtituen-

ituendo, prout obtinet in actionibus arbitra-
is. §. 31. *Inst. de Action.* Verum de qua alia re,
uæ secundùm naturam hujus actionis præstari
ebeat, ut, si judici non obtemperetur, reus ob
ontumaciam mulctetur. §. 6. *Inst. de Offic. jud.*
st ne igitur actio finium regundorum bonæ fi-
ei, an stricti juris? Certe bonæ fidei non est,
rg. §. 28. *Inst. de Action.* adjudicationes quidem
icuntur hîc fieri ex bono & æquo. §. 20. *in fin.*
nst. eod. sed non omne æquum & bonum facit
ctionem bonæ fidei. *arg. d.* §. 31. add. *l.* 66. *D.*
e Condict. indeb. l. 2. §. 2. *in fin. D. de Precar.*
Nec est arbitraria, stricti juris igitur, licet rei
indicationis naturam imitetur, qua fructus ante
item contestatam percepti, si exstent, in hoc ju-
licium veniunt. *h. l.* §. 2. *junct. l.* 22. *C. de R. V.*

FAMIL. ERCISCUND.

XV. *Ad l.* 1. *in pr.*] Actio familiæ erciscun-
dæ nascitur coheredibus à communione discede-
re volentibus. *h. l.* quare ei ne quidem spatio 30.
vel 40. annorum præscribitur, ne quis invitus
cogatur manere in communione, contra *l. ult.*
C. Commun. divid. quæ solet discordias excitare.
l. 77. §. 20. *D. de Legat.* 2. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη·
Bona res non est, multorum dominium. add. *l.* 26. §.
4. *D. de Condict. indeb.* Imò licet conveniat, ne
omnino fiat divisio, pactum tale nullas vires ha-
bet. *l.* 14. §. 2. *D. Commun. div.* Si tamen unus
ex coheredibus solus per annos 30. universam
posse-

possederit hereditatem, alter, qui agit actione familiæ erciscundæ, 30. annorum præscriptione repellitur. *l.* 1. *§.* 1. *C. de Annal. except.* Aliàs ne quidem testator prohibere potest, ne unquam bona hereditaria dividantur, *arg. dd. text.* quam eorundem alienationem rectè prohibet. *l.* 114. *§.* 14. *D. de Legat.* 1. Eodem tempore præscribitur actioni finium regundorum. *l. fin. C. Fin. regund.* Intra quinque pedum, qui ex l. Manilia inter agros confines relinqui solebant liberi, ad circumducendum aratrum, spatium, nulla usucapio admittebatur, quemadmodum fuit cautum *l.* XII. *tabb.* neque etiam intra istam latitudinem erat præscriptio longi temporis. *l.* 5. *C. eod.* secus ubi de proprietate quoque partis fundi quæstio movetur. *l.* 2. *§.* 6. *& l.* 7. §. 1. *D. Pro empt.* Alia est controversia de fine, intra quinque pedes, alia de loco ultra quinque pedes, cum locus quidam in confinio, vel in mediis agris, quam ad partem pertineat, quæritur; utraque controversia est de latitudine. *l.* 4. §. 10. *D. Fin. regund. l. fin. D. de Pignor. act.*

XVI. *Ad l.* 3.] Quia sæpe & solutio & exactio partium non minima incommoda habet, *h. l.* ideo debitum per partes obtrudi nequit, *pr. Inst. Quib. mod. toll. oblig. l.* 41. §. 1. *D. de Usur.* nisi creditor consentiat, quò ref. §. 1. *Inst. d. t. l.* 9. §. 1. *D. de Solut.* vel debitum pro parte sit liquidum, pro parte illiquidum. *l.* 21. *D. de R. C.* vel jus singulare aliud suadeat, quomodo favore liber-

bertatis, qui decem heredi dare jussus fuerit, heres etiam per partes accipere cogendus est. l. 4. §. 6. D. de Statu lib. Eodem jure emphyteuticorum & patrimonialium fundorum possessores canonem particulatim solvere possunt. l. 4. C. de Collat. fund. patrimon. lib. 11. Sed heredes pro portionibus hereditariis solventes liberantur. l. 1. C. Si cert. pet. l. 2. C. de Heredit. act. quia inter eos ipso jure nomina in portiones hereditarias ex lege duodecim tabularum sunt divisa. l. 6. C. Famil. ercisc. Ubi autem est stipulatio individua, heredes tenentur in solidum, nec ex persona heredum conditio obligationis immutatur. l. 2. §. 2. D. de V. O. Atque ista sententia moribus obtinuit.

XVII. *Ad l. 8. §. 2.*] Apes in nostro patrimonio computantur, earumque nomine nobis competit actio furti *h.* §. quando eas alveo inclusas habemus, alioqui conceduntur occupantibus. *l.* 5. §. 3. *D. de A. R. D.* quod est epitheton apium, neque apium ferarum fit mentio in *l.* 26. *D. de Furt.* quasi invenirentur apes mansuetæ. §. 14. *Inst. de R. D. & A. R. D.* Sententiam *d.* §. 3. Scabini Lipsienses judicando sunt secuti. Verum non ubique ea moribus servatur. Alibi is qui signat arborem, apes sibi acquirit; alibi dominus arboris, cui insederunt. In regno Franciæ terrarum domini occupant examen apium in suâ jurisdictione repertum.

XVIII. *Ad l. 20. §. 3.*] Facienda est divi-

sio

ſio officio judicis. *l. 3. & ſeqq. D. h. t.* Ergò ut major dividat, minor eligat, non eſt conſonum juri civili, exceptus eſt jure Canonico caſus ſingularis, ſi de dividendo Epiſcopatu agatur. *c. 1. de Paroch.* item ſi quis cum fiſco hereditatem communem habeat. *l. 1. C. de His qui ſe defer. lib. 10.* Quale exemplum quoque proponitur de Lotho & Abrahamo *Gen. 13.* Mores hîc variant: Alibi enim in partes quam pôteſt fieri æquiſſimas divisâ hereditate quiſque eam fert partem, quam ſors ei dederit, *arg. l. 3. C. Commun. de Legat. l. 2. C. Quando & quib. quart. pars. lib. 10.* In Germania ex prædicta Canoniſtarum ſententia major dividit hereditatem, atque ita electionem tribuit minori, quod & in Saxonia lege provinciali cavetur. *Landtr. l. 3. art. 39.* Commodiſſima inter liberos diviſio eſt parentis, cujus diſpoſitio qualiſcunque non tantum ſcripta, ſed & nuncupativa ſuſtinetur. *l. 16. §. ult. C. Fam. erc. l. 21. §. 1. C. de Teſtam.* Hanc ſententiam judicando ſecuta eſt ſuprema Friſiorum Curia. Et hæc procedit, licet nulli teſtes adhibiti fuerint. *arg. d. l. fin. Auth. Quod ſine. C. de Teſtam. Nov. 107. c. 1.* Itaque ſi ſcedula inveniatur patris manu ſcripta, vel ab alio ſcripta, & à patre ſubſcripta, in qua pater & tempus & nomina liberorum & uncias, ex quibus eos inſtituit, non *συμβόλοις τῶν ἀριθμῶν, notis, ſignis numerorum*, ſed *δι' ὅλων γραμμάτων integris literis*, declaravit, dubitandum non eſt, quin hæc ſcriptura

ura valeat, effectumque pleniſſimum inter li-
ros ſortiatur. *d. Nov.* 107.*c.* 1. *& Nov.* 18.*c.* 7. ſi
men extranea perſona liberis ſit mixta, volun-
s patris quod ad illam duntaxat perſonam vi-
tur, & liberis portio accreſcit. *d. l.* 21. §. 1. Et
et parens ſua diſpoſitione in æquales partes
ſignaverit, dum tamen liberi legitimam ſal-
m habeant, valet diſpoſitio *arg. dd. text.* At-
e ita in hypotheſi cenſuit Curia Ultrajectina.
nde concludo, illam diſpoſitionem ſuſtineri ju-
teſtamenti, non jure ſucceſſionis ab inteſtato,
t enim ſupremi judicii diviſio. *h.* §. dicitur te-
mentum, ſed imperfectum in *d. l.* 21. §. 1. C.
Teſtam. licet ex codicillis vel epiſtola parentis
beri ab inteſtato vocentur. *d. l. ult.* C. *Fam.*
ciſc. Quod ſi autem parens quædam bona reli-
erit indiviſa, æqualiter hæc inter liberos ſunt
videnda. *l.* 11. *&* 21. C. *h. t.* quomodo ſumitur
rtio hereditaria in *l.* 32. D. *eod.*

XIX. *Ad ejusd. l.* §. 4.] Judicium familiæ
ciſcundæ amplius quam ſemel non intentatur
§. quia ea actione univerſum jus hereditarium
judicium deducitur, & petitur dividi familia,
uæ unica tantum & in jure conſiſtens. *l.* 195. §.
. D. *de V. S.* licet res plures in facto conſiſten-
s contineat. §. 2. *Inſt. de Reb. corpor.* Ideò ar-
iter, qui familiæ erciſcundæ datur, fundum, de
uo quæritur in *l.* 30. D. *Fam. erciſc.* dividet,
mmunione, exemptis reliquis quoque cor-
oribus hereditariis: Petitio autem hereditatis
etiam

etiam ſæpius intentari poteſt, *l.* 10. *D. de Petit. hered. l.* 9. *D. de Except. rei judic.* Quod ſi autem quædam res indiviſæ relictæ ſint, judicio communi dividundo agetur *h. §.* ſed judex de rebus in judicium deductis non pro parte, ſed integrè pronunciare debet, ex uno enim judicio non poteſt res judicata in partem valere & in partem non valere. *l.* 27. *D. h. t.* h. e. ſententia non poteſt ſcindi in partes, ita ut de ea re, quæ in judicium venit, partim judicetur, partim non judicetur, imò propter partem, quæ omiſſa eſt, etiam pars, de qua judicatum eſt, pro non judicata habetur; Aliquando diviſio, quam fecit judex familiæ erciſcundæ pro parte valet, pro parte non valet, ſic nulla eſt diviſio libertorum, qui in hoc judicium non veniunt, diviſio cæterarum rerum valet. *l.* 41. *D. h. t.* Judex quoque, ſi multa ſint in lite capita, ſuper quibuſdam eorum ſententiam definitivam ferre poteſt, neque ſuper omnibus ſimul capitibus ſententiam pronuntiare compellitur. *l. pen. C. Sent. & interlocut.*

XX. *Ad l.* 35.] Naturalis rerum donatarum poſſeſſio penes liberos fuit vivo patre, ſed injuſta. *l.* 2. §. 2. *D. Pro donat.* nam patris donatio in liberos, quos habet in poteſtate, collata, eſt nulla. *l.* 1. §. 1. *D. Pro donat.* niſi pater filio in militiam proficiſcenti res quasdam donaverit. *l.* 4. *C. h. t. l.* 1. *C. de Caſtrenſ. pecul. lib.* 12. Cæterum donatio iſta olim confirmabatur teſtamento aut alia ſcripturâ. *l.* 16. *D. de Donat. l.* 5. *C. eod.*

eod. l. 2. C. de Inoffic. donat. item emancipa-
one, si parens emancipando liberos bona do-
ta eis non expresse ademerit. l. 31. §. 2. D. de
nat. vel heres donationem ratam habuerit.
4. D. Pro donat. Hodie quoque donatio con-
matur silentio, quod de morte donantis exau-
re solent, in l. 25. C. de Donat. int. vir. & ux.
oribus hodiernis sublatâ illâ singulari Roma-
rum potestate patria donatio inter patrem &
umfam. sustinetur: A donatione distinguitur
os, quæ non est causa lucrativa. l. 19. D. de O.
A. & prædia dotis causa data filiafam. sibi re-
nebat præcipua, nec fratribus conferre teneba-
r. h. l. Hodie filiæ dotem conferunt. l. 8. C.
Collat. nisi pater designaverit expressim, ne
eret collatio dotis. Auth. ex testamento. C. eod.
d & sufficiet indicium voluntatis, seu verba
quipollentia, ex quibus mens testatoris, aut vo-
ntas tacitè colligatur, arg. l. 39. §. 1. D. h. t.
XXI. Ad l. 36. 37. 38. & ult.] Judicium
miliæ erciscundæ redditur inter coheredes vo-
ntes recedere à communione. l. 1. D. h. t. qui
itur agit hac actione, fatetur adversarium esse
heredem, ὁ κινῶν τὸ τῆς διαιρέσεως δικαστή-
ιον, ὁμολογεῖ τὸν ἀντίδικον αὐτοῦ συγκληρονόμον
ναι. l. 1. §. 2. D. Si pars heredit. pet. in tantum,
si divisio sit facta judiciali autoritate cum he-
de, qui coheres non sit, cesset condictio, h. l.
5. quod propter auctoritatem rei judicatæ re-
eptum est. l. 207. D. de R. I. ante rem judica-

tam confessio ista non nocet. *h. l.* 37. vel ejus *l.* hic quoque sensus esse potest; Qui familiæ erciscundæ judicio agit, non ita confitetur adversarium sibi esse coheredem, quum sit ei integrum adversus eundem agere petitione hereditatis, uti in casu simili, *l.* 12. *§.* 1. *D. de A. P.* Quod si sine judice res diviserint, etiam condictio adversus coheredem putativum competit. *h. l.* 36. *in fin:* Propter divisionem etiam inæqualem subvenitur majoribus, ut, quod inæqualiter factum esse constiterit, in melius reformetur. *l.* 3. *C. Commun. utr. jud. l.* 3. *C. Ex quib. caus. major.* ubi tamen officium judicis non denotat restitutionis auxilium extraordinarium, sed judicium illud ordinarium, quod deservit judiciis bonæ fidei, Magistri id vocant mercenarium: Cæterum ex isto capite non aliter majores juvantur, quam si læsio excedat dimidiam justæ portionis partem. *h. l.* 38. Minoribus etiam succurritur, licet læsio non egrediatur partem dimidiam *h. l. ult.* In Gallia rescinditur divisio, si probetur læsio ad quartam usque justi pretii. Sed qui sorti rem committendam esse putavit, contra divisionem sortitò factam non restituitur, uti judicavit Senatus Frisiæ, nisi læsio enormissima arguatur.

COMMUN. DIVID.

XXII. *Ad l. 6. §. 2. & 6.*] Judicium communi dividundo non aliàs competit, quam si id socius gessit, sine quo partem suam administrare non

non potuit, ſin pouit, veluti ſi libera voluntate nihil hoc exigente rerum ipſarum qualitate, aut conditione impenderit, habet actionem negotiorum geſtorum. *h.* §. 40. *D. de N. G.* Quemadmodum ſi quid geſſerit coheres pro parte coheredum, quod potuiſſet pro ſua tantum parte gerere, datur actio negotiorum geſtorum. *l.* 20. *C. Fam. erciſc.* Verum ſi non potuerit rem ſuam gerere, niſi & rem totam gerere debuerit, non competit negotiorum geſtorum actio, ſed vel familiæ erciſcundæ, vel communi dividundo datur. *l.* 18. §. *fin. D. eod.* Concurrunt ergò actio familiæ erciſcundæ, communi dividundo, & negotiorum geſtorum. *l.* 3. *C. de N. G.* ſed diverſo reſpectu; nam v. g. quod coheres pignus liberavit, quod habet cauſam individuam. *l.* 25. §. 14. *D. Fam. erciſc.* habet contra heredes vel conſortes judicium illud univerſale, vel generale; quod autem eoſdem ære alieno liberavit, quæ cauſa eſt dividua. *l.* 6. *C. eod.* competit actio negotiorum geſtorum. Si quis item in locum communem purum ſine conſenſu ſocii mortuum intulerit, ut mortuus effodiatur, & in alio loco ſepeliatur, agendum eſt actione in factum. *h.* §. *pro ſocio. l.* 39. *D. Pro ſocio.* familiæ erciſcundæ, vel communi dividundo, *l.* 2. §. 1. *D. de Relig.* ſed diverſo reſpectu; & rarum non eſt, ut unius rei nomine variæ actiones rei perſecutoriæ concurrant, quarum unâ electâ cæteræ extinguuntur. *l.* 50. *D. Pro ſoc.* niſi pluris interſit. *l.* 43. & 47. *D. eod.*

XXIII. *Ad l.7.§.11.*] Quando coloni, depositarii dicuntur naturaliter possidere. *h.§.* possessio sumitur pinguiori Minervâ pro corporali rei nuda detentione; propriè coloni non possident naturaliter, sed sunt in possessione, in prædio morantur. *l.6.§.2.D.de Precar.* ac ideo colono interdictum Unde vi denegatur. *l.*1.§.10. *D.de Vi & vi arm.* nisi emptorem venientem non admiserint, atque ita cœperint habere animum intervertendi possessionem domino, adeoque sibi possidendi, quo casu dejecti utuntur interdicto Unde vi. *l.* 12. *&* 18. *in pr. D. eod.*

XXIV. *Ad l.* 23.] Si convenerit inter socios, ut alternis annis fructus perciperent, non agitur ex conducto, non, quia merces non fuit constituta in pecunia numerata, sed quia certa merces non intercesserat, verum agitur actione communi dividundo, vel actione incerti civili. *h.l.* quam interdum concurrere posse cum actionibus ordinariis dixi. *ad l.7.§.4.& 5. de Pact.* Quomodo quoque haud incommodè explicatur, *§.2. Inst. de Locat. conduct.* vid. quæ notavi infra ad *l.* 25. §. *6. eod.*

AD EXHIB.

XXV. *Ad l.*1.*&* 3.§.2. *&* 3.] Causæ actionum personalium sunt contractus & maleficia. §.1. *Inst. de Action.* Sed hoc non est perpetuum; sic actio ad exhibendum non descendit ex iis causis, & tamen est personalis. *h.§.*3. licet detur

ad-

dversus quoscunque possessores. *h. l.* §. *fin.* quod habet commune cum cæteris actionibus personalibus in rem scriptis.*l.*9.§. *fin.D.quod met.caus.* Actio hæc est arbitraria, §. 31.*Inst.de Action. l.* 5. *n pr. & l.seq. D. de In lit. jur.* & reus contumax per in litem jurisjurandum petitoris damnari potest ei, judice quantitatem taxante. *h.* §. 2. Maxime inducta est propter vindicationes, *h.l.*1. neque tamen perpetuo præcedit rei vindicationem. §. 2. *Inst. Quib. mod. alien. lic. vel non*, & alibi passim exempla occurrunt. Dicitur Græcis hæc actio παραστατικὴ δίκη, περὶ ἀποκρύψεως πραγμάτων ἀγωγή.

DE INTERROG. IN JUR. FAC.

XXVI. *Ad l.* 1. *& pen.*] Interrogatoriis actionibus hodie non utimur, quia nemo ante judicium de suo jure quid respondere cogitur. *h. l.* 1. Actio interrogatoria non est, qua adversarius respondet intentioni actoris, nulla enim eo nomine fuit actio; possessor conventus rei vindicatione titulum suæ possessionis ostendere non tenetur. *l.* 11. *C. de Petit. her.* qui possidet res alienas, etiamsi justam tenendi causam nullam habeat, non nisi intentionem suam implenti restituere cogitur. *l. fin. C. de R. V.* Verum actio interrogatoria datur ex responsione rei conventi, perinde ac si obligatus esset. *l.* 11. §. 1. *l. ult. D. h. t.* atque hæc etiam actio confessoria vocatur in *l.* 25. §. 1. *D. Ad l. Aquil.* ubicunque ta-

men judicem æquitas moverit, interrogationes fieri oportet; unde non tantum ante, ſed & poſt litis conteſtationem fiunt, & quacunque judicii parte *h. l. pen.* In pleriſque regionibus hodie ſolent fieri poſitiones, ad quas reus medio juramento per verbum *credit*, vel *non credit*, reſpondere compellitur, qui præſens reſpondere non vult, pro confeſſo habetur; neque ſine ſpeciali mandato procurator ad reſpondendum admittitur. Inſtruct. Cur. Holland. *art.* 128.

De Religios.

XXVII. *Ad l.* 8. §. 1.] Loca ſacra, religioſa, publica vendi nequeunt. *l.* 62. §. 1. *D. de Contrah. empt.* ſed emptio intelligitur, ſi ab ignorante emantur. *l.* 4. *D. eod.* quatenus, etiamſi emptio non teneat, emptori adverſus venditorem experiri licet actione ex empto, ut conſequatur, quod interfuit ejus, ne deciperetur. *d. l.* 62. §. 1. Hoc intelligunt de utili actione ex empto, quæ vocatur actio in factum in *h.* §.

XXVIII. *Ad l. pen.*] Qui in funus aliquid impendit, cum defuncto contrahere creditur. *l.* 1. *D. h. t.* & habet heredes obligatos actione funeraria, quæ eſt bonæ fidei, non tam quod ex æquo & bono oriatur, *l.* 14. §. 6. *D. eod.* quam quod ſit actio quaſi negotiorum geſtorum, ejusque naturam imitetur. *d. l.* 14. §. 9. 11. & 14. Atque hæ funeris impenſæ præcedunt omne debitum, quando bona non ſunt ſolvendo. *h. l.*
quod

quod de creditoribus perſonalibus exaudiri ſolet; Parum ſolide; nam ſi inquilinus ſit is qui mortuus eſt, nec ſit unde funeretur, ex invectis illatis eum funerandum ſcribitur in *d. l.* 14. §. 1. *D. d. t.* atque ita in effectu præfertur creditor funerarius creditori hypothecario. *arg. l.* 4. *D. In Quib. cauſ. pign. tac.* retinet heres quicquid impendit in funus. *l. ult. §.* 9. *C. de Iur. delib.* Add. *§. fin. Inſt. ad l. Falcid. l.* 1. *§. fin. D. eod. l.* 4. *C. de Petit. her.* Quicquid in funus erogatur, inter æs alienum primo loco deducitur, verba ſunt Pauli 1. *Recept. ſentent. tit. ult. verſ. quicquid.* An quod funeranti conceditur privilegium, etiam tribuendum eſt illis, qui in morbum defuncti impendia fecerunt? Affirmant plerique, *arg. d. l. pen. l.* 3. *C. eod. d. l.* 4. *C. de Petit. hered. l.* 6. *D. Qui pot. in pign.* Quod tamen privilegium in jure non invenio.

EXERCITATIO UNDECIMA,

RESPONDENTE

PAULO SLUYSKEN.

DE REBUS CREDITIS.

I. Ad *l.* 2. *in pr. & §.* 1. *& l.* 22.] Mutuum conſiſtit in rebus, quæ pondere, numero, menſura conſtant. *h. §.* 1. An & in panibus,

piſcibus, carnibus, grege & ejus generis aliis rebus? Quidni? Veluti ſi grex detur ad numerum, ut totidem capita reddantur ejuſdem qualitatis, ſi detur panis ad certum pondus, ut ejuſdem ponderis alius panis æquè bonus reddatur. *l.3.D.h.t.* Ideò autem tantum mutui datio conſiſtit in hiſce rebus fungibilibus, quia functionem recipiunt per ſolutionem in genere potius, quam ſpecie, ceu, tanta in iis eſt ſimilitudo, ut alia ſpecie acceptâ idem ipſum quod acceptum eſt redditum videatur; in cæteris rebus ideo in creditum ire non poſſumus, quia aliud pro alio invito creditori ſolvi nequit. *h.l.2.* §*.1.pr. Inſt. Quib. mod. toll. oblig.* quæ regula fallit in caſu neceſſitatis, veluti, ſi non competat debitori aliunde ſolvendi facultas. *l.16. & Auth. ſeq. C. de Solut.* vel ſi heres, qui quidem confitetur, ſe debere legatum rei alienæ, juſtam autem cauſam adfert, cur utique præſtare non poſſit. *l.71.* §*.3. D. de Legat.* 1. Ita, licet ultra id, quod in judicium deductum eſt, poteſtas judicis non excedat. *l.18. D. Commun. divid.* & ſtultus vocetur judex, qui condemnat in æſtimationem, quando res eſt petita. *l.fin. C. de Fideicomm. lib.* ubi tamen res non amplius extat, aut propter moram commiſſam in eâdem bonitate præſtari nequit, vino, quod mutuum datum erat, petito judex condemnat reum in æſtimationem. *h.l.22.* An & quomodo in nummis creditis æſtimatio præſtetur, dicam ad *l.99. D. de Solut.*

II. *Ad*

II. *Ad ejusd. l.2.§.3. & ult.*] Verbis credimus quodam actu ad obligationem comparandam interposito, veluti stipulatione. *h. §. ult.* de qua specie tanquam nobiliori & frequentiori passim fit mentio. *l. 1. §. 7. D. de O. & A. pr. Inst. de V. O.* Sed vocula, *veluti*, exempli causâ adjecta videtur, ac indicat, esse & alias causas verborum obligationis; Ex dotis enim dictione etiam oriebatur obligatio verborum. *Cajus 2. Inst. tit. 9. §. 3.* quæ tamen dotis dicendæ solennitas quia sublata est, ideo verisimile est, pro *dicatur*, repositum, *promittatur, in h. §. 3.* Ita pro *doti dicere* legitur *doti promittere, in l. 31. §. fin. D. de Novat. l. 79. §. 1. D. de I. D. l. 44. §. 1. D. Solut. matr.* Ex jurejurando etiam liberti oritur obligatio verborum. *Caj. d. loc. §. 4.* nam tollitur per acceptilationem. *l. 13. in pr. D. de Acceptilat.* quâ solæ tolluntur verborum obligationes. *l. 8. §. 3. D. eod. §. 1. Inst. Quib. mod. toll. oblig.*

III. *Ad l. 9. in pr.*] Ex mutuo nascitur actio, quæ vocatur condictio. *pr. Inst. Quib. mod. re contr. obl.* de qua condictione etiam agitur in *rubr. de Reb. cred. &c.* sed hæc condictio certi non est specialis actio ex mutuo, verum est condictio certi generalis, quæ competit ex omni causa, ex omni obligatione ex qua certum petitur. *h. l.* & concurrit cum aliis actionibus, puta ex stipulatu, ex testamento, ex vendito, quod jussu, &c. *§. ult. Inst. Quod cum eo, qui in al. pot. l. 17. §. ult. D. de Instit. act.* ita ut, ubi actio bonæ

fidei competit, hac condictione certi, quæ stricti juris est, experiri liceat. *l.* 28. §. 4. *D. de Iurejur.* quemadmodum datur condictio incerti generalis ex omni causa, ex qua incertum debetur. *l.* 12. *D. de Noxal. action. l.* 35. *D. de S. V. P. l.* 22. *D. de Condict. indeb. l.* 3. *D. de Condict. sin. caus. l.* 8. *D. de Act. empt. l.* 6. *C. de Contrah. stipul.* Non agnoscimus condictionem certi specialem, ex qua petitur mutuum, aut certa pecunia numerata propter *l.* 1. *D. de Condict. tritic. l.* 5. §. 4. *D. de O. & A.* Neque tamen inde rectè infertur, mutuum non esse contractum, licet contractui opponi videatur, quà describitur contractus ultro citroque obligatio in *l.* 19. *D. de V. S.* Imò & sano sensu mutuum contractus διπλευρος est, quà creditor ad accipiendum obligatus est, qui, si pecuniam legitime oblatam accipere recuset, moram committit. *l.* 32. *D. de Vsur. l.* 72. *D. de Solut.* quà etiam soluto debito quemadmodum ad pignoris restitutionem, ita & ad chirographi redditionem tenetur, vel condictione sine causa, vel actione ad exhibendum. *l.* 18. *D. Ad Exhib.*

IV. *Ad l.* 11. *inpr.*] Res æstimata dari potest, ut mutuum contrahatur. *l.* 8. *C. Si cert. pet.* Imo & mutuum contrahitur quando datur lanx vel massa auri vendenda, uti ex venditione redactis nummis accipienti liceat uti. *h. l.* quod si autem simpliciter pecunia vendenda sit data, neque expresse conventum, ut pecunia uti liceret, hoc actum esse existimant, ut pecunia prius ad domi-

dominum redeat, aliàs mutuum verè non esse contractum. *l.* 34. *D. Mandat.*

V. *Ad l.* 15.] Mutuum quidem in se habet consensum, prout quivis contractus. *l.* 1. §. 3. *D. de Pact.* Sed & insuper præter hunc consensum ad sui perfectionem requirit rei dationem. *pr. Inst. Quib. mod. re contr. oblig.* Singulari tamen jure, si convenerit, ut procurator nummos, quos ex causa mandati recepit, quasi creditos retineat, pecunia domino data, ac ad procuratorem iterum profecta videtur. *h. l.* Est igitur & hoc casu fictum mutuum, verum non est. *d. l.* 34. *D. Mandat.*

VI. *Ad l.* 16.] Si socius propriam pecuniam mutuam dederit omnimodo pecuniam creditam facit, licet cæteri dissenserint. *h. l.* quod exaudiri solet de socio unius negotii. *arg. l.* 67. §. 1. *Pro soc.* quia contractâ omnium bonorum societate pecuniam propriam, non habet, *arg. l.* 46. *D. de R. N.* Imò commodius hoc explicatur de omnium bonorum socio, cui fortè post contractam universorum bonorum societatem aut ex hereditatibus, aut legatis, aut donationibus aliquid obvenit, quod proprium est socii, antequam sociis communicet, *arg. l.* 73. *D. Pro soc.* non communicantur contractâ universorum bonorum societate statim bona futura, sed præsentia, ubi, licet specialis traditio non interveniat, tacita tamen creditur intervenire. *l.* 2. *D. eod.* Si pecuniam communem numeraverit socius, non aliàs

cre-

creditam efficit, nisi consentiant cæteri, quia suæ partis tantum alienationem habuit. *h. l.* Mutuo igitur res alienatur. *h. l. l. 41. vers. quas vero. & vers. neque enim. D. h. t. l. 9. in pr. D. de Auctor. tut. §. 2. Inst. Quib. alien. lic. vel non.* per consequens dominium transfertur, *l. 1. C. de Fund. dot.* Alienatio hæc non est temporalis, ut in *l. 66. D. de R. V.* sed perpetua, unde pecunia semel credita debitori, eidem legari aut donari nequit, *arg. l. 3. §. 4. D. de A. P.* Sed remissio condictionis certi, qua aliud ejusdem generis petitur, rectè legatur, ut inde exceptio liberationis tribuatur debitori. §. 13. *Inst. de Legat.* quem & heres acceptilatione liberare debet. *l. 3. §. 3. D. de Liberat. leg.* Quod autem non facit pecuniæ numeratio, ut mutuum constitueretur, id facit bona fide secuta consumptio, ὅπερ οὐκ ἐποίησεν ἡ τῶν χρημάτων ἀπαρίθμησις, τὸ συστῆναι τὸ δάνεισμα, τοῦτο ποιεῖ ἡ βόνα φίδε δαπάνη. Consumptio est quidam modus dominii transferendi, & hoc operatur, ut quod ab initio inutiliter erat contractum, ex post facto concilietur, veluti si nummi alieni vel etiam proprii ab eo, qui jus dandi non habebat, credendi animo dentur. *l. 11. §. fin. l. 13. §. 1. & l. seq. D. h. t.* uti etiam consumptis nummis fidejussor obligatus maneat, quia in omnem causam acceptus videtur, quæ ex ea numeratione nasci potest. *l. 56. §. 2. D. de Fidejussor.* De *l. 18. h. t.* dicam ad *l. 36. D. de A. R. D.*

VII. *Ad l. 22.*] In judiciis bonæ fidei, ubi judi-

judici tribuitur libera poteſtas æſtimandi ex bono & æquo, in ineunda æſtimatione rei judicandæ tempus, quanti res ſit, obſervatur. *l.* 3. §. 2. *D. Commod.* quod tamen non excludit tempus præcedens. *l.* 3. §. *fin. D. de A. E.* Ab iſta regula excipitur actio mandati, in qua tempus ſolutionis ſpectatur in caſu *l.* 37. *D. Mandat.* In judiciis ſtricti juris, ſi dictum eſſet, quo tempore redderetur, æſtimationis ratio habetur, quanti tunc fuiſſet. *h.l. d. l.* 37. *in fin.* ubi de die conveniſſe patet ex iis verbis, *ſua die.* Si de die non fuerit conventum, quanti tunc, quam petitum eſſet. *h. l.* cum judicium acciperetur. *l. fin. D. de Condict. tritic.* quod explicatur de tempore litis conteſtatæ. *d. l.* 3. §. 2. Plane odio furum in condictione furtiva id tempus ſpectatur, quo res unquam fuit plurimi. *l.* 8. §. 1. *D. de Condict. furt.* licet illa condictio collata cum actione L. Aquiliæ non ita egrediatur retrorſum judicii accipiendi tempus. *l.* 2. §. 3. *D. de Privat. del.* In Praxi, ubi merx ad certum diem dari debuit ſive judicium ſit bonæ fidei, ſive ſtricti juris ſive arbitrarium, ejus præcisè temporis in ineunda æſtimatione ratio habetur.

VIII. *Ad l.* 27.] Civitas mutui datione obligari poteſt, tanquam privatus, cujus jure utitur. *l.* 16. *D. de V. S.* ſi communi conſenſu ab ipſis tribubus in unum convenientibus contractus celebratus fuerit; ſed Reſpublica minorum jure uti ſolet, ideoque auxilium reſtitutionis implorare

rare poteſt. *l. 4. C. Ex quib. cauſ. major.* Succurritur ei quoque ut majori, pro diverſitate cauſarum, & propter impedimentum aliquod inſtar abſentis habetur. *l. 22. §. fin. D. eod.* Adminiſtratores civitatum, ſi pecuniam mutuam vel aliam quamlibet ſumant ſine mandato ſpeciali, non obligant civitatem, niſi creditor probaverit, pecuniam ad utilitatem ejus verſam eſſe, alioquin ipſi ſoli, qui contraxerunt, non civitas, tenebuntur. *h. l.* & fiet illo caſu executio in bona civitatis, non ſingulorum, *arg. l. 6. §. 1. D. de R. D.* quando autem habent mandatum ſpeciale, obligant civitatem, nec creditor probare cogitur pecuniam fuiſſe converſam in rem univerſitatis, ad exemplum actionis exercitoriæ, ubi creditor non adſtringitur, ut probet pecuniam in refectionem navis erogatam eſſe. *l. ult. D. de Exercit. act.* Ita cenſuit Senatus Friſiæ. Neque tantum obligatur civitas, collegium, municipium ex conventione, ſed & ex delicto, *l. 9. §. 1. D. Quod met. cauſ. l. 21. D. Quib. mod. uſusfruct. amitt. l. 15. §. 2. D. Quod vi aut clam. Auth. nulla communitas. C. de Epiſcop. & cler. Deuteron. 13. v. 12. & ſeqq.* Verum hoc caſu non univerſi & ſinguli ſunt plectendi, ſi crimen grave ſit commiſſum, ſed conſultius fuerit, ſi in ſceleris auctores inquiratur, ſi in factionis capita & anteſignanos animadvertatur. Exemplum proponitur *Iudic. 8. v. 14. & ſeqq.*

IX. *Ad l. 30.*] Qui pecuniam creditam ſpopondit

ondit creditori futuro, in potestate habet, ne
ccipiendo se ei obstringat. *h. l.* nisi chirogra-
hum de accepta pecunia dederit, quo casu, si
ecunia non sit numerata, prodita est exceptio,
ναργυρίας, non numeratæ pecuniæ. *tit. Inst. de*
iter. Oblig. l. 14. C. *de non num. pec.* quæ exce-
tio non tantum complectitur non numeratam
ebitori pecuniam, sed etiam creditori non solu-
um, si apocham tradiderit debitori de pecunia
ccepta, cum speraret sibi solutum iri: sed debi-
or intra biennium, creditor intra dies 30. ex-
eptionem hanc proponere debet. *d. l.* 14. *in pr.*
& §. 2. Et non tantum ad mutuum sed & alios
ontractus, & negotia pertinet. *d.* §. 2. Si de-
itor per incuriam passus fuerit elabi biennium,
mnimodò solvere cogitur, etiamsi velit proba-
e, pecuniam sibi numeratam non esse. *l.* 8. *& d.*
. 14. *in pr.* C. *de Non num. pec.* obligatus est præ-
umtione juris & de jure, contra quam probatio
ontraria non solet admitti: Idem observatur
pud Hollandos, Frisios, &, ut licet conjicere,
Transisulanos. ll. Transisul. *p.* 2. *tit.* 10. *def.* 7.
ententiam communem, quæ debitori post la-
sum biennii jus probandi largitur, alibi sequitur
sus, quam judicando laudavit Senatus Sabaudiæ.
n Gallia hæc exceptio non ubique servatur. In-
ra biennium utitur debitor condictione sine cau-
a, qua repetit chirographum. *l.* 7. C. *eod.* vel ex-
eptione non numeratæ pecuniæ, cum qua con-
urrit exceptio doli. *l.* 3. C. *d. t.* quæ hoc casu
bien-

biennalis, aliàs eſt perpetua. *l.* 5. §. *fin. D. de Dol. mal. except.* Cæterum nomine chirographi non aliter obligamur, quam ſi cautio ſit utilis, ſi præceſſerit debiti cauſa eaque inſerta inſtrumento, ſecus ubi eſt inutilis, h. e. ubi eſt cautio indiſcreta, quæ non continet debendi cauſam. *l.* 25. §. *fin. D. de Probat. l.* 13. *C. de Non num. pecun.* Moribus noſtris cautiones judiciales, *gerichtelicke ſchuldt-bekenteniſſen*, indiſcretè nullâ causâ addita conceptæ ſunt efficaces. Si debitor renuntiaverit in inſtrumento ſuo exceptioni non numeratæ pecuniæ, Praxis recepit, renuntiationem hactenus valere, ut intra biennium debitor probare teneatur, pecuniam non fuiſſe numeratam, quod onus alioqui creditori injungitur. *l.* 3. *C. de Non numer. pecun.* Exceptione iſta pecuniæ non numeratæ impugnatur numeratio non ſcripturæ ſeu literæ, propriè enim non figura literarum, ſed oratione quam exprimunt literæ obligamur. *l.* 38. *D. de O. & A.*

X. *Ad l.* 33. *&* 34. *in pr. &* §. 1.] Ne provinciarum præſides ſumma ſua, qua funguntur, poteſtate abutantur, & à provincialibus vi aliquid extorqueant, principalibus conſtitutionibus cavetur, ne negotientur, mutuamve pecuniam dent, fœnuſve exerceant. *h. l.* 33. unde ſupplenda eſt *l.* 3. *C. Si cert. pet.* Sed Magiſtratibus urbanis conceditur, ut ex reſcripto Principis res mobiles & immobiles emere, vel domos exſtruere poſſint. *l. un. in pr. C. de Contract. jud.*

Offi-

officialibus etiam præſides provinciæ permitti-
tur mutuam pecuniam dare & fœnebrem exer-
cere. *h. l.* 34. *in pr.* quia cum perpetui ſint, &
decedente etiam præſide in provincia maneant,
in his ceſſat prædicta ratio, cum ſi quid peccave-
rint, à ſucceſſore puniantur; Sed eorum, qui
non ſunt perpetui, cum magiſtratibus provincia-
libus eſt eadem ratio. *d. l. un.* §. 3. Præſes au-
tem provinciæ mutuam pecuniam, fœnebrem-
que ſumere non prohibetur. *h.* § . 1. An hoc mu-
tatur per *l. pen. C. Si cert. pet.?* Neg. nam l. illa
agit de præſide, qui ſumere prohibetur ab eo,
qui apud ipſum litigat.

XI. *Ad l.* 40.] Pacta in continenti adjecta
inſunt judiciis bonæ fidei, actionem formant,
contractum quaſi renovant. *l.* 7. §. 5. *&* 6. *D. de
Pact.* An & inſunt judiciis ſtricti juris? Non
opinor, argumento deſumpto à ſenſu contrario,
ex *d.* §. 5. Certe non inſunt ſtipulationi; quic-
quid enim ibi adſtringendæ obligationis eſt, id,
niſi palam verbis exprimitur, omiſſum intelli-
gendum eſt, *l.* 99. *in pr. D. de V. O.* quod tamen
explicandum eſt de pactis adjicientibus, ſeu, quæ
de alia re præſtanda ſunt inita, quam de ea, quæ
ſtipulatione continebatur; Sed ſi pactum in
continenti adjiciatur de re ſtipulatione compre-
henſa, id ſub ea continetur; Conditionem enim
ſtipulationis licet mutare, ſalva manente ejus-
dem ſubſtantia, quæ conſtat ex re promiſſa, dum-
modo hæc diverſitas illicò contrahentibus com-

placuerit. *l.* 1. §. 3. *in fin.* D. *de V. O.* Atque huc reſpicit *h. l.* ſi caſus propoſitus benè examinetur. Subtilitas hæc hodie eſt ſupervacua, quia pactum quodcunque parit actionem.

De Jurejurando.

XII. *Ad l.* 3. §. 1.] Quacunque actione quis conveniatur, ſi juraverit, proficiet ei jusjurandum, etiamſi agatur actione pœnali. *h. l.* add. *l.* 13. §. 2. *l.* 28. §. 5. 6. & 7. D. *de jurejur.* *l.* 18. C. *Ex quib. cauſ. inf. irr.* quod accipiendum eſt de actione, quæ proprie eſt actio, ut ſi ex delicto civiliter agatur, ubi innocentiam jurejurando approbare licet, quo pertinet *l.* 6. §. 4. D. *de His qui not. infam.* at in judicio criminali ſeu accuſatione (quæ opponitur diſceptationi privatæ in *l.* 16. C. *Ad L. Cornel. de Falſ.*) jusjurandum locum non obtinet, nec fidem meretur, neque honeſtum eſt & pium ſatis, jusjurandum deferri ei, quem ſcimus pejeraturum eſſe, ut rectè traditur in *c. qui exigit.* 22. *q.* 2. ne crimina criminibus adjiciantur, &, qui jam reus homicidii aut adulterii eſt, ad priora quoque ſcelera perjurium adjungat, maxime cum in cauſis criminalibus exigantur & teſtes idonei, & documenta apertiſſima, vel indicia indubitata, & luce meridiana clariora *l. ult.* C. *de Probat.* *l.* 34. C. *Ad l. Iul. de Adult.* ut reus criminis vix ipſe ea, quæ commiſerit, negare ſufficiat. *l.* 16. C. *de Pœn.* Ita Senatus Friſiæ ex indiciis indubitatis homicidam ad pœnam capitalem

talem condemnavit: Cæterum eſt caſus, quo defertur jusjurandum in cauſis criminalibus, non reo, ſed judici, cui litigator dediſſe aut promiſiſſe ſe aliquid dicit, ſi is datum vel promiſſum probare nequiverit. *Auth. novo jure C. de Pœn. jud. qui mal. judic.* Ad exemplum cauſarum criminalium propter negotii gravitatem in matrimonialibus jurisjurandi delationem quidam non admittunt: Verum generali regulæ, *h.* §. 1. ibi *qua vis alia* tamdiu ſtandum, donec iſta exceptio probetur.

XIII. *Ad l.* 5. §. 2.] Dato ſeu præſtito jurejurando non aliud quæritur, quam an juratum ſit, remiſſa quæſtione an debeatur, quaſi ſatis probatum ſit jurejurando. *h.* §. 11. *Inſt. de Action.* Naſcitur igitur ex hoc jurejurando ad ſimilitudinem judicati nova actio in factum, explosâ veterum diſtinctione, utrum formiter an informiter juratum ſit, *arg. dd. text. junct. l.* 9. §. 1. *D. de Iurejur.* Hæc etiam actio utilis vocatur in *l.* 11. §. *fin. l.* 29. *D. eod.* Et hoc judicio non amplius principalis cauſa exercetur, ſed jusjurandum actoris conſervatur. *l.* 30. *D. d. t.* Si quis tamen neceſſitatem probationis ſubire velit, veterem actionem intentet; quod factum fuiſſe probabile eſt in *l.* 7. §. 7. *D. de Publ. in rem act.* niſi quis malit, ibi nomine tenus actionis veteris fieri mentionem, vel ſub appellatione veteris actionis hanc novam intelligi. add. *l.* 13. §. 3. *& ſeqq. D. h. t.* Imò plenior quandoque & utilior eſt

actio vetus actione hac novâ in factum ſtricti juris, veluti ſi ſit juratum ſuper contractu bonæ fidei, qui habet varias præſtationes, quæ non inſunt judiciis ſtricti juris. Ex *h.§.* deduce, ſi juramentum delatum ſit præſtitum, atque condemnatio ſecuta, appellationis remedium locum non obtinere, jung. *l.* 12. §. 1. 2. *&* 3. *C. de R. C.* Diſquiritur, an appellationi locus relinquatur, ſi juramentum relatum ſit præſtitum? Negativam eadem *h.* §. 2. ratio defendit, & ipſe, qui retulit, elegit eam viam ſponte, ut adverſarii teſtimonio & jurejurando cauſa decideretur, cum ipſe jurare potuiſſet.

XIV. *Ad l.* 25.] Si reus juravit nemine ei jusjurandum deferente, prætor id jusjurandum non tuebitur. *l.* 3. *in pr. D. h. t.* cedit pro pacto. *h. l. l.* 2. *D. eod.* Ideoque jusjurandum ſimpliciter promiſſorium, v.g. *juro me tibi daturum viginti*, non parit actionem, niſi jusjurandum ad exemplum pacti legitimi etiam ſit legitimum, veluti ex l. Julia & Papia, ſi libertus juraverit patrono, ſe donum, munus vel operas officiales daturum. *l.* 7. *l.* 8. *in fin. D. de Oper. libert. l.* 13. *in pr. D. de Acceptil.* quo caſu naſci verborum obligationem aſſerui ſupr. *poſ.* 2. Juramentum item confirmatorium inviolabiliter cuſtoditur. *l.* 1. *&* *Auth. ſeq. C. Si adverſ. vendit.*

XV. *Ad l.* 31.] Cauſa jurejurando ex conſenſu utriuſque partis vel adverſario inferente delato & præſtito vel remiſſo deciſa, quaſi negotium

tium transactum sit, prætextu novorum instrumentorum postea repertorum, aut perjurii non retractatur. *l.* 1. *C. de R. C.* Aliud dicendum de jurejurando, à judice in dubiis causis exacto, quod judiciale vocamus. *h. l.* Atque hoc casu jusjurandum ipso jure citra appellationem vel prætoriam restitutionem rescinditur, *arg. h. l.* uti sententia, quæ est lata ex falsis instrumentis, *tit. C. Si ex fals. instrum.* Eadem ratio est, si post jusjurandum judiciale præstitum de novo producantur testes, qui & aliquando instrumentorum nomine continentur. *l.* 1. *D. de Fid. instrum. l.* 99. §. 1. *D. de V. S.* & in exercendis litibus eandem vim obtinent, tam fides instrumentorum, quam depositiones testium; verba sunt *l.* 15. *C. de Fid. instrum.* Per dubias causas hîc intelligitur, vel quando plenè utrinque probatum est, aut, quando probationes sunt parum idoneæ vel ancipites, atque ita comparatæ, ut nesciat judex, in quam partem inclinare debeat, quem sensum recipit inopia probationum in *l.* 3. *C. de R. C.* ut distinguatur à defectu probationum, ubi nullæ suppetunt probationes; quo casu omnimodo reum absolvere debet. *l.* 4. *C. de Edend.* An hîc causa est dubia, si, ut loquuntur, sit probatum semi-plenè per unum testem omni exceptione majorem? Nihil minus: Unius enim testis responsio audiri non debet, etiamsi præclaræ Curiæ honore præfulgeat. *l.* 9. §. 1. *C. de Testib.* Contrarium plerumque in Praxi observari solet, ordin.

Friſic. *lib.* 2. *tit.* 19. §. 4. Non igitur in ſupplementum probationis judex jusjurandum deferet mulieri aſſerenti, ſe ab adoleſcente quodam eſſe impregnatam, *arg. d. l.* 31. Ex uſu communi hîc judex ſæpe defert viro juramentum, quo ſe ab omni ſuſpicione purget.

XVI. *Ad l.* 34. §. 4.] Qui jusjurandum defert, prior de calumnia jurare debet, ſe non calumniandi animo, nec vexandi adverſarium cauſa jurisjurandi conditionem deferre. *h. §.* Sed hoc jusjurandum de calumnia parentibus ac patronis remittitur. *l.16. D. de Iurejur. l.* 7. §. 3. *D. de Obſeq. patr. & parent.* add. *l.* 13. §. *pen. D. Damn. infect. l.* 8. §. *pen. D. Qui ſatisd. cog.* unde negatio ex *h.* §. eſt tollenda, prout habet vetus editio de anno 529. *æque parentibus ac patronis remittitur*, cum qua conſentiunt Baſilica, in quibus ita legitur, οἱ οὐκ ὄμνουσι πατὴρ ἢ πάτρων h. e. *quod jusjurandum non præſtat pater aut patronus.* Cæterum jusjurandum de calumnia generale συκοφαντίας, quod pro toto proceſſu præſtatur, parentibus ac patronis non remittitur in *l.* 2. *C. de Iurejur. propt. calumn.* Et hoc jusjurandum calumniæ, quia propter utilitatem publicam eſt introductum, expreſsâ partium conventione remitti nequit. *d. l.* 2. §. 4. *junct. l.* 38. *D. de Pact.* Verum ex jure Canonico iſtius jurisjurandi omiſſio validitati judicii nequaquam nocet, dum non expreſsè, ſed ſaltem tacitè fuerit prætermiſſum. *c.* 1. *de Iurejur. propt. cal. in* 6°. Uſus hujus juris-

jurisjurandi, licet in Curiis non adeo obſervari ſoleat, moribus hodiernis penitus non exolevit; Verum in Senatu noſtro Provinciali juramenti hujus exactio locum non obtinet, licet Zutphanienſes id in Reformatione legum Municipalium receperint. Exoleverat quoque apud Gallos religio jurisjurandi propter calumniam dandi, ſed lege nova in comitiis Aurelianenſibus in uſum revocatum eſt. Apud Noviomagenſes procuratores & clientes requiſiti juramentum calumniæ & malitiæ præſtare tenentur. Stat. Noviomag. *tit. de Procurat. art.* 24.

XVII. *Ad ejusd. l.* §. *6. & l.* 38.] Abſolvitur reus actore non probante. *d. l.* 4. *C. de Edend.* vel, quod addendum eſt, jusjurandum non deferente. *h.* §. *6.* Voco hoc jusjurandum voluntarium ſive in judicio ſive extra judicium pars parti deferat: Delatâ ita conditione jurisjurandi reus per judicem ſolvere vel jurare neceſſe habet, niſi referat jusjurandum. *l. 9. C. de R. C.* relatum mihi eſt jusjurandum neceſſarium; Manifeſtæ confeſſionis ac turpitudinis eſt, nolle nec jurare nec jusjurandum referre. *h. l.* 38. Quæ etiam ratio militat in actore qui poſt ſuſceptum onus probandi in eo defecit; Defertur enim juramentum vel in principio litis, vel in medio vel in ipſa ſententia definitiva. *l.* 12. *in fin. pr. C. de R. C.* Ergo & cum actor intentionem ſuam probare eſt conatus: Aliud eſt in eo, qui primò detulit jusjurandum, poſtea revocavit, atque ad proba-

tiones tranſitum fecit, hic iterum deferens propter nimiam levitatem & inconſtantiam non eſt audiendus. *l.* 11. *C. eod.* Interdum tamen ex juſta cauſa reus delatum jusjurandum recuſat, v. g. quando quis judicium pati non cogitur, quod contingit in querela non ſolutæ pecuniæ poſt 30. dies *l.* 14. §. 3. *C. de Non num. pecun.* Quod judicando ſecutus eſt Senatus Friſiæ in Curiæ apparitore. Juſta quoque recuſandi cauſa eſt, ſi deferatur ſuper facto alieno; iniquum eſt inquit IC. in *l.* 11. §. 2. *D. R. A.* ſuper facto alieno aliquem jurare. Juramentum quoque delatum, quandoque præcisè præſtandum eſt, ut in caſu *l. fin. C. de Fideicommiſſ.* §. *fin. Inſt. de Fideicommiſſ. hered.* Cæterum jusjurandum non tantum à partibus, ſed & à judice delatum, illatum vel in principio litis, vel in medio vel in ipſa definitiva ſententia ſub ipſo judice datur. *d. l.* 12. *in fin. pr. C. de R. C.* Etiamſi igitur in cauſa concluſum, atque à partibus ulterioribus probationibus renuntiatum ſit, nihilominus jusjurandum judiciale deferri poteſt à judice, cui nunquam in cauſa concludi dicit Pontifex in *c. cum Iohannes. X. de Fid. inſtrum.* Atque ſecundum hanc ſententiam in cauſa gravi judicavit Camera Imperialis.

DE IN LIT. JURANDO.

XVIII. *Ad l.* 5. *&* 6.] Non juratur in litem in judiciis ſtricti juris, veluti ſi ex ſtipulatu vel ex teſtamento agatur. *h. l.* planè interdum in actione

actione ſtricti juris in litem jurandum eſt, ubi tamen, ut ex ſubjecto exemplo apparet, JCtus abutitur vocabulo juramenti in litem: Juratur autem in litem in actionibus in rem & in ad exhibendum, & in judiciis bonæ fidei. *h.l.5.in pr.* & in quibuſcunque aliis judiciis, in quibus arbitrio judicis reſtitui quid debet. *l.8. §. 1. & l. ſeq. D. Rer. am. l. 5. §. 1. D. Si quid in fraud. patr.* Sed in his omnibus ob dolum ſolum juratur in litem, non etiam culpam. *h. l. 5. §. 3.* culpam intellige levem vel leviſſimam; ob culpam enim latam etiam locus eſt huic jurijurando. *l. 2. C. eod.* An in actione empti hoc juramentum locum habet? Neg. Hîc requiritur, ut agatur de re reſtituenda vel exhibenda. *l. 2. D. h. t.* venditor autem tenetur ad tradendum. *l. 11. §. 2. D. de A. E.* Si traditio rei venditæ venditoris procacia non fiat, id quod intereſt emptoris à Præſide provinciæ æſtimabitur. *l. 4. C. eod.* Ex *hh. ll.* colligo, actiones arbitrarias diſtingui ab actionibus bonæ fidei & ſtricti juris. junct. *l. 3. §. 1. D. de Vſur.*

DE CONDICT. CAUS. DAT.

XIX. *Ad l. 3. §. 2. l. 5. in pr. & §. 1.*] In contractibus nominatis regulariter non datur locus pœnitentiæ, nec quod datum eſt repetitur, veluti ſi non ſteterit per locatorem, qui operas ſuas locavit, quo minus eas præſtet, totius temporis mercedem accipere debet. *l. 38. D. Locat.* Sed imbecillitati contractuum, ut loquitur vulgus,

innominatorum condonari solet, ut ibi pœnitere liceat. *hh. ll.* & agitur actione præscriptis verbis, ut id quod interest præstetur, vel si meum recipere velim, repetatur quod datum est, quasi ob rem datum, re non secutâ. *l.* 5. §. 2. *D. de Præscript. verb.* quæ condictio ob rem dati non datur ex contractu nominato. *l.* 14. *C. de Rescind. vend. l.* 6. *C. de Act. empt.* Hoc quoque singulare est, quod, licet obligatio naturalis impediat indebiti condictionem. *l.* 10. *D. de O. & A.* hoc tamen casu, tanquam minus plena, in nudis terminis honestatis & æquitatis consistat, atque repetitionem ejus, quod datum est, admittat, ubi tamen non præcessit pœnitentia, & hæc causa, pro qua pecunia data est, non culpa accipientis, sed casu fortuito non est secuta, condictione causa dati, causa non secuta pecunia non repetitur. *l. pen. C. Condict. ob caus. dat.* In Praxi hîc pœnitere non licet; Consentiunt LL. Antwerpiensium, *tit.* 53. §. 4.

XX. *Ad l. ult.*] Dedi pecuniam, ut mihi Stichum dares, non est emptio. *h. l.* non quod ibi agatur de dominio transferendo. *l.* 75. §. *fin. D. de V. O.* in emptione vero de re tradenda, *arg. l. pen.* §. *ult. D. de Contrah. empt.* sed quia pecunia fuit data, ut res ceu corpus; cum pecunia datur, potest dari ut pretium, aut quantitas, vel ut corpus. *l.* 94. *D. de Solut. l.* 34. §. 4. *l.* 51. *D. de Legat.* 1. ubi enim pecunia datur, ut pretium, Stichi emendi animo, est emptio venditio. *l.* 5. §. 1. *D. de*

D. *de Præscript. verb.* Quod si, ut in priori casu, pecunia sub ea lege sit data, ut Stichus detur, & Stichus sit mortuus, condictione ob causam dati repetitur pecunia, atque is periculum non omnino sentit. *h. l.* quatenus tamen interest dantis pecuniam, Stichum non fuisse datum, periculo ipsius Stichus est. *d. l.* 5. §. 1.

De Condict. ob turp. caus.

XXI. *Ad l.* 4. *§.* 3.] Affectionis causa donatio collata in meretrices sustinetur, neque tantum quæ est perfecta traditione, subsistit, sed & si sola stipulatione vel pacto aliquid promissum sit, meretrix eo nomine actionem habet. *l.* 5. *in fin. D. de Donat.* turpiter quidem facit mulier, quod sit meretrix, sed non accipit turpiter, cum sit meretrix *h.* §. 3. Turpiter facere meretricem dubium non est, & turpissimam vitam ducere dicitur. *l.* 43. *§.* 4. *&* 5. *D. de R.N.* & passim meretricum vilitas notatur, quæ formam venalem habent, seque vulgi libidinibus prosternunt. *l.* 20. *&* 22. *C. Ad l. Iul. de Adulter.* Verum turpiter non accipit, cum sit meretrix, h. e. nil alienum à sua professione facit, quæ semel impudicitiam apud Ædiles professa quæstum quantum possit maximum facere satagat, noctes vendendo locandoque. Quæ tamen ratio meritò vana & ridicula esse censetur, ut causa sit turpis, & acceptio ob eam causam non sit turpis, atque ita effectus à causa separetur: Quare pro conjun-

junctione inhonestâ meretrici actio non conceditur, ne de sua improbitate consequatur actionem, *l. 12. §. 1. D. de Furt.* promissio rei quæ natura & jure gentium est turpis, ipso jure non valet, *l. 1. §. 5. D. de Dol. mal. l. 26. D. de V. O.* Hinc si quis pro adolescente luxurioso apud meretricem fidejusserit, mandati actionem cum eo non habet. *l. 12. §. 11. D. Mandat.* Donationes in concubinas collatæ sustinentur. *l. 31. in pr. D. de Donat.* sed improbantur donationes, quas milites conferunt in focarias suas, quæ habebantur magis, ut focum servarent, quam ut cum militibus cubarent. *l. 2. C. de Donat. int. vir. & ux.* ubi ratio additur, ne fictis adulationibus illecebrosisque blanditiis à focariis spolientur, quæ cum post mortem militum cesset, ideo heredes eas institui potuisse constat ex antiqua inscriptione, D. M. M. *Aureli vitalis militis Valeria Faustina Focaria, & heres ejus bene merenti posuit.* Moribus item hodiernis inhonestæ erga meretrices, atque etiam concubinas donationes sunt prohibitæ, ab eisque non immeritò tanquam ab indignis & inhonestis personis auferuntur.

DE CONDICT. INDEB.

XXII. *Ad l. 2. §. 1.*] Qui solvendi animo dat, quod non debet, magis vult negotium distrahere quam contrahere. *§. 1. in fin. Inst. Quib. mod. re contr. obl.* atque ideo indebitum adscribitur quasi contractui in *l. 5. §. 3. D. de O. & A. §. pen.*

fin. Inst. de Oblig. quæ quasi ex contr. Quid si ita solvatur, ut, si ita apparuisset esse indebitum, reddatur? Negotium inter eos contractum est. §. hoc ipso aliquid negotii geritur. *l.* 33. *D. de condict. indeb.* neque tamen hoc negotium efficit verum contractum, sed ut, præter id quod agitur expresse, tacita obligatio nascatur ex hoc quasi contractu. *l.* 13. §. *fin. in fin. D. Commod.* & solutum condictione indebiti repetatur. *h.* §. Cessat autem repetitio, si quis sciens se debere solvat. *l.* 1. *D. h. t.* etiamsi hâc mente dederit ut repeteret. *l.* 50. *D. eod.* Cæterum qui dubitant, magis accedunt ad ignorantes & errantes, & licet videantur mediæ cujusdam conditionis inter scientes & ignorantes, pro ignorantibus tamen habentur, *arg. l.* 1. *D. de Legat.* 3. ac quod ita solvunt, repetunt. *l. fin. C. h. t.* in re obscura melius est favere repetitioni, h. e. condictioni indebiti, quam adventitio lucro. *l.* 41. §. 1. *D. de R. I.*

XXIII. *Ad l.* 10. 16. 17. *&* 18.] Debitor in diem ideo debitor est, ut ante diem solutum repetere non possit. *h. l.* 10. quod exaudiendum est de die certo; at quando dies incertus est simpliciter, an & quando sit extiturus, veluti cum Titius magistratum inierit, cum uxorem duxerit, hic dies condictionis instar obtinet, ut solutum ante adventum ejus recte repetatur. *l.* 56. *D. h. t.* Sin agatur de die quidem incerto, sed quem venturum esse certum est, veluti si cum moriar dare promisero, non repetitur solutum

ante

ante adventum illius diei *h. l.* 17. qui quidem eo tempore nondum existebat, sed cedebat, h. e. obligatio jam erat nata. *l.* 213. *D. de V. S.* quod juvat aliquid ad *h. l.* 16. *§.* 1. Eadem est ratio conditionis, quæ si sit talis, ut non possit non existere, solutum non repetitur. *h. l.* 18. sed solutum repetitur, si possit non existere. *h. l.* 16. *in pr.*

XXIV. *Ad l.* 19. §. 1. *l.* 44. *l.* 65. *§. ult.*] Indebitum, quod condictioni indebiti locum facit, est vel ex re, vel ex personis; Ex re, vel quod omninò non debetur, vel quod per exceptionem perpetuam perimi potest. *l.* 26. §. 3. *D. h. t.* modò exceptio sit comparata in favorem excipientis, ut accidit in SCto de intercessionibus; ubi vero in odium ejus cui debetur, exceptio datur, perperam solutum non repetitur, ut in SCto Macedoniano. *l.* 40. *D. eod.* Quod igitur propter exceptionem doli mali in effectu exigi non poterat, perperam solutum repetitur. *l.* 7. *D. de Condict. caus. dat.* exceptio enim doli mali, in qua certatur de damno vitando, est favorabilis & naturali æquitati conveniens. Indebitum autem ex personis est, si quod alii debetur, alii solvatur, aut id quod alius debebat, alius quasi ipse debeat, solvat. *h.* §. *ult.* & hoc casu repetitio competit. *h.* §. 1. quando quis solvit suo nomine, putans se principaliter teneri, *arg. l.* 6. *C. de Condict. indeb.* Sed nulla repetitio conceditur ei, qui sciens nomine debitoris solvit, quò referre solent *h. l.* 44. nam

nam & ſolvendo quiſque pro alio invito & ignorante liberat eum. *l.* 39. *D. de N. G.*

XXV. *Ad l.* 21. *& l.* 26. §. *pen. l.* 32. *pr. &* §. *ult.*] In legato generali ſingulare eſt, ut electio tribuatur creditori ſeu legatario. §. 22. *Inſt. de Legat.* & ut in legato ſub alternatione relicto perperam ſolutum non repetatur. *l.* 19. *D. de Legat.* 2. Cum ex contractu generaliter aut alternative debetur, electio tribuitur debitori, utram rem præſtet. §. 33. *Inſt. de Action. l.* 10. §. *fin. D. de I. D.* ita tamen ut alterutram ſolidam præſtet. *l.* 34. §. *pen. D. de Solut.* & ſi, cum ab eo debitore duæ res alternative debentur, utraque ſolvatur, debitori electio repetendi quam velit, conceditur. *l. pen. C. de Condict. indeb.* atque ita abrogatur deciſio *h.* §. *pen.* Sed ſi poſt ſolutionem utraque res vel alterutra interierit, nihil repetitur. *h. l.* 32. *in pr.* Plane ſi in debito alternativo res una ſolvatur, electio etiam fuit conceſſa debitori. *d. l.* 32. §. *ult.* quamvis creditori arbitrium retinendi tribuatur, ſi duo ſint alternativè obligati. *h. l.* 21.

XXVI. *Ad l.* 26. §. 1.] Improbatur anatociſmus, ſeu uſuras uſurarum exigere non licet. *h.* §. 1. ut infamiæ pœna irrogetur ei, qui uſuras uſurarum exegerit. *l.* 20. *C. Ex quib. cauſ. irr.* ſuſtinent uſuræ vicem fructuum. *l.* 34. *D. de Vſur.* at fructuum uſuræ non debentur. *l.* 15. *D. eod.* ne ſit acceſſionis acceſſio. *l. ult. C. d. t.* Hæc ita procedunt, ſi non mutetur perſona debitoris;

Nam

Nam ſi, v.g. tutor exigat à debitore pupillari uſuras atque eas in uſus ſuos convertat, vel in iis reſtituendis moram committat, harum uſurarum uſuras pupillo tutor dare cogitur, uti ſi, cum uſuræ pupillaris pecuniæ, quas tutor debuit, mutato debitore ad creditorem transferuntur, non eſt anatociſmus, aut renovatio vel continuatio uſurarum inter eoſdem, & ſors nova efficitur. *l.* 7. §. 12. *l.* 58. §. 1. *& fin.* D. *de Admin. tut.* Pœnæ quoque uſuras exigere prohibemur *l. fin.* D. *de Magiſtr. conven.* ſed mulctæ uſuram fiſcus exigere poteſt, ſi condemnatus intra tempora judicati non ſolvat. *l.* 1. C. *de Fiſcal. uſur.* Et moribus in debitis fiſci & civitatum obtinuit, ut uſuras in ſortem redigere, ejuſque uſuras petere liceat: Eadem eſt ratio annuorum redituum, ex quorum penſionibus præteritis novum reditum conſtitui poſſe receptum eſt. Supra duplum etiam uſuræ non debentur. *h.* §. 1. h.e. ſupra duplum & alterum tantum uſurarum nomine ſolvendum, ut debitor quingentorum aureorum omnino liberetur, ſi mille aurei debeantur, *arg.* Nov. 121. *c.* 1. *&* 2. Hoc tantum intelligebatur de uſuris ſolvendis, uſuræ per tempora ſolutæ non proficiunt reo ad dupli computationem. *l.* 10. C. *de Vſur.* Jure noviſſimo etiam particulares ſolutiones & per diverſa tempora ſolutæ in duplum imputantur. *d.* Nov. 121. *c.* 1. *&* 2. Nov. 138. Ordines Friſiæ placito ſuo publicato Anno 1613. *d. l.* 10. in uſum revocarunt conſtituentes, uſuras

non solutas sortem non posse superare, annuatim verò solutas, licet semel sortem æquaverint, postea tamen sorti non imputari.

EXERCITATIO DUODECIMA,

RESPONDENTE JUSTO VYGH.

DE CONDICT. SINE CAUSA.

I. *Ad l. ult.*] Quæ proposuit contra regulas juris avunculo nubere', ei dedit pecuniam in dotem, si non sequatur matrimonium, pecunia repetitur, vel condictione sine causa. *h.l.* vel condictione ob causam dati causa non secuta. *l. 1. C. de Condict. ob caus. dat.* Idem statuendum est, si matrimonium de facto secutum fuerit; sive hoc factum sciverint sive ignoraverint contrahentes, ratio *h. l.* eadem militat. Sed hæc distinctio locum obtinet, cum de jure fisci agitur, ut, si scientes illicitas nuptias contraxerint, pecunia data confiscetur. *l. 4. C. de Incest. nupt.* Ita judicavit Senatus Sabaudiæ.

DE CONDICT. FURT.

II. *Ad l. 1 & 12. §. ult.*] Ipsam rem furto ablatam persequimur condictione furtiva. §. *fin. Inst. de Obligat. quæ ex dol. nasc.* quod singulare

eſt, nemo enim rem ſuam condicere poteſt niſi furi. *l. fin. D. Vſuſr. quemadm. cav. l. 1. §. 1. D. de Condict. triticiar.* unde illud, omnis condictio in fure degenerat. Cæterum condictio hæc verbis quidem, ubi de re ipſa agitur ſubrepta, eſt ad dandum, ſed effectu & in rei veritate eſt ad reſtituendum, vid. *l. 29. §. 1. D. de V. O.* nam in re furtiva ſoli domino condictio competit. *h. l. 1. l. 14. §. 16. D. de Furt.* vel ei qui interpretatione juris pro domino habetur, qualis eſt tutor, curator. *l. 56. §. pen. D. de Furt.* Quod tamen intelligendum eſt de condictione certi, condictio enim incerti etiam non domino conceditur, veluti creditori, cui res pignori obligata ſurrepta eſt. *h. §. ult.* quò referenda eſt *l. 22. in pr. D. de Pignor. act.* atque hac in certi condictione perſequimur poſſeſſionem. *l. 25. §. 1. D. de Furt.* Quomodo & locator, ſi quis, inſpiciente colono, meſſem ſuſtulerit, condicit frumentum, & ut id faciat, colonus ex conducto cum domino aget. *l. 60. §. 5. D. Locat.* add. *l. 52. §. 8. D. de Furt.* Sed & ipſe colonus condictione furtivâ certi experiri poteſt, quia fructus, ut primum decerptus eſſet, ejus eſſe cœpit. *l. 26. §. 1. D. de Furt.* Actio furti pœnalis datur ei, cujus intereſt. *d. l. 14. §. 16. D. Furt.* ex honeſta cauſa *l. 11. D. eod.* modò & is rem tenuerit domini voluntate, *l. 85. D. d. t.*

III. *Ad l. 9.*] Condictio furtiva, quia habet rei perſecutionem, heredem quoque furis obligat.

gat. *l. 7. §. 2. D. de Condict. furt.* unde verba, *quamvis morte tutoris intereant*, in *l. 10. D. de Tutel. & rat. distrah.* non sunt referenda in *l. 9. §. fin. D. eod.* ad condictionem, sed ad cæteras actiones ibi enumeratas: Datur autem hæc condictio contra heredes furis in solidum. *h. l.* sed heredes conventi actione rerum amotarum, licet hæc in multis comparetur condictioni furtivæ. *l. 6. §. 4. D. Rer. amot.* propter honorem transacti matrimonii. *l. 2. D. eod.* non tenentur in solidum, sed quantum ad eos pervenit. *l. ult. C. d. t.* Cum divortii causa uxor res mariti amovet, levius coërcetur. *l. pen. D. R. A.* Ab herede, qui cum defuncto eadem persona esse intelligitur, ac in ejus jus universum succedit, distinguitur pater, qui si filiusfam. furtim commiserit, aut si filia res mariti amoverit, actione de peculio non tenetur in solidum, sed quatenus ad eum pervenit. *l. 3. §. pen. D. de Pecul. l. 3. §. 2. D. Rer. amot.*

DE EO QUOD CERT. LOC.

IV. *Ad l. 2. §. 1.*] Distinguuntur actiones arbitrariæ ab actionibus bonæ fidei, & stricti juris. §. 28. *junct.* §. 31. *Inst. de Action. l. 5. in pr. & §. ult. cum l. 6. D. de In lit. jur. l. 3. §. 1. D. de Usur.* An, quia actiones per se stricti juris ex accidenti fiunt arbitrariæ? Pessimè, quemadmodum ridiculum esse dicit JCtus, eandem & ut viduam & ut nuptam admitti in *l. 100. D. de C.*

& D. Excipitur actio arbitraria de Eo quod certo loco, quæ origine est stricti juris, quia ex stipulatione venit. *h.* §. 1. sed quia actio ex stipulatu alio in loco instituitur, quam de quo conventum erat, efficitur arbitraria, atque ita actio ex stipulatu eadem manebit, sed quæ, si in alio loco moveatur, novam induit qualitatem, diversam ab actionibus stricti juris; ubi judex ad certam quantitatem, quæ stipulatione comprehensa est, adstringitur. *l.* 99. *in pr. D. de V. O.* §. 33. *Inst. de Action.* Non tamen ut loci, sic & temporis adjectio actionem facit arbitrariam; si tempus solutioni dictum est, datur actio ex stipulatu. *l.* 11. *D. de Re jud. l.* 114. *D. de V. O.* quomodo utilitas temporis consideratur in *l.* 4. *D. h. t.* An autem reus possit conveniri hac actione arbitraria quocunque loco habetis. *ass.* 7.

V. *Ad l.* 8.] In omnem causam fidejussor acceptus videtur, quæ potest nasci ex ea numeratione, de qua agit *l.* 56. §. 2. *D. de Fidejuss.* Verum fidejussor, licet rei locum obtineat. *l.* 4. §. 1. *D. eod.* ex mora rei non convenitur in usuras. *h. l.* mora quidem rei nocet fidejussori. *l.* 88. *D. de V. O.* sed ut obligatio perpetuetur; nam quemadmodum debitor post mortem interitu rei non liberatur, atque obligatio ipsius perpetuatur, & conveniri potest, quasi res adhuc extaret. *l.* 23. *&* 91. *D. de V. O.* ita & fidejussoris obligatio durat, atque si res post moram perempta sit, in æstimationem tenebitur. *l.* 58. §. 1. *D. de Fidejuss.* non

non etiam ut obligatio fidejussoris simpliciter in sortem accepti augeatur, nisi ita conventum fuerit, vel si fidejussor se in omnem causam obligaverit. *l.* 54. *D. Locat. l.* 10. *C. de Fidejuss. l.* 68. §. 1. *D. eod.* atque hæc sententia in Praxi recepta est. ll. Transisulan. *p.* 2. *tit.* 12. §. 6.

DE CONSTIT. PECUN.

VI. *Ad l.* 11. §. *ult.*] Constitutum ἀντιφώνησις adsimile est fidejussioni, nam nec constitutione nec fidejussione obligatio prior novatur. *l.* 18. §. *fin.* & *l.* 28. *D. h. t.* Distinguitur tamen à fidejussione, quod constitutum fiat nudo consensu, non verbis solennibus, directis, civilibus, nulla interposita stipulatione. §. 9. *Inst. de Action.* atque sustineatur beneficio prætoris, cui grave videbatur fidem fallere. *l.* 1. *D. h. t.* fidejussio vero non nisi per stipulationem & nomine alieno duntaxat constituatur. *l.* 1. §. 8. *D. de O. & A. l.* 12. *C. de Fidejuss.* Præterea si quis centum aureos debens ducentos constituat, in centum tantummodo tenetur. *h.* §. aliud est in fidejussore, qui, si se obligaverit in majorem summam quam debet reus principalis, omnino non obligatur, h. e. ut ne quidem usque ad summam concurrentem fidejussio subsistat. *l.* 8. §. 7. *D. de Fidejuss.* Sed si quis in majorem summam, quam erat rogatus, intercessit pro debitore, qui tantam summam debebat, usque ad summam concurrentem actionem mandati habet. *l.* 3. §. *ult.* & *l. seq. D. Man-*

dat. quò respicit *l.* 33. *D. eod.* Moribus hodiernis sublatis stipulationum solennitatibus idem hîc servatur in fidejussione, quod in constituto.

VII. *Ad l.* 16. §. 1.] Qui ita fuit obligatus, ut in Italia solveret, si in provincia habuit domicilium, utrobique convenietur. *l.* 19. *§. fin. D. de Iudic.* sed in provincia est conveniendus actione arbitraria de eo quod certo loco habitâ commemoratione, loci, in quo solvi debuit. *d.* §. 33. *Inst. de Action.* quæ actio arbitraria non est intentanda ubivis locorum, & ubicunque stipulator in promissorem inciderit, sed ubi hic forum sortitur; in loco contractus, vel domicilii, quomodo vocabula, *ubique* in h. §. & *quocunque loco* in l. 43. D. de Judic. explicantur pro quocunque loco, quo agi potuisset, si locus adjectus non fuisset: Eandem explicationem recipit *l.* 27. *D. de Condict. indeb.*

VIII. *Ad l.* 21. *§.* 2.] In obligatione pura dies cessit & venit. h. e. obligatio est nata, & debitum confestim peti potest. *l.* 41. §. 1. *l.* 118. *§.* 1. *D. de V. O. l.* 213. *D. de V. S.* licet debitori, ne statim cum sacco adesse paratus cogatur, pro expedienda solutione & obligationis executione aliquod temperamentum temporis merito indulgendum sit. *l.* 105. *D. de Solut.* quod tempus, quia hîc non est expressum, arbitrio judicis determinandum relinquo. *arg. l.* 1. §. *ult. D. de Iur. delib.* Ex natura constituti si sine die constituatur, nec statim solvatur, dantur decem dies *h. §.*

De-

Debitori quoque qui fatetur se debere, atque paratum se esse dicit ad solutionem, idem tempus quod post condemnationem reis indultum est, conceditur. *l.* 21. *D. de Iudic.* quod tempus fuit olim 30. dierum ex l. 12. tabb. juxta verba, *eris confeßis rebusque jure judicatis triginta dies justi sunto*, pòst duorum mensium. *l.* 1. *C. Theod. de Vsur. rei judic.* tempus hoc vocatur legitimum. *l.* 4. §. 5. *D. de Re jud. l.* 1. *C. de Vsur.* rei jud. spatium statutum. *l. ult. C. de Execut. rei jud.* hodie est quatuor mensium. *l.* 2. *C. de Vsur. rei jud.* Inter quos judicati agi nequit. *l.* 7. *D. de Re jud.* neque interim currunt omnes effectus moræ, unde explicanda hæc verba, *& suâ naturâ res ante rem judicatam interciderit. l.* 14. §. *fin. D. Depos.* usuræ tamen, sicut judicio cœpto durant, *l.* 35. *D. de Vsur.* ita etiam currunt usuræ ex pristina causa debitæ post sententiam à qua appellatum est usque ad sententiam secundam, quâ judex appellationis condemnationem confirmavit. *l. ult. D. de Re judic. l.* 24. *D. de Appellat.* post quadrimestre spatium à die sententiæ computandum currunt usuræ centesimæ maximæ. *d. l.* 2. *&* 3. *C. de Vsur. rei jud.* Neque omnino temporis ista intercapedo lucrum adferre debet judicato, non enim interim fructus suos faciet. *l.* 3. *in pr. D. de Vsur.* neque eadem juris indulgentiâ ad creditorum frustrationem abutetur aut oppositam ab eis compensationem prætextu dilationis.... *l.* 16. *D. de Compensat.*

COMMODATI VEL CONTR.

IX. *Ad l.* 5. §. 2. 5. & 10.] In actionem pignoratitiam venit dolus & culpa, ut in commodato, ubi tamen & venit custodia. *l.* 13. §. 1. *D. de Pign. act.* quam explico de diligentia exactissima, de qua commodatarius tenetur ex natura contractus, qui commodatarii utilitatem concernit. *h.* §. 2. atque ita custodia diligens in *h.* §. 5. sumitur pro custodia diligentissima. Interdum tamen in re commodata solus dolus præstatur, veluti si quis commodaverit sponsæ suæ vel uxori, quò honestius culta ad se deduceretur. *h.* §. 10. Moribus hodiernis jocalia quæcunque à sponso sponsæ altera nuptiarum die, vulgo *morgen-gaven*, dantur, non obstante generali bonorum communione, soluto morte matrimonio, sponsa aut ipsius heredes præcipua habent; Ita judicavit Senatus Frisiæ de arrha *den trou-penninch.* Si culpa commodatarii res commodata sit facta deterior & reddita, non videbitur reddita, quæ deterior facta redditur, nisi id quod interest præstatur *l.* 3. §. 2. *D. h. t.* ad quod actione commodati tenetur. *l.* 10. *D. eod.* adeoque si commodatarius offerat intertrituræ sive deteriorationis pretium, commodans ipsam rem recipere cogitur *arg. d. l.* 10. & *ult. D. h. t.* utique si deterioratio sit modica, sin gravior, ut ipsam rem habere non expediat, summa ratio suadet, æstimationem rei integræ à commodatario præstandam esse.

ſſe. De *h. l.* §. *fin.* an poſſint duo ejusdem rei omini & poſſeſſores eſſe, dicam infra ad *l.* 3. . 5. *de A. P.*

X. *Ad l.* 18. §. *fin.*] Commodatarius ob impenſas ὡς ἐνέχυρον quaſi pignoris jure rem commodatam retinet. *l.* 15. *in fin.* & *l.* 59. *D. de Furt.* ed, ſi ſolvere paratus eſſet dominus, illud pignus iberabitur. *l.* 6. §. 1. *D. Quib. mod. pign. ſolv.* Gaudet etiam commodatarius jure penſationis. *h.* §. *fin.* ſed non aliter, quam ſi fortè ob rei deteriorationem in æſtimationem ſit condemnandus, nam prætextu debiti reſtitutio commodati non probabiliter recuſatur. *l. ult. C. Commod.* & compenſatio locum demum habet, quando utrinque quantitas, non etiam corpus, debetur. *l.* 18. *in pr. D. de Pignor. act.* quomodo reſtringenda eſt *l. fin. C. de Compenſation.* ubi depoſitum excipitur, ne ſub prætextu compenſationis depoſitarum rerum quis ex actione defraudetur, quod intelligendum eſt, ſi depoſita ſit quantitas, aut præſtanda corporis depoſiti æſtimatio, exceptio enim debet eſſe de regula, atque hoc etiam ante Juſtinian. obtinuiſſe colligi ſolet ex loco *Pauli* 2. *Recept. ſentent. tit.* 12. §. *ult.*

DE PIGNOR. ACT.

XI. *Ad l.* 1. *in pr.*] Pignus ſignificat vel ipſam rem pignoratam. *l.* 29. *in pr. D. de Pignor.* vel contractum realem. §. *ult. Inſt. Quib. mod. re contrah. oblig.* vel ipſam obligationem unde ne-

xus pignoris. *l. 33. D. Fam. ercisc.* vel jus creditori in re constitutum. *tit. D. Quib. mod. pign. sol.* Inter pignus & hypothecam tantum nominis sonus differt. *l. 5. §. 1. D. de Pignor.* quantum ad effectum obligationis, quantum ad persecutionem & distractionem attinet, *§. 7. Inst. de Action.* Verum aliàs non est eadem ratio pignoris & hypothecæ; nam pignus propriè constituitur in re mobili. *l. 238. §. 2. D. de V. S.* & perficitur rei traditione. *§. fin. Inst. Quib. mod. re contrah. obl.* hypotheca est rei immobilis, & sine traditione nuda etiam conventione contrahitur. *h. l. d. §. 7.* Quæ tamen differentiæ non sunt perpetuæ, nam & pignori prædia leguntur esse opposita. *l. 15. l. 18. §. 2. D. h. t. l. 4. C. de Pignor.* & pignus non sola traditione, sed & nuda conventione constituitur. *h. l. 1.* & ita frequentissimè sub vocabulo pignoris, etiam res, quæ tradita non est, comprehenditur, & neque infrequenter sub actione pignoratitia venit etiam hypothecaria. *l. 41. D. h. t. l. 3. §. 3. D. Ad exhib. l. 7. §. 12. in fin. D. Commun. divid. l. 19. D. de Except. rei jud.* unde inferri solet, statuta de pignore loquentia tam de immobilibus quam mobilibus esse accipienda, cum verborum proprietas, quæ in statutis observatur in usu consistat, nisi materiæ aut subjecti ratio diversam conjecturam præbeat.

XII. *Ad ejusd. l. §. fin.*] Si in totum in materia erretur, venditio est nulla. *l. 9. §. fin. D. de*

Con-

ontrah. empt. ſic &, qui vas aurichalcum pro
uro vendidit, ignorans, tenetur, ut aurum quod
endidit, præſtet. *l.* 45. *D. eod.* Ita nulla eſt ven-
tio, ſi menſa argento cooperta pro aurea ve-
eat, & pecunia eo nomine data condicitur. *l.* 41.
. 1. *D. d. t.* ſed ſuſtinetur venditio, ſi quid inau-
tum pro auro vendatur, quia inauratum ali-
uid auri habet. *l.* 14. *D. d. t.* Quod ſi me virgi-
em emere putarem, cum jam mulier eſſet,
nptio valebit. *l.* 11. *D. de Contrah. empt.* verum
ontra venditorem ſcientem competit actio ad
eſolvendam emptionem, ut pretio reſtituto
ulier reddatur. *l.* 11. §. 5. *D. de A. E.* Error in
ateria non vitiat ſtipulationem neque pignus.
§. *fin. l.* 22. *D. de V. O.*

XIII. *Ad l.* 4.] Si convenerit, ne liceat pi-
nus diſtrahere, ſi præceſſerit denuntiatio trina,
debitor ceſſaverit, non obſtante conventione
iſtractio eſt licita. *h. l.* fortè, quia talis conven-
o adverſatur ſubſtantialibus pignoris, cujus fi-
is eſt, ut ceſſante debitore remedio pignoris
onſtituti creditor ſuum conſequatur: Denun-
atio etiam neceſſaria videtur, quando ſimplici-
er citra conventionem de diſtrahendo pignus
aditum eſt, alioqui creditor furti obligatur.
73. *D. de Furt.* Quomodo autem ſi ſit conven-
um, ut liceat pignus diſtrahere, diſtractio pro-
edat, dixi ſupra ad *l.* 13. *D. Quod met. cauſ.*

XIV. *Ad l.* 9. §. 3.] Ut naſcatur actio pi-
noratitia, omnis pecunia exſoluta eſſe debet,
aut

aut eo nomine ſatisfactum creditori. *h.* §. quod tamen intelligendum eſt de exercitio actionis pignoratitiæ, ceu effectu actionis natæ, ut citra ullum metum exceptionis efficaciter intentari poſſit, nam pignoris contractus ſola traditione perfectus actionem parere debet, licet non ſtatim in actum deducatur, ad exemplum actionis ex empto. *l.* 13. *§.* 8. *D. de A. E.* An igitur juri pignoris luendi ſpatio 30. vel 40. annorum præſcribi poteſt? Affirmativa ſententia propugnabitur, *arg. l.* 3. *C. de Præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Contrarium obſervat Praxis, ut licet colligere ex LL. R. Velaviæ, *tit.* 25. *§.* 8. Zutphanienſium, Reform. Zutphan. *tit.* 12. *§.* 3. Statut. Zutphan. *tit.* 14. §. *ult.* Ruremundenſium, *p.* 3. *t.* 4. §. 2. *art.* 6. Antwerpienſium, *tit.* 6. §. 6. & judicato Sabaudiæ cum ſimm. juxta illud vulgatum *een jaer loeſs, hondert jaer loeſs:* Pactum etiam de retro vendendo, quo cavetur, ut quandocunque venditor vel ipſius heredes pretium obtulerint, res vendita reſtituatur, ejuſdem naturæ eſſe non ſine fundamento docent quidam, nihil enim ea conventione actum videri poteſt, quam ut eſſet perpetuum jus redimendi, atque perpetua actio, atqui perpetuas actiones longiſſimi temporis præſcriptione excludi conſtat. ex *d. l.* 3. *& l. ſeq.* maxime cum ab initio actio ex vendito in perſonam venditori competat. *l.* 2. *C. de Pact. int. empt.* Verba autem illa *quandocunque*, *omni tempore*, *in infinitum*, ſine *temporis præfinitione* recipiunt

...unt interpretationem à jure communi, ut re-
...ingantur ad annos 30. nisi expressè contra-
...ntibus diversum placuerit. Atque hanc senten-
...am probavit Senatus Sabaudiæ: Contraria,
...uod ne quidem huic pacto centum vel pluribus
...nnis præscribatur, recepta est in Camera Spi-
...nsi, eamque approbavit Augustus Elector Sa-
...oniæ.

XV. *Ad l. 16. §. 1.*] Quod emptionem ven-
...tionem recipit, etiam recipit oppignoratio-
...em. *l. 9. §. 1. D. de Pignor.* excipitur res aliena,
...uæ, licet recte vendatur, *l. 28. D. de Contrah.*
...*mpt.* non tamen oppignoratur. *tit. C. Si res*
...*lien. pign.* quia in pignore res ipsa afficitur, sed
...n venditione persona venditoris duntaxat obli-
...gatur, qui non cogitur accipientem facere domi-
...num. *l. 25. §. 1. D. de Contrah. empt.* Sed datur
...decepto creditori actio pignoratitia contraria.
...*§. l. 9. in pr. D. de Pignor. act.* quæ actio non
statim supponit contractum fuisse validum, *arg.*
l. 62. §. 1. D. de Contrah. empt. Cæterum non
exigo dominium verum, sufficit dominium qua-
si, quale habet bonæ fidei possessor. *l. 2. C. Vbi in*
rem act. Cui interim bona fides præstat tantum,
quantum veritas. *l. 136. D. de R. I.* idem jus ei
penè tribuitur, quod domini prædiorum habent.
l. 25. §. 1. D. de Vsur. l. 48. in pr. D. de A. R. D.
quare & ille rem bona fide possessam oppignora-
re non prohibetur. *l. 18. D. de Pignor.*

XVI. *Ad l. 22. in pr. & l. 24. §. 2. & l. pen.*]
Cre-

Creditor ob rem debitoris ſubreptam, quæ non fuit pignoris jure obligata, actionem furti non habet. *l.* 49. *D. de Furt.* ſed ſi res pignori data ſit ſubrepta, creditor furti actionem habet, non ſolum contra extraneum, ſed & contra dominum. *l.* 12. §. *fin. l.* 14. §. 5. 6. *&* 16. *D. eod.* Sub hoc tamen diſcrimine, ut, ſi agatur contra extraneum, dupletur vel quadrupletur ſumma ipſius pignoris, ſin contra debitorem, ſumma pecuniæ debitæ & uſurarum ejus. *l.* 87. *D. d. t.* & hoc quod debitor eo nomine ſolvit, nullo modo recipit. *l.* 79. *D. eod. tit.* ratio eſt in *l.* 46. *D. de R.I.* quod autem conſecutus eſt ab extraneo imputat debito. *h. l.* 22. *l.* 15. *in pr. D. de Furt.* Ita, ſi creditor vendiderit pignus pluris quam debebatur, ſuperfluum pretii cum uſuris reſtituere cogitur judicio pignoratitio, nec audietur, ſi velit emptorem delegare. *h. l. pen.* ſed debitor expectare debet, uſque dum pretium creditor exegerit ab emptore, vel ei periculo venditoris adverſus emptorem ſint mandatæ actiones. *h.* §. 2.

XVII. *Ad l.* 26.] Teſtamento quoque pignus conſtituitur. *h. l.* ſed hæc conſtitutio nihil aliud eſt, quam conteſtatio & ordinatio defuncti & quidem ſolius, non eſt contractus, nam teſtamentum celebratur uno contextu. §. 3. *Inſt. de Teſtam. ord.* h. e. non debent actus alieni teſtamento intermiſceri. *l.* 21. §. *fin. D. Qui teſtam. fac. l.* 28. *C. de Teſtam.* At verba, *contraxerunt, gesserunt,* non ſpectant ad jus teſtandi. *l.* 20. *D.*
de

ę V. S. Et contractus non unius, sed duorum
luriumve voluntate perficiuntur. *l.* 1. §. 3. *D. de*
act. l. 31. *D. de O. & A.* Neque etiam nomen
ontractus meretur pignus prætorium aut judi-
iale, sed contractus dicitur pignus, quando ex
onventione contrahentium res traditur credi-
ɔri, de quo agitur in §. *ult. D. de Pignor. act.*

XVIII. *Ad l.* 39.] Si debitor præsente cre-
itore fundum illi obligatum vel pignori datum
endiderit, non nocet hoc creditori, cum ideo
assus sit hoc venire, quod sciebat, ubique sibi
ignus durare. *l.* 8. §. 15. *D. Quib. mod. pign. solv.*
ed si ex parte heres institutus universam vendi-
erit hereditatem, præsentibus coheredibus, &
on dissentientibus, præsentia non nocet, evi-
tus rebus, nisi coheredes pretium quoque rece-
erint, *l.* 12. *D. de Eviction.* Nocet quoque scien-
.a & præsentia, si me volente & sciente fundum
endideris, in quo usumfructum habebam, ut
sumfructum petenti obstet doli exceptio. *l.* 4.
. 12. *D. de Dol. mal. except. jung. l.* 38. §. 1. *D.*
e Donat. int. vir. & ux. Si heres fundum mihi
:gatum vendiderit me præsente, non fundum
:d pretium ejus duntaxat petere possum. *l.* 92.
). *de Legat.* 1. Ita qui cautionem manu sua con-
:ripsit, qui non potest prætendere ignorantiam
orum, quæ cautione continebantur, sibi præju-
icat, atque consensus ei obligationem dat.
26. §. 1. *D. de Pignor.* Creditor quoque, qui
enditione pignoris à debitore facta, tabulis
emptio-

emptionis ſubſcribit, conſenſiſſe & pignus remiſiſſe intelligitur. *d. l.8.§.15.D. Quib. mod. pign. ſolv.* Add. *l.3. C. Quod cum eo qui in al. pot. l. 2. C. de Reb. alien. non alien.* Sic qui inſtrumento alicujus ſubſcripſit tanquam fidejuſſor, efficaciter ex fidejuſſione obſtringitur. *l. 15. C. de Admin. tut.* Quomodo etiam deciſum fuit, excidiſſe jure protopraxias ſeu prælationis notarium, qui dum conficeret inſtrumentum, ſuam in bonis debitoris hypothecam ſiluerat: Sed obſignatio teſtamenti non nocet ei qui teſtamentum obſignavit ut teſtis, quaſi videatur comprobare ea, quæ teſtamento ſunt comprehenſa. *h. l. jung. l. 14. C. Si cert. pet. l. 34. §. 2. D. de Legat. 2.* add. *l. 6. C. de Fidejuſſor.* Atque hinc pronuntiatum fuit, filium, qui ut teſtis ſubſcripſerat inſtrumento venditionis factæ à matre, in petendo retractu ſibi non præjudicaſſe.

XIX. *Ad l. 41.*] Si res planè aliena pignori ſit data, quæ poſtea in bonis debitoris eſſe cœperit, ordinaria quidem actio ſuper pignore non competit, ſed tamen æquitas facit, ut utilis perſecutio exemplo actionis pignoratitiæ detur. *h.l. l. 5. C. Si res alien. pign.* utique ſi ignoranti creditori res aliena ſit pignori obligata; quod ſi autem creditor non ignoraverit eſſe rem alienam, difficilius creditori utilis actio dabitur. *l.1. D. de Pignor.* præcipue ſi agatur contra extraneum poſſeſſorem. Quamvis & hîc ſufficiat, ut, qui agit actione Serviana, probet, rem fuiſſe in

bonis

ionis debitoris eo tempore quo convenit de pignore. *l.* 15. §. 1. *D. eod.* seu bona fide possessam. 3. *D. d. t.* quomodo res dicitur pertinere ad debitorem in *l.* 23. *D. de Probat.* Sin contra debitorem, qui de pignore excipiat, agatur, exceptio eplicatione doli elidetur. *arg. l.* 21. §. 1. *D. de ignor.* debitor allegans propriam turpitudinem on est audiendus. *arg. l.* 5. *C. de Condict. ob turp. cau*s. idem est de eo qui à debitore domino effeto causam habet, ne sit melioris conditionis, uam auctor, à quo jus in eum transiit, contra 175. §. 1. *l.* 177. *in pr. D. de R. I.* An pignus onfirmetur, si dominus, cujus res pignori fuit bligata, succedat, dicam ad *l.* 22. *infr. de Pinor.*

DE EXERCIT. ACT.

XX. *Ad l.* 1. §. 20.] Qui in navem emenam, vel extruendam, vel instruendam pecuiam credidit, habet privilegium. *l.* 26. & 34. *). de Reb. auctor. jud. poss.* quod exaudiendum est e privilegio prælationis, non tacitæ hypothecæ, tiamsi vel maxime navium exercitio ad summam Reipublicæ pertineat. *h.* §. sed qui credit in restitutionem ædificii, quod corruerat, habet hypothecam tacitam. *l.* 1. *D. In quib. caus. ign. tac. contr.* quod tamen SCtum non est porgendum ad eum, qui credidit in ædificationem ovæ domus. Hoc laudavit Senatus Frisiæ. Qui rediderunt in restituendam vel reficiendam na-

vim, in extruendam novam domum, aut quorum pecuniâ prædium est comparatum, gaudent privilegio prælationis, quando res illas speciali pignoris nexu obligatas habent. *l.* 5. §. 17. *D. de Tributor. act. l.* 17. *C. de Pignor. l.* 7. *C. Qui pot. in pign.* qualis conventio supponitur in *Nov.* 97. *C.* 3. *in pr.*

De L. Rhod. de jact.

XXI. *Ad l. 2. in pr.*] Qui servandarum mercium suarum causa alienas merces in mare projecit, nullâ tenetur actione. *l.* 14. *in pr. D. de Præscript. verb.* ex eo quod projecit, sed, quia merces ejus salvæ sunt, rectè agitur, ut detrimentum pro rata portione communicetur. *h. l.* ubi æquissimum esse dicit JC. commune detrimentum fieri eorum, qui propter amissas res aliorum consecuti sunt, ut merces suas salvas haberent. Quâ occasione disputari solet, an ædes, quæ pro salute totius viciniæ sunt dirutæ, communibus impensis sint reficiendæ? Propter eandem æquitatis rationem asserunt plerique non ordinariâ aliqua actione, sed implorato officio judicis petendam esse restitutionem, & collationem, super qua cognoscere debeat magistratus; quare censuit Senatus Frisiæ, si ædificium alicujus ad vim hostilem arcendam publica autoritate sit combustum, damnum hoc ex publico esse reficiendum. Ego remedium illud in jure non reperio: Qui arcendi incendii causa vicinas ædes inter-

ntercidit, quia justo metu ductus id fecit, ne gnis ad se perveniret, non tenetur actione L. Auiliæ, sive incendium ad ædes suas pervenerit, ve non. *l.* 49. *§.* 1. *D. Ad L. Aquil.* Sed pervenire otuerit, verba enim non semper actum, sed & oteſtatem significant, *arg. l.* 21. *D. de Statu lib.* 5. *C. Ad exhib.* quomodo explicanda est *l.* 7. .4. *D. Quod vi aut clam.* Neque etiam tenetur juicio extraordinario de Incend. ruin. &c. qui dendendi sui causa vicini ædificium orto incendio issipavit. *l.* 3. *§.* 7. *D. de Incend. ruin.* neque deique ex sententia hujus edicti, ubi quoque hæc ifferentiæ ratio allegari solet, quod merces, quæ actantur, non sunt in propinquiore periculo, uam quæ in navi retinentur, sed domus incenio proxima utique magis periclitatur quam cæeræ.

XXII. *Ad l.* 8.] Qui levandæ navis gratia es aliquas projiciunt, non habent hanc mentem, t eas pro derelictis habeant. *h. l.* adeoque meres ejectæ non cedunt occupantibus, sed, qui eas ucrandi animo detinet, furti tenetur. *l.* 7. *D. Pro erelict. l.* 58. *D. de A. R. D. l.* 21. *§.* 1. *D. de A. P. uth. navigia. C. de Furt.* §. *fin. Inst. de R. D. &* 1. *R. D.* utique quando naufragio navis expulsa uit, v. g. ad litus, ut naufragus spem habeat reciiendarum mercium. *l.* 1. *C. de Naufrag. lib.* 11. Ibi autem res ita comparata est, ut naufragus pem omnem decollarit, plerumque derelinquentis animo merces jactasse intelligitur, & qui

eas invenit, ſibi acquirit, nec furti tenetur. *l.* 43. *§. pen. D. de Furt.* ubi particula *cum* non denotat cauſam, ſed tempus, vel ſi projiciantur, quæ humorem non ferunt, cujuſmodi ſunt libri & res ſimiles. Ex conſtitutione Fredirici navigia & navigantium bona illis integra reſervantur, ad quos ſpectabant, antequam navigia hujuſmodi periculum incurriſſent. *Auth. navigia. C. de Furt.* quæ conſtitutio confirmata eſt à Carolo V. *in Conſtit. crimin. cap.* 218. *in princ.* Ex Conſtit. Ludovici XII. & Henrici III. intra ſpatium bimeſtre merces inventas recipit dominus, quo tempore tranſacto pars tertia mercium extractarum cedit urinatoribus, tertia Almyralio, & tertia fiſco. In Belgio ſervantur bona inventa mercatoribus & dominis, ſi intra annum & diem, ſolutis expenſis ſervationis, ea vindicarint. In Gallia, Anglia, Italia, Hiſpania, Sicilia aliiſque multis regionibus bona naufragorum fiſco applicantur.

DE INSTIT. ACT.

XXIII. *Ad l. ult.*] Ad exemplum magiſtri navis *l.* 1. *§.* 17. *D. de Exercit. act.* inſtitor quoque ex contractu, quem tempore præpoſitionis iniit, conveniri poteſt, *arg. l.* 7. *§.* 11. *D. de SC. Maced.* Sed ex ſimplici confeſſione & cautione, quam fecit inſtitor nominatim & in ſpecie nomine præponentis, jure obligatus non eſt. *h. l.* An licet inſtitori merces, quæ ei nec expreſſe nec ta-

cite

ite ſunt obligatæ, jure pignoris retinere, ſi à
lomino quid debeatur? Non videtur, propter
egulam, *l.* 25. §. 1. *D. Solut. matr.* invitis nobis
es noſtras alius retinere non debet: Verum licet
reditori pignus retinere non modò ob pecu-
iiam hypothecariam, ſed etiam ob chirogra-
phariam, & ſi poſt ſolutam pecuniam hypothe-
ariam actione pignoratitia directa conveniatur,
xceptione doli ſe adverſus debitorem tuebitur.
un. Et ob chirograph. pec. pign. Aliud eſt ſi in
ortem duntaxat, vel in uſuras obſtrictum ſit pi-
nus, quo caſu ſoluto eo, propter quod obliga-
um eſt, locum habet pignoratitia *l.* 11. §. 3. *D. de*
ignor. act.

DE TRIBUT. ACT.

XXIV. *Ad l.* 1. §. 1. *l.* 5. §. 4. *l.* 7. §. 2. *&*
8.] Actio tributoria ad omnes negotiationes
ertinet. *h.* §. 1. modò fiant de mercibus pecu-
aribus, ad alias cauſas non porrigitur. *h.* §. 4.
Hæc autem actio non eſt de dolo in contractu
dmiſſo, ſed rei perſecutionem continet, neque
juſdem diſtributionis nomine datur actio doli
imoſa. *h. l.* 8. Verum ſi inique merces diſtri-
uantur, hic dolus coërcebitur actione tributo-
ia. *h. l.* 7. §. 2. Quod ſi ſervus in ſeparatis mer-
ibus negotietur, & in una aliquis contrahat, in
lia alius, non ſimul venient creditores ratione
triuſque mercis conjunctim, ſed ſeparatim, ut
ius ratione unius vocetur in tributum, alius ra-

 tione

tione alterius. Idem eſt, ſi ſervus in diverſis locis eandem exerceat negotiationem, ut ita contrahentes in unâ ſtatione vel negotiatione in rebus ibi exiſtentibus aliis creditoribus præferantur. *h. l.* 5. §. 15. *&* 16. quod ad liberas perſonas, & hodiernos mercatores porrexerunt Antwerpienſes. *Stat. Antwerp. tit.* 52. §. 4. Contrarium ſervatur in Gallia, ubi promiſcuè creditores partiuntur omnia, ubicunque reperiantur mobilia debitoris, qui minus ſolvendo eſt, tributione factâ pro ratione ejus, quod cuique debetur.

DE SCTO MACED.

XXV. *Ad l.* 1. *&* 4.] Filiusfamilias ex omnibus cauſis tanquam paterfamilias obligatur naturaliter & civiliter. *l.* 39. *D. de O. & A.* etiam ex mutuo, quia actio contra eum inſtituitur, ſed quæ oppoſita exceptione SCti Macedoniani inanis & ſine effectu reddatur, ad exemplum mulieris ex interceſſione obligatæ. *l.* 8. §. 9. *&* 12. *D. Ad SC. Vellej.* Atque hoc ſenſu filiofam. dicitur credi non licere in *h. l.* 4. deneganda eſt contra eum actio, petitio. *h. l.* 1. §. 7. *Inſt. Quod cum eo qui in alien. pot.* Senatus Dolanus diſpoſitionem SCti Macedoniani ad omnem ferè contractum extendit. LL. Academiæ Lovanienſis juris executionem ſuſpendunt, omnibusque denegant & ſingulis, qui Studioſo minori xxv. annis quicquam vendiderint, vel quid mutuo dederint aut crediderint, vel quemcunque obligationis tra-

...atum inierint. LL. Academiæ Franekeranæ, ... quis Studioso ultra tres florenos crediderit, ... usâ cognitâ actionem non habet.

XXVI. *Ad l. 7. §. pen. & ult. l. 9. §. 1.*] Si ... ala fide sint consumpti nummi, quos filiusfa... ilias creditori solvit, condictio patri ex omni ... ventu competit, *h. l. 9. §. 1.* sin, à creditore num... i sint consumpti bona fide, cessat condictio, ... 14. *D. de R. C.* Sed si ipse filiusfam. paterfam. ... ctus pecuniam mutuam contra Macedonianum ... ceptam integram persolverit, non repetit. ... §. *pen. l. 40. D. de Condict. indeb.* Quid si pater... m. factus partem debiti solverit? Cessabit ... Ctum, *h. l. 7. §. ult.* quod tamen intelligi volo ... e parte, quam solvit, non etiam ut ei in resi... uum convento exceptio SCti Macedoniani non ... oncedatur, *arg. h. l. 9. in pr.* ubi usque ad pigno... s quantitatem tantum exceptio denegatur, cum ... men pignus magis quam obligatio principalis ... dividuam causam habeat, *arg. l. 3. C. de N. G.*

XXVII. *Ad l. 11.*] Exceptio SCti Mace... oniani in eo comparatur exceptioni SCti Vel... ejani, quod contra naturam aliarum exceptio... um peremptoriarum, *l. pen. C. Sentent. resc. non ... oss.* utraque post sententiam opponi possit. *h. l.* ... ed in eo est dispar ratio, quod filiusfam. exce... tioni SCti Macedoniani introductæ in utilita... em patris & odium fœneratorum renuntiare ne... ueat, *arg. d. l. 40. D. de Condict. indeb. d. §. 7. Inst. Quod cum eo.* ut nec renuntiatio jurata noceat.

arg.l. 5. C. *de LL.* Contra, mulier de beneficio ſuo certiorata tam extra judicium quam in judicio renuntiet. *l. ult.* §. *pen.* D. *Ad SC. Vellej.* unde vocatur paſſim auxilium, beneficium. *l.* 5. 6. 7. 9. 11. & 15. C. *eod.* quod non obtruditur mulieri invitæ. *l.* 69. D. *de R.I. l. pen.* C. *de Pact.* Hanc ſententiam ſequuntur mores hodierni. Non eſt eadem facilitas mulieris, in renuntiatione, quæ eſt in obligatione, quia renuntiatio ſapit donationem. *l.* 12. D. *de Novat.* mulier autem donat rarò. *l.* 25. C. *de Donat. ant. nupt.* unde & Senatus ſuccurrit obligatæ mulieri, non donanti. *l.* 4. D. *Ad SC. Vellei.* Fœmina etiam non adjuvatur SCto Vellejano, ſi interceſſionem ex eadem cauſa ultrò iteraverit poſt biennium, poſtquam primam cautionem emiſerat. *l.* 22. C. *eod.* magna vis eſt geminationis, & longè major, quam ſimplicis actus. vid. *l. ult.* C. *de Plus petit.* Cæterum ex interceſſione mulier non aliter ipſo jure obligatur, quam ſi inſtrumento publicè confecto & à tribus teſtibus ſubſignato interceſſerit, ipſo jure nulla eſt interceſſio ſi ſine ſcriptura vel privato inſtrumento tantum vel publico, quod non habeat ſubſcriptionem trium teſtium, pro alio ſe obligaverit. *l.*23.§.2. C. *Ad SC. Vell.* Eadem eſt ratio ſi uxor intervenerit pro marito. *Nov.* 134. *c.* 8. *Auth. ſi qua mulier.* C. *d. t.* Mores hodierni hoc non obſervant, nam ex contractu mariti etiam illa mulier tenetur, quæ non interceſſit.

XXVIII. *Ad*

XXVIII. *Ad l.* 17.] Patri, mortua in ma-
trimonio puella, repetitio dotis profectitiæ da-
tur *h. l.* Solatii loco, ne & filiæ amissæ & pecu-
niæ damnum sentiat. *l.* 6. *in pr. D. de I. D.* Re-
stringi solet *h. l.* ad puellam orbam, quæ liberis
careret, sed præterquam quod vocabulum puellæ
non ita semper sumatur, juxta illud, *Parce precor
gravidis sic & Lucina puellis*, generalitas prædictæ
rationis & textus simplex *l.* 4. *C. Sol. matr.* non
patiuntur hanc restrictionem, nec verisimile,
ubique ibi uxores mortuas esse sine liberis: Con-
cludo igitur, dotem profectitiam etiam ad pa-
trem redire, neque penes maritum remanere,
licet liberi supersint, nisi aliter conventum fue-
rit. *l.* 12. & *l.* 26. *in pr. D. de Pact. dotal.* quale
pactum supponimus intervenisse in *l. ult.* §. 1. *D.
ut legat. nom.* Liberi quidem dicuntur onera
matrimonii. *l.* 56. §. 2. *D. de I. D.* sed soluto ma-
trimonio locutio hæc est impropria. Atque hæc
sententia servatur in Praxi Saxonica. Contra-
rium judicavit suprema Frisiorum Curia. Obi-
ter, *d. l.* 4. facit mentionem filiæfam. fortè quia
Imp. fuit consultus de tali facti specie, sed nihil
obstat, quo minus idem statuatur de filia eman-
cipata, cui dos à patre data etiam profectitia vo-
catur. *l.* 5. §. 11. *D. de I. D.* add. *l.* 71. *D. de Evict.*
l. 10. & 59. *D. Solut. matrim. l.* 5. *D. de Divort.*

EXERCITATIO XIII.

RESPONDENTE

SIMONE RAM.

DE PECUL.

I. Ad *l.7.§.4.*] Quod ad quantitatem & valorem publica auctoritate inditum pecunia eſt res incorporalis. *l.1. D. de Contrah. empt. l.94.§.1. D. de Solut. l.34.§.3. D. de Legat.* 1. ſed ſi in ſe & ſua materia conſideretur, pecunia eſt res corporalis, mobilis. *§.1. Inſt. de Reb. corpor.* unde legato bonorum mobilium pecunia quoque numerata continetur, niſi nummi ſint repoſiti, ut mutui darentur. *l.79.§.1. D. de Legat.* 3. vel prædiorum comparationi ſint deſtinati, *arg. l.3.§.6. D. de Contrar. tut. & ut. act.* Nomina & actiones tertiam ſpeciem conſtituunt, neque ad res mobiles aut immobiles referuntur. *h.§.4.l.15.§.2. & 8.D. de Re jud. l.2. C. de Quadr. præſcript.* Non igitur, ſi quis legaverit bona mobilia & immobilia, nomina obligaſſe cenſetur, ita judicavit Senatus Friſiæ de annuis reditibus. Circa annuos reditus, nomina & actiones moribus hujus ſeculi obtinuit, ut, ſi dirigantur ad mobilia, pro mobilibus habeantur, ſin ad immobilia, jure immobilium cenſeantur.

II. *Ad l.* 3. §. 7. 8. *& ult. l.* 5. §. 2. *l.* 10. §. 6. *l.* 17. *in pr.*] In rem patris vel domini versum e intelligitur, quando quid versum est necessa-). §. 4. *Inst.* Quod cum eo, vel etiam utiliter. *l.* 5. §. 2. Versum autem sic accipimus, ut du-t versum *h. l.* 10. §. 6. Si tamen res versa forte su domino perierit, nihilominus actio de in m verso locum habebit; durat enim versum sa-, quod durat in extremam usque fortunam. *l.* 3. §. 7. *& seqq. & l.* 17.

AD SCTUM VELLEIANUM.

III. *Ad l.* 8. §. 8. *&* 12. *l.* 14. *l.* 16. §. 1. *& l. ult.*] ellejano SCto comprehensum est, ne pro ullo eminæ intercederent. *l.* 1. §. 1. *D. h. t.* neve eo mine ab his petitio, neve in eas actio detur. *l.* 2. 1. *eod.* quod de effectu actionis intelligendum t, mulier enim ex intercessione & naturaliter & viliter obligatur, sed obligatio redditur inanis. *l.* 8. §. 9. sine effectu. *ead. l.* §. 12. actio qui-m nascitur, sed exceptione SCti infirmatur. 23. *D. h. t.* nihil interest actionem quis non ha-eat, an eam habeat, quæ exceptione perimi ossit. *l.* 112. *D. de R. I.* Mulier autem interce-t, vel si ab initio pro alio se ream constituat. *l.* 8. §. 14. vel si fidejubendo, mandando, bona a oppignorando pro alio interveniat. *d. l.* 8. *l.* 3. *h. t.* vel si per novationem alterius obligatio-m in se transferat. *h.* §. 8. Translata per nova-

tionem

tionem vel expromiſſionem actione, in mulierem vetus actio datur creditori, non ipſo jure, quia obligatio ſemel in perpetuum ſublata ipſo jure non reſtituitur. *l.* 98. §. *fin. D. de Solut.* ſed prætoris beneficio creditori actio vetus contra debitorem reſtituitur, unde hæc actio reſtitutoria, reſciſſoria, actio utilis dicitur. *hh.ll.* An igitur actio hæc circumſcribitur quadriennio, uti in *l. ult. C. de Tempor. in int. reſt.*? Non exiſtimo, actio enim vetus reſtituitur, ergo talis, qualis ante fuit, atque ita loco minoris 25. annis circumſcripti per omnia non eſt habenda mulier. *h. l. ult. in pr.* Actio reſtitutoria competit ſtatim atque mulier interceſſit. *l.* 24. §. *fin. D. h. t.* ſi velit creditor. *l.* 13. §. *fin. D. eod.*

IV. *Ad l.* 8. §. 2. *l.* 11. 12. & 17. *in pr.*] Si quis donationis cauſa vendat minoris, valet venditio inter extraneos, inter conjuges vero talis venditio, tanquam facta in fraudem legis, nullius momenti eſt, *l.* 38. *D. de Contrah. empt.* Si igitur vir uxori donationis cauſa rem viliori pretio addixerit, atque eam ignaram juris civilis in id pretium creditori ſuo delegaverit, mulier à creditore conventa tuetur ſe exceptione SCti Vellejani. *h. l.* 17. *in pr.* quæ mulieri non conceditur, ſi mulier ſciverit ſe non teneri, & forte finxerit, ſe teneri ex alia cauſa, creditor autem, cui illa delegatur quaſi debitrix, ignoraverit. *h.* §. 2. add. *l.* 1. *C. Ad SC. Vell.* quemadmodum ceſſat SC. Vellejanum, cum mulier creditorem decepit, infirmi-
tas

ta enim fœminarum non calliditas auxilium
inruit. *l.* 2. *§.* 3. *D.h.t.* πῶς ἀπαλωμέναις γυ-
ναιξὶ βοηθεῖ τὸ δόγμα, οὐ πῶς πανούργοις. Ita si
mulier ab initio tanquam in usus suos pecuniam
acceperit, alii creditura, non juvatur exceptione
SCti, utique si creditor ignoraverit eam inter-
cedere *h.l.* 11. At si sciat creditor, eam inter-
cedere, SCtum locum habet. *h.l.* 12. Quæ ta-
men sua sponte pecuniam mutuam sumit in usum
mariti, intercedere non videtur, adeoque SCtum
non nocebit creditori etiam scienti. *l.* 13. *C. eod.*

V. *Ad ejusd. l.* 17. §. 1.] Intercessionem fa-
cit pignoris datio, non etiam redditio. *l. 8. in pr.*
D. Ad SC. Vell. l. 11. *C. eod.* quæ enim consentit
obligationi pignoris sibi dati, jus pignoris remi-
sisse videtur. *l.* 9. §. *fin.* & *l.* 12. *D. Quib. mod.*
pign. solv. Interdum tamen mulier consentiendo
pignoris sui obligationi intercedere intelligitur,
veluti si propter dotem & pecuniam creditam
mulier acceperit pignus, & creditor mariti cura-
verit, ei pecuniam dotis solvi, ut voluntate mu-
lieris ipse idem pignus à marito acciperet, si cre-
ditor sciat, etiam aliam pecuniam mulieri debe-
ri: sin ignoret, exceptio vel replicatio SCti mu-
lieri non est profutura. *h.* §. 1.

VI. *Ad l.* 17. §. *fin.* & *l.* 18.] Si mulier & Ti-
tius sint socii, & in aliquam emptionem pecu-
niam mutuam acceperint, pro parte masculi in-
tercessisse videtur, dum se obligavit in solidum,
ideoque creditor totum petens exceptione pro
parte

parte ſubmovetur. *h.* §. *fin.* Idem eſt ſi Titius & mulier pro alio fidejuſſerint, ſed in rem communem. *h. l.* 18. nam ubi Titius & mulier non ſunt ſocii & pro alio fidejuſſerunt, ſubductâ muliere in ſolidum dabitur actio adverſus Titium, neque huic ſuccurritur beneficio diviſionis. *l.* 48. *in pr. D. de Fidejuſſ.* Hoc laudavit Senatus Friſiæ.

De Compensat.

VII. *Ad l.* 4. 10. *in pr. & 21.*] In ſtricti juris judiciis compenſatio locum non obtinuit, ſed mutuâ petitione & reconventione opus erat, verum ex reſcripto D. Marci oppoſitâ doli mali exceptione compenſatio inducebatur; poſt D. Marcum etiam in ſtricti juris judiciis frequentari cœpit oppoſitâ doli mali exceptione. §. 30. *Inſt. de Action.* Hodiè in quibuscunque judiciis compenſatio minuit actiones ipſo jure, neque amplius neceſſaria eſt exceptione doli mali. *l. ult. C. h. t.* quod tamen etiam ante Juſtin. obtinuiſſe conſtat ex *hh. ll.* Verum compenſatio effectum ſumit ex eo tempore, ex quo ex utraque parte debetur, uti quod ad concurrentes quantitates pro ſoluto habeatur, atque uſurarum curſus ſiſtatur. *l.* 4. C. *eod.* Sed, quia judex divinare nequit utrum debeatur, utique neceſſe eſt, compenſationem opponi. *l.* 7. 8. & 10. C. *d. t.* & ſi objecta fuerit, operatur ipſo jure. *d. l.* 4. Hoc ſequuntur mores hodierni, licet alicubi compenſatio non aliter admittatur, quam ſi ex reſcripto Principis oppo-

oposita sit, veluti in Francia, & Brabantia, excepta consuetudine Antwerpiensium, *tit.*64.§.8. ui & ipso jure exerit vires suas compensatio. Hæc autem compensationis allegatio quacunque judicii parte etiam post conclusionem in causa opponitur, modò tamen ante executionem judicati fiat. *l.* 2. *C. h. t.* atque ita distinguitur à reconventione, de qua supr. *ad l.* 22. *D. de Iudic.*

VIII. *Ad l.* 6. 7. 8. 14. 16. §. 1.] Compensatio ἀντίλογος, συψηφισμὸς, ἀντίληψις, est debiti & crediti inter se contributio. *l.* 1. *D. de Compensat.* ubi tamen debitum & creditum etiam rum comprehendere possunt, nam & in actionibus in rem, compensatio locum obtinet. *d. l.* 14. *C. eod.* Sed 1°, ut compensatio procedat, requiritur, ut debitum sit pecuniarium. *l.* 18. *in princ. D. de Pignor. act. l.* 26. §. 4. *D. de Condict. indeb. l.* 5. *D. de Impens. in res dotal. fact. l.* 1. *C. de Expil. hered. d. l.* 4. *C. h. t.* quod tamen adeò latè patet, ut & res aliæ fungibiles, quæ pondere, numero, mensura consistunt, comprehendantur. *l.* 5. 8. & 11. *C. eod.* licet ex dispari causa oriatur. Paul. 2. *Rec. sent. tit.* 5. §. *ult.* Imò qui debet nummos aureos, si objiciat compensationem ejus, quod in argentea moneta debetur, audiendus est, *arg. l.* 99. *D. de Solut.* Diversum placuit Senatui Sabaudiæ. Corpus autem cum corpore vel corpus cum quantitate compensationem non admittit; Compensatio enim fungitur

tur vice ſolutionis. *l. 4. D. Qui pot. in pign.* atqui aliud pro alio ſolvi nequit. *l. 2. §. 1. D. de R. C.* Cum igitur certum corpus nummorum deſignatur, veluti centum quæ in area habeo, compenſationi propriè acceptæ locus non eſt, *arg. l. 34. §. 4. & l. 51. D. de Legat. 1.* Quomodo in omnibus actionibus nulla differentia in rem vel perſonalibus obſervanda fiunt compenſationes, ſed poſitis terminis habilibus, quando res dolo aut culpâ poſſeſſoris interiit, aut deterior facta fuit, ut in ejus locum æſtimatio ſuccedere debeat, quomodo explicari ſolet. *d. l. ult. & l. 6. C. h. t.* 2° Non perimatur debitum exceptione. *h. l. 14.* quod ad debitum naturale trahendum non eſt, nam hoc non parit actionem, quæ per exceptionem ſit perimenda. *l. 95. §. 4. D. de Solut. junct. l. 7. §. 4. D. de Pact.* Quod autem natura debetur, in compenſationem venire dicit JC. in *h. l. 6.* 3° Debitum ſit purum, quod debetur in diem, vel ſub conditione, non compenſabitur, antequam dies venit, vel conditio extitit. *h. l. 7.* niſi ſit dies ſolutionis, qui condemnatis humanitatis gratia indulgetur. *h. l. 16. §. 1.* ſpatium hoc eſt quadrimeſtre, de quo *Exerc. præced. aſſ. 8.* 4° Debitum ſit liquidum. *d. l. ult. §. 1. C. de Compenſat.* ſeu aperto jure nitatur. *§. 30. Inſt. de Action.* Conſentiunt mores hodierni: Si debitum ſit controverſum, id exigatur nova inſtantia, niſi debitum tale intra breve tempus liquidari poſſit, veluti ſi per modum exceptionis deducatur in compenſatio-

tionem, quo nomine cum actore lis est contestat. *h. l. 8.* Specialiter qui fisco compensationem opponit, intra duos menses debitum sibi docere debet. *l. 46. §. 4. D. de Iur. fisc.* Denique sit debitum ei, qui compensationem objicit; ejus, quod non debetur ei, qui convenitur, sed alii, compensatio fieri non potest, verba sunt *l. 9. C. h. t.* add. *l. 16. in pr. l. 18. §. 1. D. eod.* unde id quod pupillo debetur, si tutor petat, non cogitur pati compensationem ejus pecuniæ, quam ipse tutor suo nomine adversario debet. *l. pen. D. h. t.* sicut nec ex contrario tutori agenti suo nomine obstabit compensatio debiti pupillaris, *arg. d. l. 9.* sed fidejussori liberum est compensare, quod sibi debetur ab actore. *l. 5. D. eod.* Imò & ipse conventus à creditore compensare potest eam quantitatem, quam creditor reo principali debet, non enim tenetur fidejussor in majorem quantitatem, quam reus condemnari potest. *l. 4. D. d. t. jun. §. 5. Inst. de Fidejussor.*

X. *Ad l. 10. §. 1.*] Interest nostra potius non solvere, quam solutum repetere. *l. 3. D. h. t.* & nulla est repetitio ab eo qui suum recepit. *l. 44. D. de Condict. indeb.* unde, qui compensare potens solvit, condictionem indebiti non habet, sed quod solventi debetur, propria actione exigit. *arg. l. 8. D. Rer. amot. junct. l. 6. C. de Compensat.* Interdum tamen, si qui compensare potuit solverit, condictio indebiti conceditur, utique quando interest solventis, quo referri solet

h. §. 1. *l.* 5. *§.* 2. *in fin. D. de Impens. in res dot.*

X. *Ad ejusd. l.* §. 2.] Quoties ex maleficio oritur actio, si de ea pecuniariè agitur, compensatio locum habet. *h. §.* 2. quò spectat regula, paria delicta mutua pensatione tolluntur. *l.* 39. *D. Sol. matr.* add. *l. ult.* §. 3. *D. de Eo per quem fact. er.* quatenus, quando super injuriis illatis uterque experitur, ab utroque injuria illata à judice prævia æstimatione taxatur, juxta *§.* 7. *Inst. de Injur.* non autem ut liceat uti retorsione, de qua actum est supr. Exercit. 4. *ass.* 15. Neque tamen hæc compensatio irrogat infamiam actori aut reo, nam ex causa injuriarum is demum infamis est, quem judex pronuntiavit, injuriam fecisse. *l.* 5. *C. Ex quib. caus. inf. irr.* h. e. qui suo nomine condemnatus est injuriarum. *l.* 7. *D. de Publ. jud.* §. *pen. Inst. de Pœn. tem. litig.* & per compensationem non tam agitur, quam petitio impeditur, *arg. l.* 21. *D. h. t.* licet interveniat factum judicis, sed quod retro trahatur, ut nec ab initio usque ad concurrentem quantitatem debitum fuisse intelligatur, ac ut, sicuti solutione, sic compensatione à sententia liberatæ sint partes, juxta *l.* 73. *D. de Procurat.*

XI. *Ad l.* 17. *&* 20.] Qui ideo condemnatus est, quod tempore ædilitatis arctiorem annonam præbuerit, seu annonam fraudaverit juxta *l.* 53. *D. de Iudic.* quod in annonæ dispensatione pretium autoritate Senatus constitutum excesserit & auxerit, vel quod de eâ frumenti quantitate

sub-

subduxerit, quam populo viritim præberi oportet, compensationem habet, quia non est debitor pecuniæ frumentariæ, delegatæ frumento, vel annonæ comparandæ, sed est debitor annonæ panum civilium, qui populo erogari solebant. *h. l.* 7. Sed curator rei frumentariæ vel annonariæ, qui pecuniam publicam ad annonam comparandam accipit, si ex curationis causa condemnetur, pecuniam jure compensationis retinere non placuit. *h. l.* 20. *l.* 46. §. 5. *D. de Iur. fisc.* quia necessaria omnibus rebus publicis pecunia moram solutionis accipere non debet. *l.* 2. §. 3. *D. de admin. rer. ad civit. pertin.* add. *l.* 3. *C. h. t.* ubi plures casus enumerantur, quibus debito fiscali compensatio opponi nequit.

III. *Ad l.* 18. *in pr.*] Si procurator agat nomine domini, non est ei objicienda compensatio debiti proprii & sic vice versa, si conveniatur non compensat id quod sibi debetur, ejus enim quod non debetur ei, qui convenitur, sed alii compensatio fieri non potest, *d. l.* 9. *C. h. t.* quod quidem in procuratore rei alienæ indistincte recipitur; Procurator in rem suam datus post litem contestatam si vice mutua conveniatur, æquitate compensationis utitur. *h. l.* ubi fit mentio litis contestationis, de quo casu dubitabatur, quia judex, de qua re cognovit, pronuntiare quoque cogendus est. *l.* 74. *D. de Iudic.* Verum eo non obstante etiam illud debitum in compensationem veniet, ut sit aliqua inter desides & vigi-

lantes differentia. *l. 2. C. de Annal. except.* ne diligentior quisque deterioris conditionis habeatur. *l. 8. D. de Compensat.* cum & non soleat deterior fieri conditio eorum, qui litem contestati sunt, sed plerumque melior. *l. 86. D. de R. I.* Cæterum nihil vetat, quò minus & procurator in rem suam datus ante litem contestatam utatur jure compensationis, cum & eo tempore actiones utiles exerceat nomine suo, easque si ante litem contestatam moriatur, ad heredes transmittat. *l. 1. C. de O. & A. l. 18. C. de Legat. l. 33. C. de Donat.* Exceptio item compensationis quæ opponi potuit cedenti, etiam obstabit cessionario, qui in locum cedentis successit. *l. 177. D. de R. I.* modò ex persona cedentis ille directam moveat actionem, aliud dicendum, si cessionarius utili actione suo nomine experiatur, maximè si hic causam onerosam habeat, *arg. l. 4. §. 31. D. de Dol. mal. except. l. 3. C. de Peric. & commod. rei vend.* Idem dicendum est de cessionario, cui ex causa necessaria mandatæ sunt actiones, *arg. l. 33. §. fin. D. de Procurat.* quod judicando probavit Senatus Frisiæ.

DEPOSITI.

XIII. *Ad l. 1. in pr.*] Depositum est, quod custodiendum alicui datum est, dictum ex eo, quod ponitur. *h. l.* unde, quia res immobiles nec poni, nec custodiri, ceu moveri, celari, auferri possunt, propriè loquendo depositum in res immobi-

mobiles non cadit, alterata tamen paululum ejus natura poſſet etiam depoſitum rei immobilis dici, quemadmodum ſi convenerit, ut non eadem nummorum corpora depoſita, ſed tantundem redderetur, depoſitum vocatur, ſed quod notiſſimos terminos depoſiti egreditur. *l.* 24. *D. Depoſ.* quomodo & commendare nihil aliud eſt quam deponere: *ead. l.* 24. *l.* 186. *D. de V. S.* niſi commendatio cuſtodiæ intelligatur.

XIV. *Ad l.* 1. §. 35. *& l.* 32.] Depoſitarius tenetur de culpa leviſſima, quando ita convenit, vel ſe ultrò obtulit depoſito. *h.* §. 35. ex natura contractus tenetur tantum de dolo, ſub quo culpa lata comprehenditur. *l.* 5. §. 2. *D. Commod. l.* 23. *D. de R. I.* §. *pen. Inſt. Quib. mod. re contr. obl.* Quando autem dicitur, quod depoſitarius non debeat ſalva fide minorem rebus depoſitis quam ſuis cuſtodiendis diligentiam præſtare in *h. l.* 32. vocabulum diligentiæ ita explicandum eſt in hac hypotheſi, ut, ſive depoſitarius fuerit diligentiſſimus, ſive negligentiſſimus culpam latam committat, ſi minorem curam rebus depoſitis, quam ſuis præſtet, ſed ea diligentia, quam quis adhibere ſolet rebus ſuis, in abſtracto conſiderata opponi ſolet culpæ levi. §. *ult. Inſt. de Societ. junct. l.* 5. §. 2. *D. Commod.* Imò depoſitarius, ſi rem depoſitam vendiderit, eamque poſtea in cauſam depoſiti redemerit, tenetur depoſiti, etiamſi ſine dolo malo poſtea perierit. *h. l.* 1. §. 16. Apud Mechlinienſes qui alienam rem in ſuam

custodiam suscipit, sive gratis id faciat, sive mercede interveniente, suo periculo suscipit, teneturque ad omne damnum, nisi per vim majorem aut casum aliquem, quem vitare non potuerit, res erepta fuerit. LL. Mechlin. *tit.* 18. *art.* 17.

XV. *Ad l.* 7. §. 2. *& l.* 31. *vers. si totius rei.*] Dolo facit depositarius qui suscepit, quod reposcenti rem non reddat. *l.* 1. §. 22. *D.h.t.* dominus contra depositarium utitur rei vindicatione. *l.* 9. *D. de R.V.* in tantum, ut & deponenti præferatur, præcipue si deponens sit prædo, atque animo scelestissimo res ademerit. *h.* §. 1. Sed si deponens jus aliquod in re habeat, dominus postponitur, veluti si creditori res sit pignori obligata. *l.* 1. §. *pen. D. Naut. caup. stabul.* Deponens, qui dominium & possessionem retinuit. *l.* 17. §. 1. *D.h.t.* præfertur creditoribus etiam privilegiariis. *h.* §. 2. si v. g. nummi depositi extent & vindicentur. *l.* 24. §. 2. *D. de Reb. auct. jud. poss.* ita censuit Senatus Sabaudiæ. Sed si res deposita amplius non extet, ut de æstimatione depositarius conveniri debeat actione depositi, post privilegia potior erit causa depositariorum. *d. l.* 24. §. 2. Depositum est optimæ fidei, & præterea hæc singularia habet, quod actio depositi sit famosa. *l.* 10. *C.h.t.* quod exceptio non numeratæ pecuniæ vel rei non traditæ non admittatur contra instrumentum vel chirographum, quo quis confessus est, se depositum ab aliquo accepisse. *l.* 14. §. 1. *C. de Non numer. pecun.* quòd cre-

ceditor deponentis non possit cum effectu depositario denuntiare, donec ei satisfactum sit. *l.* 11. §1. C. *h.t.* Neque hoc per *Nov.* 88. *c.* 1. mutatum est. Moribus hodiernis non redditur depositum, quando auctoritate judicis res deposita arresto includitur, sed arrestum præstitâ cautione idoneâ dissolvitur.

XVI. *Ad d. l.* 17. *§.* 1.] Distinguitur sequester à depositario: sequester possidet naturaliter, & id agitur ea depositione, ut neutrius possessioni id tempus ad usucapionem procedat. *h.* § 1. h. e. ut tempora interim non computentur, & controversiâ decisâ priora cum posterioribus conjungantur, quod tamen non est intelligendum de tacita partium conventione, nam *l.* 39. *ff. de A. P.* requirit ad eum effectum, ut omittendæ possessionis causa res sit deposita apud sequestrem & ut hoc apertè fuerit approbatum, ad differentiam ejus, apud quem custodiæ causa res deponitur, ubi ad usucapionem ea possessio prodest victori. *d. l.* 39. Sed hoc sequestrum improprium proximè ad naturam depositi in specie sic dicti accedit.

XVII. *Ad l.* 26. §. *fin.*] Instrumenta privata, seu ἰδιόχειρα quæ transigendi, paciscendi, fœnerandi vel societatis coëundæ gratia, seu de aliis quibuscunque causis vel contractibus legitime conficiuntur, si personalis actio exerceatur, eandem vim in concursu creditorum obtinent, quam instrumenta publica habent: sin actio rea-

 lis

lis moveatur, publica privatis præferuntur, nisi instrumentum privatum habeat subscriptionem trium testium probatæ atque integræ opinionis, quo casu in effectu inter utramque scripturam nulla est differentia. *l.* 11. C. *Qui pot. in pign.* quò ref. *l.* 26. *§.* 1. *l.* 34. *D. de Pignor.* Et hæc procedunt, quando debitor se scripsisse aut subscripsisse fatetur, *arg. l.* 65. *D. de Procurat.* si neget, convincendus est testibus tribus honestis & fide dignis. *Nov.* 73. *c.* 1. aut literarum comparatione. *l.* 20. C. *de Fid. instrum.* Quæ tamen comparatio literarum non probat solidè, *d. Nov.* 73. *in præfat.* ibi, *non enim ita quis scribit juvenis & robustus, ac senex & fortè tremens.* Ad scripturas privatas fidem facientes etiam referenda sunt, apocha & antapocha: Sed apochæ intra dies triginta post hujusmodi securitatis expositionem connumerandos potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. *l.* 14. *§.* 2. C. *de Non num. pecun.* quo modo probat apocha, si pecunia sit soluta. *l.* 19. §. 1. *D. de Acceptil.* sed post excessum memoratorum dierum triginta non licet ei, qui securitatem exposuit, non esse sibi solutas pecunias vel alias res dicere. *d. l.* 14. §. 2. *in fin.* Instrumenta autem domestica, seu privatæ adnotationes per se non probant, nisi aliis adminiculis adjuventur. *l.* 5. 6. & 7. C. *de Probat.* Epistola contra scribentem fidem facit, an pro scribente probet, judex æstimabit. *h.* §. *fin.* add. *l.* 6. C. *de Edend.* Praxis observat in Germania, ut libri

mer-

mercatorum, qui continent accepta & expenſa, debita & credita, eandem vim obtineant, quam habent alia inſtrumenta privata. In Belgio non tantum libris mercatorum juramento aut morte confirmatis pleniſſima fides debetur in iis quæ mercaturam concernunt, ſed & libris piſtorum, ſartorum, ſutorum &c.

MANDAT.

XVIII. *Ad l. 2. §. fin. l. 6. §. 5. & l. 32.*] Ex commendatione nemo obligatur mandati actione, quando literæ commendatitiæ ſunt conſcriptæ generaliter. *l. 12. §. 12. D. h. t.* niſi ſe ſpecialiter commendator ad aliquid obſtrinxerit. *l. ult. C. Quod cum eo, l. 7. C. h. t.* Sic ea quæ commendandi cauſa in venditionibus dicuntur, ſi palam appareant, venditorem non obligant. *l. 43. D. de Contrah. empt.* & quæcunque is, & ad nudam emptæ rei laudem pertinentia, ut jactentur non ut præſtentur, dicit ſine ulla promiſſione aut aſſeveratione, ſic habenda ſunt, quaſi nec dicta ſint nec promiſſa. *l. 19. D. de Ædil. edict.* Proxeneta quoque, qui adfirmaverat idoneum eſſe eum, cui mutua pecunia debebatur, non tenetur, quamvis aliquid philantrophii nomine acceperit. *l. 2. D. de Proxenet.* ſed ſi magna & evidens calliditas intervenerit, de dolo, cæteris actionibus deficientibus, tenetur. *l. 7. §. fin. D. de Dol. mal.* atque ut loquitur Græcus Paraphraſtes, ἐπὶ τῆς κατὰ δόλον βουλῆς ἁρμόζει ὁ περὶ δόλου. Ita

consilii non fraudulenti nulla est obligatio, sed si dolus & calliditas intercessit, in subsidium actio de dolo competit, quando actiones aliæ non supersunt. *l.* 47. *D. de R. I. l.* 8. *&* 37. *D. de Dol. mal.* Imo si consilium non subsistat in nudis terminis monitionis & adhortationis simplicis, verum accedat vis quædam impellendi, & consilium detur aliàs non contracturo, oritur obligatio mandati; licet hoc mandati genus sit irregulare, ac inde non directa, sed tantum actio contraria proficiscatur. *h.* §. 5. *h. l.* 32. Eodem modo in delictis si consulens subsistat in nudis terminis consilii, veluti si quis pauperi simpliciter suadeat, ut furto sibi pecuniam conquirat, talis furti non tenetur, quo ref. §. 11. *Inst. de Oblig. quæ ex del.* Sed qui persuadet & impellit, instruit consilio ad furtum faciendum, atque locum, ubi pecuniæ sunt repositæ, ostendit, veluti in *l.* 50. §. 3. *D. de Furt.* furti quidem interim non tenetur. *l.* 36. *in fin. pr. D. eod.* sed tunc demum cum factum secutum fuerit. *l.* 53. *in fin. D. de V. S.* Publicorum judiciorum eadem est ratio; quomodo condemnabitur cujus consilio adulterium factum est. *l.* 12. *&* 14. *D. Ad l. Iul. de adult.* cujus consilio innocens interemptus. *l.* 1. *&* 3. §. 4. *D. Ad l. Cornel. de sic.* Add. *l.* 6. *D. Ad l. Pomp. de parricid. l.* 1. *D. Ad l. Iul. pecul. l.* 2. §. 1. *D. Ad l. Iul. de annon. l. pen.* §. *ult. D. de Leg. Fab. de plagiar.* ut hîc quoque, qui suo consilio ad delinquendum induxit, & sine cujus consilio peccaturus

non fuisset, ordinariâ pœnâ sit plectendus, *. dd. ll.* De *l.* 6. 7. 56. §. *pen.* egimus supr. ad *l.* 5. *de Procurat.*

XIX. *Ad l.* 8. §. *fin. & l.* 10. *in pr.*] Procu-or nihil amplius quam bonam fidem præstare bet. *h. l.* 10. h. e. sufficit, eum id efficere, quod nae fidei convenit, quod bona fides dictat; quia men, qui negotium sponte gerendum suscipit, detur diligentiam & industriam suam polliceri, emplo depositarii, qui se ultro offert deposito, eo dolum & omnem culpam excepto casu provisо, præstandam esse juris auctoritate anifestè declaratur. *l.* 13. *C. Mandat.* nec quic-iam in ejus administratione neglectum ac de-natum culpa vacuum est. *l.* 21. *in fin. C. eod.* on igitur officium hoc est damnosum manda-rio contra *l.* 61. §. 5. *D. de Furt.* qui non fuit is functus officio suo, E. *l.* 203. *D. de R. I.* que ita generaliter vocabulum culpæ sumitur *h.* §. *fin.* Cæterum potest mandatum ex pacto turam suam excedere, possum enim mandare, mihi custodiam præstes. *l.* 5. §. *pen. D. de Præ-ript. verb.* nomine custodiæ etiam venit pericu-m & casus fortuitus, conf. *l.* 17. §. *pen. D. eod.* 2. *in fin. D. de Peric. & commod. rei vend.*

XX. *Ad l.* 12. §. 11.] Ipso jure qui expensa-m nec finem nec modum habet non excidit ad-inistratione bonorum suorum, sed decreto ma-stratus curatore dato ei bonis interdicitur. *l.* 1. 10. *D. de Curat. furios. l.* 3. *C. de In int. restit.*

min.

min. 25. ann. Verba prætoris interdicentis erant hæc, *Quia tua bona paterna avitaque nequitia tua diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdico.* Conſentiunt LL. Municipales Zutphanienſium, *tit.* 29. §. 8. Antwerpienſium, *tit.* 43. §. 89. mores Hollandiæ, Friſiæ, & alibi paſſim. Interdum tamen adoleſcens luxurioſus citra interdictionem pro prodigo habetur, veluti ſi talis mandet, ut pro meretrice fidejubeatur, non obligatur mandati. *h. §.* licet fidejuſſio non ſit plane inutilis, arg. eorum quæ dixi ſupr. *Exercit.* 11. *aſſ.* 21. Ita non uſucapit, qui à luxurioſo & protinus ſcorto daturo pecuniam, rem comparavit. *l.* 8. *D. Pro empt.* Etiam mulieri, quæ luxurioſè vivit, bonis interdici poteſt, verba ſunt *l.* 15. *D. de Curator. furioſ. & al. extr. ord.* deſumpta ex *lib.* 3. *Recept. ſentent. Paul. c.* 4. *verſ. mulieri.* De ſcortillorum effuſione cohibenda legem ſtatui non fuit neceſſe, quia propter innatum ei ſexui pecuniæ ſtudium, mulier donat rarò. *l.* 33. §. 1. *D. de Donat. int. vir. & uxor. l.* 4. *D. Ad SC. Vell. l.* 16. *C. de Donat. antenupt.* Quod ſi, qui fuit prodigus, ſanos mores receperit, ipſo jure deſinit eſſe in poteſtate curatorum *d. l.* 1. *D. de Curat. furioſ.* quæ tamen verba, *ipſo jure*, non omnino excludunt factum magiſtratus; vid. aſſert. 7. *h. exerc.*

XXI. *Ad ejusd. l.* §. *fin. l.* 26. *& l.* 57.] Mandatum ſolvitur morte ejus qui id ſuſcepit. *h. l.* 57. & morte mandatoris ſeu domini. *h. l.* 26. unde

ei,

, cui jussi debitorem meum post mortem
eam solvere, non rectè solvitur; verum ei, qui
andato meo post mortem meam stipulatus est,
ctè solvitur, quia talis est lex obligationis. *l. fin.*
. *de Solut.* ut hoc casu non ex mandato, sed jure
ipulationis solvatur. *l.* 106. *D. eod.* nam & vivo
:o mandatore eoque invito solvi potuit, si pro-
issor diem solutionis antevenire voluerit. *l.* 41.
.*d.t.* Præterea regula ista non procedit in man-
ato judiciali, quod, si cum procuratore lis sit
ontestata, etiam post excessum ejus, qui agen-
am litem mandaverat, durat. *l.* 23. *C. de Pro-*
urat. Obtinuit usu, ut mortuo domino heredes
itentur ad causam reassumendam, vulgò *om de*
rrhementen van't proces aen te nemen. Durat &
l mandatum post mortem domini, quod de-
ıum post mortem ejus executioni mandari po-
est, veluti si quis mandet post mortem suam
ıonumentum fieri. *h.* §. *fin.* add. *l.* 18. §. 2. *D. de*
Donat. mort. caus. Mandatum etiam venditarum,
onatarum, in solutum datarum actionum non
initur morte cedentis. *l.* 1. *C. de O. & A.* Non
ctio utilis quam habet cessionarius suo nomine.
. *ult. C. Quand. fisc. vel privat. l. ult. C. de Hered.*
vend. nec exercitium actionis directæ, quando
edens mortuus est relicto herede, in quem actio
lirecta ipso jure transiit. *l.* 59. *D. de R. I.* Quod
i cedens sine herede lite non contestata decesse-
it, extinguitur actio directa, *arg. d. l.* 1. *C. de O.*
& A. l. 5. *in pr. D. Vt legat. nom.* Lite autem
con-

contestata si mandator decesserit, actio directa contra debitorem manet salva, *arg. l.* 23. *C. de Procurat.*

XXII. *Ad l.* 22. *§.* 5.] Publicatis bonis quicquid postea acquiritur, non sequitur fiscum. *h.* §. 5. quæ verba minus commodè referuntur ad relegatos, quorum bona non nisi specialiter ex sententia publicantur. *l.* 8. *§.* 3. *D. de Bon. damnat. l.* 14. §. 1. *D. de Interd. & releg.* at habent hunc sensum, ut bona post quæsita non statim fisco acquirantur, sed demum mortuo damnato, unde utitur Imp. in *l.* 2. *C. de Bon. proscript.* tempore futuro, *publicabuntur.* Jure novissimo cessat hæc disputatio, quia non amplius bona proscriptorum publicantur, sed descendentibus & ascendentibus (excepto crimine læsæ majestatis) usque ad tertium gradum relinquuntur. *Nov.* 134. *c. ult.* De collateralibus nihil dicit *Nov.* quare *Auth. Bona damnatorum. C. de Bon. proscript.* ex archetypo male descripta hactenus fidem non meretur. Hodie multis in locis revocatum est in usum jus vetus, uti in Burgundia, & in plerisque Franciæ provinciis, ubi qui confiscat corpus, simul confiscat bona. In Hollandia confiscationes bonorum sunt arbitrariæ. Alibi confiscationes bonorum locum non obtinent, præterquam in crimine hæreseos & læsæ majestatis; ita in multis Gelriæ partibus publicationi bonorum non est locus, sed hereditate puniti fruuntur proximi heredes.

XXIII. *Ad*

XXIII. *Ad l.28.*] Sublatâ obligatione principali, tollitur & acceſſoria. *l.*38.§.2.*D. de Solut.* Non ſtatim ſublata obligatione acceſſoria perimitur & principalis. *l.* 21.§.2. *D. de Fidejuſſ. l.*43. *D. de Solut.* Ita mandator, qui pro debitore ſuo nomine ſolvit, non ſtatim ipſo jure liberavit debitorem, quare & ille etiam poſt factam ſolutionem impetrare poteſt, ut ſibi cedantur actiones. *h. l.* quod enim quis ſuo non debitoris nomine ſolvit, debitorem non liberat. *l.* 31. *D. de Petit. hered.* quare præſtare debet creditor actiones mandatori adverſus debitorem, ut ei ſatisfiat. *l.* 95. §. 10. *D. de Solut.* licet debitor per exceptionem doli mali ſit liberatus, ſi iterum experiatur creditor, qui contra bonam fidem bis exigere non debet. *l.* 57. *D. de R. I.* Eadem ratio eſt fidejuſſoris, qui pro debitore ſuo nomine ſtipulanti promittit, quo reſpectu quoque ſolvere intelligitur. *arg. l.* 80. *D. de Solut. junct. d. l.* 31. Sed fidejuſſor quoque nomine debitoris ſolvere poteſt. *l.* 47. *D. de Condict. indeb.* Fidejuſſor qui ſuo nomine ſolvit, liberat quidem debitorem, *pr. Inſt. Quib. mod toll. oblig.* beneficio exceptionis, ipſo jure obligatus manet, *arg. h. l.* 28. quemadmodum & alibi dicuntur liberari, qui per exceptionem liberantur, ſalvâ manente ipſo jure principali obligatione. *l.*18.34.§.2.*l.*38.§.1. *l.*98.§.6.*D. de Solut.* Aliud eſt quoties duo æquè principaliter ſunt obligati, uti unus ex tutoribus, qui ſolidum ſolvit, cum actio nulla ſuperſit, actionem

nem ſibi cedi deſiderat fruſtra. *l. 76. D. de Solut.*

XXIV. *Ad l. 60. §. 1.*] Pro dote conſervanda vel reſtituenda conſtante matrimonio pignus, quod datur ut res magis ſit in tuto, exigere à marito licet. *l. 7. §. 6. D. de Donat. int. vir. & uxor.* non etiam fidejuſſorem, (qui debitoris locum obtinet. *l. 4. §. 1. D. de Fidejuſſ.*) ne uxor, quæ ſe vitamque ſuam marito committit, fidei ejus videatur diffidere. *l. 1. & 2. C. Ne fidejuſſ. dot. dent.* qua de cauſa in fidejuſſore dando eſt quædam contumelia. *l. 17. §. ult. D. de Teſtam. tut.* Sed fidejuſſor pro muliere vel alio dotem promittente datus obligatur. *h. §. 1. l. 55. D. de I. D.* Quid ſi pro dote conſervanda vel reſtituenda maritus ſponte fidejuſſorem offerat, an hic obſtringitur? Nihil minus, *arg. d. l. 1. & 2.* Moribus hodiernis in pactis antenuptialibus caveri poteſt ut detur fidejuſſor dotis.

EXERCITATIO XIV.

RESPONDENTE PETRO à SANEN.

PRO SOCIO.

I. A*d l. 1. 35. 59. 63. §. 8. l. 65. §. 9 & l. 70.*] Nulla ſocietatis in æternum coitio eſt. *h. l. 70.* Sed in perpetuum ſocietas coiri poteſt. i. e. dum

e. dum vivunt socii. *h. l.* 1. morte unius solvitur ocietas, licet plures supersint, nisi in coëunda ocietate aliter convenerit. *h.* §. 9. non ut vi conentionis heres socii sit socius. *h. l.* 35. quod de ocietatibus privatis accipiendum est, in societae vectigalium ab initio pacisci possumus, ut post nortem alicujus maneat societas. *h.l.* 59. *h.* §. 8. Consentit judicatum Frisiæ Senatus quod ad rivatam conjugum communionem, sed in paria nostra Gelria, atque vicinis quibusdam proinciis, ut & in Gallia, solutâ animorum & corporum conjunctione etiamnum durat societas conjugalis, usque dum superstes inventarium seu descriptionem omnium bonorum legitime confecerit.

II. *Ad l.* 3. §. 1. *l.* 7. 8. *&* 9. *l.* 52. §. *fin. l.* 73. §. 1. *& l.* 81.] Cum specialiter est contracta societas omnium bonorum, omnia omnino communicantur, quæ socii quaqua ratione acquisiverint. *h.l.* 3. §. 1. Imò & in hanc societatem veniunt bona futura *l.* 73. *D. h. t.* quæ tamen non ipso jure, sed judicio societatis communicantur *l.* 74. *D. eod.* quæ autem jam coëuntium sunt, continuo communicantur, & licet specialiter traditio non interveniat, tacite tamen creditur intervenire. *l.* 1. §. 1. *cum l. seq. D. h. t.* Societati tamen omnium bonorum specialiter contractæ non imputantur bona feudalia, ne dominus alium quam voluerit acquirat vasallum. *c. un. circ. fin. de Fratr. de nov. benefic. investit.* Concord.

Reform. Zutphan. *tit.* 16. §. 3. LL. Transisul. *p.* 2. *tit.* 2. §. 2. Verum hoc non procedit in feudo hereditario, aut in iis locis, quibus feuda ad instar patrimoniorum redacta sine domini consensu alienantur: Cæterum licet ipsa feudorum nostratium corpora per reciprocam in pactis antenuptialibus conventionem non communicentur, utrinque tamen conjuges actione personali ad id quod interest, pacta conventa adimpleri, rectè conveniuntur. Societate autem simpliciter contracta ea tantum communicantur, quæ ex quæstu veniunt. *h. l.* 7. *& seqq. duab.* Unde societati universorum bonorum specialiter contractæ, in quam & ea veniunt, quæ principaliter causam societatis non concernunt. *h. l.* 52. §. *fin. l.* 39. §. 3. *D. Fam. ercisc.* & ea utrinque imputantur, quæ in studia aut honorem alterius liberorum imputata sunt. *h. l.* 73. §. 1. Idem dicendum est de dote, non obstante. *h. l.* 81. quæ vel restringenda ad casum, quo fuit societas simpliciter contracta, vel quo fuit dos promissa non data, & pater decessit, ut tum demum pactio desideretur. Moribus Slesvicensium, Brugensium, Lusitaniæ, totius fere Gelriæ & Transisulaniæ ad exemplum societatis universorum bonorum specialiter contractæ omnia omnino bona communicantur, nisi aliud sit cautum pactis antenuptialibus. Idem servant Hollandi, quamvis hi & aliam adjecerint exceptionem, nisi bona ex testamento fideicommisso sint subjecta.

III. *Ad*

III. *Ad l.* 23. §. 1. *l.* 29. §. 1. *l.* 30. *& l.* 52. §. 4.] Si non fuerint partes adjectæ societati, æquas eas esse constat. *h.l.* 29. §. 1. *Inst. eod.* modò contributio sit æqualis, inæqualitas contributionis facit inæquales partes, & hoc tacitè actum esse intelligitur, uti ad proportionem summæ collatæ & lucri ratio habeatur. *l.* 6. *&* 83. *in fin. D. d. t.* In collatione æquali partes inæquales ex pacto constitui possunt. *l.* 29. §. 1. *D.* §. 2. *Inst. eod.* Verum inæqualitas absoluta, ut alter damnum tantum, alter lucrum sentiat, vitiat societatem, & dicitur leonina societas in *ad. l.* 29. §. *fin.* Limitata ex partium conventione sustinetur, ut etiam valeat societas ita contracta, ut alter lucri partem tantum, nullam partem damni ferre teneatur. §. 2. *Inst. de Societ.* ita tamen, ut lucrum non nisi illud intelligatur, quod deducto, compensato, & computato damno superest. *h. l.* 30. quæ quidem compensatio lucri & damni locum habet, quando ex eadem causa, ex eadem negotiatione descendit, non etiam si ex diversis causis. *h. l.* 23. §. 1. Societatem quoque uno conferente pecuniam, altero operam, contrahi posse magis obtinuit, verba sunt *l.* 1. *C. Pro soc.* add. *h. l.* 29. §. 1. *neque enim captiosa aut iniqua est societas, ubi alter corpus, alter disciplinam in societatem confert*, & sæpè, ut dici solet, *par pari hostimentum est opera pro pecunia.* Quamvis hoc casu lucrum, tantum quod ex sorte provenit, esse inter socios communican-

dum verisimile sit. *d. §. 2. Inst. de Societ.* Unde finitâ societate ipsa sors non communicatur, sed inferenti eam est restituenda, &, quia hic dominium proprietatis in summa capitali retinuit, usum & fructum duntaxat transtulit, ideò & idem sortis amissæ damnum solus feret, *arg. l. 9. C. de Pignor. act.* Damnum verò est commune, quando uterque pecuniam intulit, si fortè unus profectus ad merces comparandas in latrones incidit, suamque pecuniam perdidit. *h. §. 4.* Aliter observatur in mandato, ubi mandatarius, quod spoliatus est à latronibus, quod naufragio res amisit, mandato non imputat. *l. 26. §. 6. D. Mandat.*

IV. *Ad l. 42.*] Quod pœnæ nomine à debitore exactum est, debet cedere lucro creditoris. *l. 74. D. de Solut.* Intelligendum hoc est de pœna legali, veluti si debitor rem creditori pignori obligatam subripuerit. *l. 22. supr. de Pignor. act.* non autem de pœna conventionali, quo nomine si quid creditor à debitore accepit, sorti imputatur. *h. l.*

V. *Ad l. 63.*] Qui pro socio conveniuntur, in id quod facere possunt, condemnantur. *§. 38. Inst. de Action.* Socium autem omnium bonorum accipiendum esse dicit Ulp. in *l. 16. D. de Re jud.* quod tamen idem Ulp. etiam ad socium unius rei extendit, cum societas jus quodammodo fraternitatis in se habeat. *h. l.* Et quod fratribus dat successio paterna ac bonorum collatio, ut com-

munia

munia habeant patrimonia, atque ut ſint conſortes. *l. 31. §. ult. D. de Excuſat.* id ſociis voluntas & contractus, dum ſponte ſua confundunt & communicant, ſe ſibi invicem in fratrum locum adſciſcentes. *l. 31. & ſeq. D. h. t.* An igitur & frater beneficio competentiæ gaudebit? Nuſpiam id legitur. Noſtro & Gallicano jure denegatur ſociis beneficium competentiæ, hinc ſocii conveniuntur & condemnantur in ſolidum, atque uſque ad peram executionem patiuntur.

VI. *Ad l. 75. & 4. ſeqq.*] In arbitrium alicujus ex contrahentibus contractus conferri nequit. *l. 8. D. de O. & A.* Ita in vendentis aut ementis voluntatem collata conditione comparandi, obligatio eſt nulla, *l. 13. C. de Contrah. empt. l. 35. §. 1. D. eod.* Sed in arbitrium tertii partes ſocietatis v. g. rectè conferuntur, modò tertius arbitretur, nam ſi deceſſerit, antequam arbitraretur, nihil agitur. *h. l. 75.* ſi autem arbitratus fuerit & arbitrium ejus ita ſit pravum, ut manifeſta appareat iniquitas, hæc corrigenda arbitrio boni viri, h. e. judicis. *h. l. 76. & ſeq.* In emptione venditione tertii definitioni omnino eſt ſtandum. *l. ult. C. de Contrah. empt. §. 1. Inſt. de Empt. vend.* ubi idem producitur ad locationem conductionem, quò reſpicit *l. 25. in pr. D. Locat.* ſed illud vocabulum *omnimodo* ex æquitate ibi accipiatur civiliter, cum quodam temperamento, ut excludatur caſus nimiæ inæqualitatis, & ſummæ iniquitatis ac pravitatis, *arg. hh. ll.*

Imò ex ſententia Practicorum, licet renuntietur arbitrio boni viri cum pœna, & juramento, contrahentibus redire licet ad arbitrium illud, citra pœnæ perjuriique formidinem, ſi ſubſit gravis & enormis læſio, qualis conditio tacitè ex præſumpta voluntate continetur.

DE ÇONTRAH. EMPT.

VII. *Ad l. 7. §. 1. & l. 37.*] Emptionis ſubſtantia etiam ex pretio conſiſtit, verba ſunt *l. 72. D. h. t.* imaginaria venditio eſt pretio non accedente. *l. 16. D. de R. I.* quare venditio contracta uno nummo, qui pretio opponitur. *l. 10. §. fin. D. de A. P.* non eſt venditio vera & propria, vid. *l. 46. D. Locat. l. 38. & 55. D. h. t. l. 63. D. Ad l. Falcid. l. 66. D. de I. D.* Pretium autem emptionis venditionis ſublatâ diſſenſione, quæ fuit inter Sabinianos & Proculianos conſiſtere debet 1° in pecunia numerata, non etiam in rebus aliis. *§. 2. Inſt. de Empt. vend.* ſed ſi ex poſt facto conveniatur, ut pro pecunia numerata pecora dentur in ſolutione conſentienti venditori, contractus non conſtituitur irritus. *l. 9. C. de Reſcind. vend.* pecunia numerata, non tam res eſt, quam rerum omnium veluti quantitas & menſura. *l. 1. D. h. t.* quæ omnia metitur & exæquat τὸ νόμιμα πάντα μετρεῖ. 2° Pretium debet eſſe certum *§. 1. Inſt. de Empt. vend.* ut, ſi exprimatur certa quantitas, vel fiat relatio ad aliud, veluti ad quantitatem ante determinatam, vel certo loco exiſtentem,

quanti

quanti eum emiſti, quantum pretii in arca habeo. *hh. ll.* ſed interdum quantitas ita determinata corporis naturam induit & pro ſpecie habetur. *l.* 30. §. *pen. D. de Leg.* 1. Effectus ejus in materia legatorum ſunt manifeſti. *l.* 34. *§.* 4. *&* *l.* 51. *D. eod.*

VIII. *Ad l.* 25. *§.* 1. *l.* 28. *&* 80. *§. ult.*] Emptor præcisè tenetur ſolvere pretium, eſt ea pretii & numeratæ pecuniæ natura, ut dominium ejus transferendum ſit, cum neque aliud habeat, quod in locum ejus ſuccedat: Qui vendidit neceſſe non habet rem emptoris facere. *h.* §. 1. venditor hactenus tenetur, ut rem emptori habere liceat. *l.* 30. §. 1. *D. de A. E.* Conditio autem uſucapiendi re tradita à non domino confeſtim emptori inchoabitur. *l.* 74. *D. de Contrah. empt.* ſed ante uſucapionem completam à domino res emptori auferri poteſt. *h. l.* 28. & re evicta conſultum eſt emptori actione de evictione. *tot. tit. D. & C. de Evict.* Interim in venditione id agitur, ut dominium ad emptorem tranſeat. *h. l.* 80. *§. fin.* & venditor ad tradendum tenetur. §. 2. *Inſt. de Donat.* Sed præcisâ neceſſitate ad ipſius rei tranſlationem compelli nequit: Imò ſi rem priori venditam ſecundo vendat, & tradat, dominum facit accipientem. *l.* 15. *C. de R. V.* licet propter ruptam fidem, qui rem eandem diverſis contractibus diſtraxit, crimine falſi coërceatur. *l.* 21. *D. Ad l. Cornel. de falſ.* Et ſi tradere rem venditam nolit, vel ejus procacia traditio rei

venditæ juxta emptionis contractum non fiat, id quod intereſt in condemnationis taxationem veniet. *l.* 1. *&* 12. *D. &* *l.* 4. *C. de A. E.* Fundum tradi eſt obligatio faciendi, ubi ſi factum non præſtetur, id quod intereſt ſuccedit. *l.* 72. *D. de V. O.* §. *ult. Inſt. eod.* Ex ſententia communi, venditor præciſe tradere tenetur, ſi facultatem tradendi habeat, quæ moribus recepta & à Senatu Hollandiæ approbata, vid. LL. Antwerp. *tit.* 51. *art.* 9. licet in ſupremo Mechlinienſium conſilio diverſum ſæpius judicatum fuerit; ſed id quod intereſt in locum rei ſuccedit, ſi venditor facultatem rei tradendæ non habeat. ll. Ultraject *rubr.* 26. *art.* 7. Imò hodie in quibuſcunque faciendi obligationibus, quando factum præſtari poteſt promiſſor præciſe facere cogitur, nec liberatur ſolutione ejus quod intereſt. Inſtruct. Cur. Holland. *art.* 275. ll. Antwerp. *tit.* 68. *art.* 42.

IX. *Ad l.* 35. *in pr.*] Arrha datur vel ut pars pretii. *l. ult. D. de L. commiſſor.* vel ut evidentius probari poſſit, conveniſſe de pretio. *h. l.* atque ita dicitur argumentum emptionis & venditionis contractæ. *pr. Inſt. de Empt. vend.* Interim & arrha eſt ſignum emptionis contrahendæ. *l.* 17. *C. de Fid. inſtrum.* ibi, *ſi quæ arrhæ ſuper facienda emptione cujuſcunque rei datæ ſunt.* unde *d. pr. Inſt. de Empt. vend.* deſcriptum explicari debet de contractu nondum perfecto, nam à contractu perfecto, ne quidem cum arrharum diſpendio,

vel

vel reſtitutione duplicatarum ex capite pœnitentiæ reſilire licet. *arg. §. fin. Inſt. Quib. mod. toll. oblig. l. 2. C. Quand. lic. ab empt. rec.* jung. *l. 5. C. de O. & A.* & ne quidem ex reſcripto imperiali venditio perfecta ita reſcinditur. *l. 3. C. de Reſcind. vendit.* Imò quamvis venditor duplum pretium offerat emptori, invitus tamen ad reſcindendam venditionem urgeri non debet. *l. 6. C. eod.* Sed emptio perfecta conſenſu, contraria conventione poteſt fieri imperfecta, ſi ſit res integra. *l. 2. D. d. t. d. l. 2.* h. e. antequam res fuerit ſecuta. *l. 3. in pr. & l. 5. §. 1. D. de Reſcind. vend. l. 58. D. de Pact.* Traditione autem interpoſitâ nuda voluntas non reſolvit emptionem, ſi non actus quoque priori ſimilis retroagens venditionem interceſſerit. *l. 1. C. Quand. lic. ab empt. reced.*

X. *Ad l. 46. & 62. in pr.*] Qui in provincia officii cauſa vel agunt vel militant, prædia in eadem provincia comparare prohibentur, præterquam ſi paterna eorum à fiſco diſtrahantur, *h. l. 62.* pœna eſt, ut & rem amittant, & in quadruplum conveniantur. *h. l. 46.* & à venditore nihilominus pretium retineatur. *l. pen. C. de His qui vi met. cauſ.* ut ne quidem ex reſcripto Principis contractus valeant, nec lapſu emptoris aut conſenſu venditoris confirmentur. abrog. *l. 5. & 6. C. Theod. de His quæ admin. vel offic. publ. ger.* lib. 8. quod receptum eſt, ne per vim, concuſſionem, impreſſionem, officii ſui poteſtate freti, à ſubditis extorqueant; ſed hoc eſt reſtringendum ad

Magiſtratus provinciales, urbani emere non prohibentur, ſi id in imperiali reſcripto impetraverint. *l. un. in pr. & §. 2. C. de Contract. jud.* quò reſpicit limitatio. *h. l.* 46. ibi, *niſi ſpecialiter quibuſdam conceſſum eſt.* Et hanc conſtituit *d. l. un.* confirmavit Leo Nov. 84. Magiſtratus quoque provincialis in *d. l. un. §.* 2. durante magiſtratu, poteſtate, vel adminiſtratione non prohibetur comparare eas res quæ ſunt ei ſuiſque neceſſariæ ad alimentum aut veſtiarium, victus quotidiani aut veſtitus cauſa, add. *l. 6. §. fin. D. de Offic. procon. & legat.* Moribus hodiernis quibuſcunque judicibus cum ſubditis contrahere licet.

XI. *Ad l.* 59.] Si fundus ſimpliciter ſit venditus, venditor eum liberum præſtare non tenebitur. *h. l.* niſi, ut optimus maximuſque eſſet, traditus fuerit fundus. *l. pen. D. de Evict.* Sed actione æſtimatoria quanti minoris venditor convenietur. *l. 61. D. de Ædil. ed.* quæ evicta ſervitute competere ſolet. *l. 15. §. 1. D. de Evict.* Si tamen ſciens dolo malo emptorem ignorantem deceperit, ratione doli conſtringetur ad id quod intereſt. *l. 1. §. 1. D. de A. E.*

XII. *Ad l.* 78. *§. fin.*] Venditor ex natura contractus præſtat dolum & culpam. *l. 5. §. 2. D. Commod.* ceu talem cuſtodiam, qualem diligens paterfam. ſuis rebus adhibet. *l. 35. §. 4. D. de Contrah. empt.* Imò dolus malus tantum præſtatur à venditore, cum moram emptor adhibere cœpit. *l. 17. D. de Peric. rei vend.* De culpa le-

viſſima

issima non tenetur, multò minus de casu fortuito, nisi eum in se receperit. *l.* 23. *D. de R. I.* An, qui in se recepit casum fortuitum, tam de casibus insolitis quam solitis tenetur? Negat vulgus propter *h. l.* 78. §. *fin.* verum si ille §. pressius examinetur contrarium probabit, ut, qui frumenta, quæ in herbis erant, vendidit, si nives ea corruperunt, vi pacti obligatus sit ex empto, licet nives immoderatæ & contra consuetudinem tempestatis fuerint. add. *l.* 9. §. 3. *l.* 11. §. 1. *D. Locat. l.* 6. *C. de Pignor. act.* In Gallia prohibentur venditiones voluntariæ frumentorum viridantium in gratiam pauperum, quos malè habent, maleque perdunt avari divites. Idem invenitur in variis Principum edictis, quæ frumenta ad ordinarias nundinas venalia deferri, & contractus ruri aut extra nundinas factos, irritos esse jubent. Quæ tamen non ita ubique usu recipiuntur; sed in civitatibus legitimè constitutis annonarum mercatores ante horam decimam antemeridianam in foro emere prohibentur, quod accurate observant nostri Noviomagenses.

XIII. *Ad l. ult. in pr.*] Lex commissoria reprobatur in feudis. *c. un. de Feud. dat. in vic. leg. commiss.* item in pignore, ut, debitore tempore convento non solvente, pignus creditori cedat. *l. ult. C. de Pact. pign.* Sed pactio est valida, uti ad diem pecuniâ non solutâ creditor solutionis jure pignus retineat, quia debitori repetitio hyperochæ, seu superflui, *l.* 20. *D. Qui pot. in pign.* concedi-

ceditur *l. fin. C. de Distract. pign.* Conventio quoque sustinetur, ut, si tempore præstituto non solvatur, res creditori sit empta justo pretio. *l. 1. C. eod. l. 16. §. ult. D. de Pignor.* Ita valet conventio inter debitorem & fidejussorem inita, ut, si hunc non liberaverit, prædia pignori obligata creditori empta habeat. *h. l.*

XIV. *Ad ejusd. l. §. 1.*] Venditio annuorum redituum non tantum de jure civili, *Nov. 160.* & Canonico est licita. *c. 1. & 2. de Empt. vend. in Extravag. comm.* sed etiam moribus hodiernis est frequentissima, sive constituantur in pecunia, sive in frumento vel rebus aliis, neque tantum in perpetuum, sed etiam ad tempus aut ad vitam: Atque producit jus non reale sed personale, quod nec fundum ipsum nec novum possessorem afficit. *h. §. 1.* Moribus nostris, Transisulaniæ, Hollandiæ & Burgundiæ & simm. qui annuum reditum ex prædio suo constituit, nullam inde personalem sed realem actionem consequitur. vid. ll. Transisulan. *p. 2. tit. 11. §. 17.* Ex pacto etiam de retrovendendo oritur actio præscriptis verbis vel ex vendito. *l. 2. C. de Pact. int. empt.* quare si fundus sit in tertium possessorem alienatus, obligabitur duntaxat emptor ejusque heres, non autem singularis successor, arg. *h. §. 1. junct. l. 25. §. 1. D. de O. & A.* add. *l. 6. C. de Rer. permutat. l. 21. §. 5. D. de A. E.* atque hæc sententia est communis, & in Praxi recepta, quomodo etiam nuper consultus respondi, quamvis Sena-

tus

tus Sabaudiæ judicaverit ex pacto de retrovendendo produci actionem in rem ſcriptam; Sed ſi ſpecialiter convenerit inter creditorem, cum pignus venderet, & emptorem, ut, ſi ſolverit debitor pecuniam pretii emptori, ei liceret rem ſuam recipere, atque ita ſpeciali conventione jus reale ſeu jus in re venditor ſibi reſervaverit, hîc non tantum in factum actione contra emptorem experiri, ſed & rem ab eo vindicare poterit. *l.* 13. *D. de Pignor. act.* quod pactum effecit, ut reſoluta venditione priſtinum jus vindicandi debitori integrum manſerit. *l.* 10. *§. ult. D. Quib. mod. pign. ſolv. l.* 7. §. 1. *D. de Diſtract. pign.*

De L. Commissor.

XV. *Ad l.* 1. *&* 2.] Si ſit emptio celebrata ſub lege commiſſoria, ceu pactione commiſſoria, non pacto legis commiſſariæ, prout inepti tautologi loquuntur, quos ſecutus eſt Innocentius, 13. *in c.* 6. *Extr. de Pignor.* poſt præſtitutum precii ſolvendi diem venditor, non tantum commiſſoriæ venditionis legem exercere, ſed & rei vindicationem eligere poteſt. *l.* 4. *C. de Pact. int. empt.* utique cum venditor fundi in lege ita caverit, ut, ſi ad diem pecunia ſoluta non ſit, fundus inemptus ſit. *h. l.* 2. ſed ubi ea lege prædium vendiderit venditor, ut niſi reliquum pretii intra certum tempus reſtituatur, res ad ſe reverteretur, venditio jure factâ intelligitur, quæ ſub conditione reſolvitur. *h. l. l.* 2. *§.* 3. *D. Pro empt.*

quare

quare non eſt agendum rei vindicatione, ſed actione ex vendito. *l.* 3. *C. de Pact. int. empt.*

DE HERED. VEND.

XVI. *Ad l.* 4. 17. *&* 23.] Nominis venditio contrahitur etiam ignorante vel invito eo, adverſus quem actiones mandantur. *l.* 3. *C. de Hered. vend.* delegatio autem debiti niſi conſentiente & ſtipulanti promittente debitore non perficitur. *l.* 1. *C. de Novat.* Ex iſta nominis emptione emptor in rem ſuam procurator conſtituitur, vel utilis perſecutio exemplo creditoris ei tribuitur. *l.* 7. *&* 8. *C. h. t.* remanente penes cedentem actione directa, *arg. l.* 1. *C. de O. & A.* Moribus factâ ceſſione nullum jus retinet cedens. Cui venditum eſt nomen, quantocunque pretio emiſſet, in ſolidum exigere potuit, *hh. ll.* Verum hodie emptio nominis intra limites pretii ſoluti & uſurarum ejus reſtringitur. *l.* 22. *C. Mandat.* ubi tamen quatuor exceptiones enumerantur. Imò ne quidem, ſi quis partem nominis emat, partem quaſi donatam accipiat, ceſſio ultra modum pecuniæ numeratæ ſuſtinetur. *l.* 23. *C. eod.* Qui litis alienæ incertum contra bonos mores redimunt, improbè ejus, qui actione tenetur, vexandi & laceſſendi gratia, dicuntur litium redemptores, interceptores, & vitilitigatores, ἐργολάβοι. Quid ſi ceſſio ſit facta ſine interventu pretii, ut ſi non pecunia, ſed res alia detur, an erit locus prædictis conſtitutionibus?

ius? Sic videtur, licet tantum venditionis prohibitæ mentionem faciant, *arg. l. 29. & l. seq. D. de LL.* Moribus hujus provinciæ non omninò hæ Constitutiones exoleverunt, præcipue quando de actionibus, quæ ad res mobiles competunt, disceptatur, sed videntur usum exiguum habere, quando pro re immobili dantur, quæ non privatim, sed solenniter coram judice loci, aut coram duobus testibus locupletibus transferuntur. In Gallia constitutionibus allegatis nihil est usitatius.

DE PERICUL. & COMMOD. REI VEND.

XVII. *Ad l. 1. §. ult.*] Vino vendito vel legato debentur amphoræ & cadi, & similia vasa, quæ ita sunt diffusa, ut ad perpetuum usum non reserventur. *l. 14. D. de Trit. Vin. vel ol. leg.* Non idem est in doliis majoribus, quæ, licet annumerentur vasis vinariis. *l. 206. D. de V. S.* non debentur, atque id videtur actum, ut ante evacuentur. *h. §. fin.* ac ex his in amphoras & cados vinum diffundatur, & vel sine ipsis doliis vinum veneat. *l. pen. D. de Trit. Vin. leg.*

XVIII. *Ad l. 7. & 8.*] Regulariter res perit domino, *arg. l. 9. C. de Pignor. act.* quà dominus opponitur iis, qui nudum tantum usum, custodiam, aut possessionem habent, quà non habet alter jus ad rem avocandam, & dominium in se transferendum quæsitum, nec dominus simul

mul eſt debitor ſpeciei, qui naturali rei interitu liberatur. *l.* 23. D. *de V. O.* unde ſi res vendita ſine dolo & culpa venditoris naturaliter interierit, periculum etiam ante traditionem ad emptorem ſpectat. *h. l.* 8. *§.* 3. *Inſt. de Empt. vend.* cum enim omne emolumentum pertineat ad emptorem, ſi quid rei venditæ acceſſerit, periculum quoque ad eum pertinere debet. *h. l.* 7. utique ſi emptio ſit perfecta. *l.* 2. 4. *&* 5. C. *h. t.* Si enim vendantur res fungibiles ad pondus, numerum, & menſuram, venditio non eſt ante perfecta, quam adpenſa, admenſa, adnumerata fuerint omnia, neque ante periculum eſt emptoris: Ita ſi vinum vendatur ad certam menſuram, ante menſuram periculum pertinet ad venditorem, atque etiam ante deguſtationem, quia venditio ſub hac conditione videtur fieri. *l.* 1. D. *h. t. l.* 35. §. 5. D. *de Contrah. empt.* Si autem ſingula dolia veneant, aut per averſionem, periculum emptorem reſpicit, ſi vinum acorem vel mucorem contraxerit. *d. l.* 35. *§.* 5. *l.* 4. *§.* 1. *&* 2. *l.* 15. *D. h. t.* licet hoc caſu ſi dies deguſtationi præſtitutus ſit, ac emptor, intra diem deguſtare neglexerit; quod ſi dies deguſtationi adjectus non erit, quandoque emptor deguſtare poterit, & quoad deguſtaverit, periculum acoris, & mucoris ad venditorem pertinebit. *d. l.* 4. *§.* 1. In fundo vendito & publicato ſtatuitur, ut, ſi non ſteterit per venditorem, quò minus traditus fuerit, teneatur ex empto, ut pretium reſtituat. *l.* 33. D. *Locat.*

non

non etiam ad id quod intereſt, nam tales futuri caſus evictionis poſt contractam venditionem non pertinent ad venditorem. *l.11. D.de Eviction.* Hoc enim caſu res non periit, ſed propter vim quandam majorem præſtari nequit, auctoritate principali; quemadmodum etiam cum ex SCto Piſoniano in ſervum venditum animadvertitur, quem venditor præſtare non poteſt, propter auctoritatem SCti, pretium ſolummodo venditor reſtituere tenetur. *l.8. D. de SC. Silan.* Senatus Friſiæ ante traditionem ad venditorem ſpectare periculum judicavit: Idem ſervari in Hollandia conſtat ex conſtitutione Carolina anni 1529.

DE ACT. EMPT.

XIX. *Ad l.2. §.1. l.3. inpr. & §.1.*] Nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate. *l.12. §.1. D. de A. P.* quatenus dominium jam eſt actualiter acquiſitum, quod poſſeſſioni opponi ſolet. *l.115. D. de V. S.* licet in latiori ſignificatione aliquando mentio fiat domini poſſeſſionis. *l.2. C. Vbi in rem act.* Quando autem verſamur in dominio jure gentium per traditionem transferendo, exigitur vacuæ poſſeſſionis tranſlatio. *bb. ll. l.8. C. de A. E. l.12. C. de Probat. l.13. C. de Diſtract. pign.* quomodo etiam ex naturali poſſeſſione cœpit dominium. *l.1. §.1. D. de A. P.* ſeu, ut hoc ad res eas transferamus, quæ alicujus fuerunt, dominium mediante poſſeſſione acquiritur, cum, ubi poſſeſſio abeſt, cenſeatur nihil eſſe quod

tradi possit. *l. 26. D. de Donat. int. vir. & uxor.* ac ubi possessio retinetur, nihil intelligatur traditum. *l. 16. D. de Pericul. & commod. rei vend.* Fundus dotalis, qui ab alio possidetur, dicitur quidem in dotem dari in *l. 16. D. de Fund. dot.* ceu, doti destinari, non tradi; nec quælibet datio importat dominii translationem; fundus in dotem datus traditur in *l. 14. & seq. D. de I. D.* atque maritus in *d. l. 16. de Fund. dotal.* neglexerat fundum petere, quem ex cessione actionis, factâ à muliere, vindicare poterat: Habetur tamen pro actuali translatione, si instrumenta emptionum donentur ac tradantur, si donator usumfructum rei donatæ retinuerit, *l. 1. & 29. C. de Donat.* Cæterum in modo civili acquirendi, per legatum, non exigitur traditio vacuæ possessionis ad translationem dominii ubi dominium ipso jure rectâ via transivit in legatarium. *l. 64. D. de Furt. l. 80. D. de Legat. 2.*

XX. *Ad l. 13. §. 20.*] Causæ præstandarum usurarum sunt tres, stipulatio, in contractibus stricti juris. *l. 3. C. de Usur.* in judiciis bonæ fidei, Pactum & Mora, quæ sunt duæ causæ distinctæ; nam debentur ex pacto usuræ, etiamsi debitor interpellatus non fuerit: sed mora committitur ex persona, quando debitor opportuno loco & tempore interpellatus non solvit. *l. 32. in pr. D. de Usur.* quomodo ex natura emptionis emptor satis interpellatus esse intelligitur, quando traditam possessionem accepit. *h. §. 20.* neque

que moram novam ſeu novam interpellationem intervenire eſt neceſſe, quando ſocius pecuniam communem invaſit, vel in uſus ſuos convertit. *l.* 1. §. 1. *D. de Vſur.* De *l.* 15. *in fin.* dicetur infr. ad *l.* 3. §. 14. *D. de A. P.*

XXI. *Ad l.* 13. *&* 21. *§.* 1.] In eo quod intereſt æſtimando ſufficit damnum datum & lucrum interverſum eſſe, à ſciente-ne an ab ignorante non ſemper refert, ſic ſi quis dolium vitioſum ignorans locaverit, deinde vinum effluxerit, tenebitur in id quod intereſt, nec ignorantia ejus erit excuſata. *l.* 19. §. 1. *D. Locat.* venditionis eadem eſt ratio. *l.* 6. §. 4. *D. h. t.* Quod ſingulare eſt, quia vas magis debuit eſſe notum venditori ſeu locatori, & qui vas locat, inſtrumentum ad capiendum liquorem locat, non autem eſt capax unde vinum effluxit, quare cum hoc ſcire debuerit locator, & emendare potuerit, perinde in id quod intereſt tenetur, atque ſi locaſſet ſciens. *dd. ll.* ſed diſtinguitur inter locatorem ſcientem & ignorantem, quod ad ſaltuum paſcuum divenditum, in quo herba mala naſcebatur, *d. l.* 19. *§.* 1. ſi veſtimenta interpolata ſint vendita pro novis. *l.* 45. *D. de Contrah. empt.* ſi ſit venditum pecus morboſum aut tignum vitioſum. *h. l.* 13. *in pr.* Ita non tenetur actione ex empto, qui ignorans ex prædio deberi tributum, non prædixit, quod forte prædium erat hereditarium, qui enim in alterius locum ſuccedit juſtam habet cauſam ignorantiæ. *l.* 42. *D. de R. I.* qui autem ſcivit, & ce-

lavit, tenetur ex empto. *h.* §. 1. sed si venditor sive sciens sive ignorans minorem captitationem dixerit promiseritve, & major sit inventa, convenitur quanto minoris. *l. 9. C. de A. E.* quæ actio etiam adversus dictum promissumve dicitur. *l.* 47. *D. de Ædil. ed.*

XXII. *Ad l.* 30. §. 1.] Si de evictione quæstio moveatur, venditor interim non ad pretium restituendum, sed ad rem defendendam conveniri potest. *l.* 74. §. 2. *D. de Eviction.* nisi inter contrahentes aliud actum sit. *l.* 12. *C. eod.* vel nisi venditor dolosè sciens vendat rem alienam, quo casu etiam ante evictionem ex empto agitur in id quod interest. *h.* §. 1. In limine etiam contractus si immineat evictio, emptor, si satis ei non offeratur, ad pretium vel residuum pretii non compellitur. *l.* 24. *C. de Eviction.* Ita Senatus Frisiæ judicavit, imminente periculo evictionis, satisdandum esse ob rem præsentem, non etiam ob alias. Imò qui prædium ita emit, ut non obstante intercessione vel protestatione pretium solvat, potêst nihilominus imminente evictione petere, ut sibi de evictione caveatur, antequam solvat pretium; datur facilius retentio quam actio. *l.* 4. *C. de Vsur. l. un. C. Et ob chirograph. pecun. l.* 1. *D. de Pign.* in pari causa potior conditio est possidentis, & rem habentis. *l.* 128. *D. de R. I.* Regulariter autem qui rem emit, & pòst possidet, quamdiu evicta non est, auctorem suum propterea, quod aliena vel obligata res dicatur,

catur, convenire non poteſt. *l.* 3. *C. de Eviction.*

LOCAT. CONDUCT.

XXIII. *Ad l.* 9. §. 3. *l.* 25. §. 7.] Circa uſum veſtimentorum, jumenti, argenti, columnam, tignum tranſportandum deſideratur in locatione talis cuſtodia, qualem diligentiſſimus paterfamilias rebus ſuis adhibet, *h. l.* 25. §. 7. §. *pen. Inſt. de Locat. conduct.* ubi tamen vel ſuperlativus eſt poſitus pro poſitivo, vel vocabulum *cuſtodiæ* in concreto accipiendum, nam ex natura locationis, quæ utriuſque utilitatem reſpicit, præſtatur dolus & culpa levis. *h.* §. 3. *l.* 5. §. 2. *D. Commod. l.* 3. §. 1. *D. Naut. caup. ſtabul.* ſed locator etiam poteſt agere actione L. Aquiliæ. *l.* 13. *in pr. d. l.* 25. §. 5. *D. Locat.* in quam venit culpa leviſſima. *l.* 44. *D. Ad L. Aquil.* Ex edicto item prætoris nautæ, caupones, ſtabularii de leviſſima culpa tenentur. *d. l.* 3. §. 1.

XXIV. *Ad l.* 13. §. *fin.*] Impleto tempore conductionis conductor invitus non remanet in conductione, etiamſi ſit colonus publicus. *l.* 3. §. 6. *D. de Iur. fiſc. l.* 9. §. 1. *D. de Publican.* niſi publicani ex redemptione vectigalium maximos fructus conſecuti fuerint, nec vectigalia tanto locari poſſint, quo caſu ipſi ea prioribus penſionibus ſuſcipere compelluntur. *l.* 11. §. *ult. D. eod.* Ita cenſuit Senatus Friſiæ. Quod ſi non invitus in conductione remanſerit conductor, recon-

duxisse videtur, ubi tamen hoc consensu tacito non tam nova conductio constituitur, quam potius jam constituta quasi renovatur & continuatur, in prædiis quidem rusticis ad annum, in urbanis, prout quisque habitaverit. *h.* §. *fin. l.* 16. C. *Locat.* h. e. tanti temporis reconductio facta videtur, quanto tempore in urbano prædio post finitam primam locationem conductor remansit; ideoque rejicimus sententiam eorum, qui existimant in reconductione tacita prædii urbani idem tempus repetitum intelligi, quod in prima conductione expressum fuerat, *voor soo veel tijdts als de selve was aengegaen.* In prædiis urbanis etiam hîc est anni conductio secundum LL. Tansisulaniæ, *p.* 2. *tit.* 9. §. 2. & Ruremundensium, *p.* 4. *tit.* 4. §. 1. *art.* 17. Jus civile servatur in Brabantia, & Gallia, licet apud Parisienses prædia urbana locator tacitè relocare videatur spatio trimestri tenus, fortè quia dies pensionum ibi quater in anno cedunt. Pignora quoque, quæ ipse conductor obligavit, manent in eodem statu. *h.* §. *fin. d. l.* 16. non etiam fidejussor, qui prorogatione obligationis expressa vel tacita sine novo consensu non manet obligatus: At si terminus solutionis prorogetur, h. e. si creditor inscio fidejussore tempus solutioni destinatum in aliud distulerit, non liberatur fidejussor, sive simpliciter, sive cum adjectione temporis sese obligaverit. *l.* 7. C. *de Locat.* Hanc distinctionem sequuntur mores hodierni. ll. Ruremund. *d. p.* 4. *tit.*

:. 8. §. 3. *art.* 8. *&* 9. ſed Transiſulani & ca- posteriori liberationem fidejuſſori tribuunt. L. Transiſul. *p.* 2. *tit.* 12. §. 7. Quod ſi tamen reditor ſæpius terminum ſolutionis prorogave-t, ut ita diutius in obligatione detineatur, po-eſt ſibi conſulere remedio ordinario, uti exone-etur, quemadmodum ſi fidejuſſor ad inopiam ergat, *l.* 38. §. 1. *D. Mandat.*

XXV. *Ad l.* 15. §. 2. 4. *&* 7.] Uva adhuc endens & vitibus cohærens adeo dura & cruda, t ad maturitatem pervenire non poſſit, non ce-it damno coloni, idem eſt in frumento nondum emeſſo, ſi labes facta ſit, omnemque fructum ulerit. *h.* §. 2. quatenus quidem non id quod itereſt conſequitur conductor, verum pro rata nercedis exonerationem. *h.* §. 7. ſed quæ evene-unt ſterilitates ubertate aliorum annorum ſunt epenſandæ. *l.* 8. *C. Locat.* ut propterea integram enſionem etiam ejus anni, quo remiſit, domi-ius exigere poſſit. *h.* §. 4. Ubi autem vinum jam oactum & coloni factum eſt, vel fructus alii am percepti ſunt, periculum caſus fortuiti ad colonum pertinet, qui factâ perceptione & ſepa-ratione à ſolo dominus fructuum efficitur. *l.* 26. §. 1. *& l.* 61. §. 8. *D. de Furt.* unuſquiſque autem rei ſuæ periculum & damnum ſuſtinere cogitur. *l.* 12. *C. Locat. l.* 9. *C. de Pignor. act.*

XXVI. *Ad ejusd. l.* §. 6. *l.* 38. *in pr. & l.* *pen* §. 1.] In contractibus innominatis ex capite cauſæ caſu fortuito non ſecutæ non datur repe-

 titio.

titio. *l. pen. C. de Condict. cauſ. dat.* vid. tamen ſupr. *Exerc.* 11. *aſſ.* 19. *&* 20. ſed ſi nauta, qui navem locavit, nave amiſſa munere vehendi functus non ſit, vectura (quam quis promutuam dedit ſeu prorogavit. *l.* 34. §. *ult. D. de Legat.* 3. *l.* 4. §. 5. *D. de Statu lib.*) repetitur, etiam per caſum fortuitum ſteterit, veluti per naufragium, ne nauta onus transveheret; quod etiam in omnibus ſimiliter obſervandum eſt, qui onera vehenda ſuſcipiunt, putà rhedario, ſi rheda in itinere fuerit fracta. *h.* §. 6. Vectura autem repetitur non actione ex promutuo, ſeu condictione, ſed actione conducti: Si tamen onus publicè retentum ſit culpa conductoris, nolentis ſolvere vectigal, culpa hæc nautæ nocere non debet. *h. l. pen.* §. 1. Sed qui operas locavit, totius temporis mercedem accipere debet, ſi per eum non ſtetit, quo minus operas præſtet. *h. l.* 38. unde ſi famulus necdum impleto tempore conductionis diſcedat, non conſequetur mercedem, ſi diſcedendi cauſam non habuerit. Ordinat. Noviomag. *de Conduct. famul. art.* 7. LL. Transiſul. *p.* 2. *tit.* 9. §. 20. Statut. Zutphan. *tit.* 25. §. *ult.* Verum famulo integra merces debebitur, ſi ex juſta cauſa diſceſſerit, putà quod ob adverſam valetudinem operas exhibere non potuerit, ſervire enim nobis intelliguntur etiam ii, quos ægros curamus, qui cupientes ſervire, propter adverſam valetudinem, impediuntur. *l.* 4. §. 5. *D. de Statu lib.* Idem omninò dicendum eſt de Advocatis,

ſi per

i per eos non ſtet, quo minus cauſam agant. *h. l.* 8. *§.* 1. neque ab heredibus poſt mortem eorum ſalaria repetuntur. *l.* 1. §. 13. *D. de Extraord. ognit.* Quid? Moritur Profeſſor, Advocatus, n totius anni ſalarium debetur viduæ, aut eorum heredibus? Affirm. *arg. d. l.* 38. *junct. l.* 19. *. pen.* D. *h. t.* LL. hujus Academiæ honorarium emeſtris largiuntur.

XXVII. *Ad l.* 24. §. 1. *& l.* 48.] Nemo prohibetur rem quam conduxit fruendam alii locare, ſi nihil aliud convenerit, verba ſunt *l.* 6. *C. . t.* In multis locis requiritur conſenſus domini, qui nihil conqueri poteſt, dum æquè idoneo locata ſit domus ab inquilino priori. Reform. Velav. *tit.* 26. *§.* 9. LL. Transiſul. *d. tit.* 9. *.* 5. Et qui locavit faciendum, quod ante conduxerat, habet ex locato directam actionem. *h.l.* 48. quæ utilis vocatur in *l.* 38. *§.* 21. *D. de V. O.* quod detur utilitatis cauſa, ceu ejus quod intereſt nomine. Bona autem ſecundi conductoris, etiamſi hic cum primo locatore non contraxerit, n prædium urbanum illata, ſunt tacitè primo ocatori obligata, ſed in eam duntaxat ſummam, n quam cœnaculum conduxit. *l.* 11. *§.* 6. *D. de Pignor. act.* quomodo hîc favor primi conductoris ſpectatur, ad exonerandam ejus penſionem & minuendam, quam ipſe primo locatori debet, qua etiam de cauſa ſecundus conductor primo ocatori penſionem ſuam ſolvere poteſt; Unde ſi gratuitam habitationem conductor mihi præ-

ſtiterit, invecta à me non ſunt pignori domino inſulæ pro mercede primi conductoris. *l. 5. in pr. D. In quib. cauſ. pign. tac.* Aliud quoque eſt in inductis in prædium ruſticum à ſecundo conductore, quæ citra conventionem domino non obligantur, ſed fructus in cauſa pignoris taciti manent. *h. §. 1. l. 53. D. h. t. l. 4. & 7. D. In quib. cauſ. pign. tac. contr.*

XXVIII. *Ad l. 25. §. 6.*] Coloni vel ſunt nummarii, qui ad pecuniam numeratam conducunt, vel partiarii, qui partiuntur frumentum cum domino. *h. §. 6.* Merces igitur locationis conductionis non conſiſtit in ſola pecunia numerata, ſed & in aliis rebus fungibilibus. add. *l. 8. & 21. C. Locat.* Interdum circa hanc mercedem fit mentio pecuniæ exempli gratia, & vocabulo rei ſpecies ſive corpóra ſignificantur, ut in *l. 1. §. 9. D. Depoſ. l. 5. §. 2. D. de Præſcript. verb.* Conſentiunt mores.

XXIX. *Ad l. 43.*] Si conductor ſervum conductum verberaverit, tenetur & ex locato & ex l. Aquilia, ſed locator alterutrâ actione contentus eſſe debet. *h. l.* puta ut ſi prius egerit actione l. Aquiliæ, actio locati extinguatur, ſin prius ſit actum locati, actio l. Aquiliæ maneat in eo, quod in repetitione triginta dierum amplius eſt. *l. 34. §. fin. D. de O. & A.* Moribus hodiernis hæc diſtinctio actionis locati & l. Aquiliæ eſt inutilis.

XXX. *Ad l. 54. §. 1. & l. 56.*] Qui penſionem

em solvit ante tempus locationi præfinitum ex-
pelli nequit, nisi conductor malè versetur in re
conducta, aut propriis usibus eam necessariam
esse probaverit, aut corrigere domum maluerit.
l. 3. C. Locat. posteriores duas exceptiones non
admittunt leges Ruremundensium, d. p. 4. tit. 4.
§ 1. art. 3. Sed si diu conductor non appareat,
neque intra biennium pensionem persolvat, licet
iis, quorum interest, ædes aperire, eaque quæ
ibi sunt, præsentibus publicis personis describe-
re. h. l. 56. Imò jure expellitur talis conductor.
d. l. 54. §. 1. Disputari solet, an præcisè bien-
nium expectandum sit? Hoc equidem expressum
non est in locatione simplici, adeoque condu-
ctorem, qui unius anni pensionem non solvit, re
conductâ privari posse judico; neque tamen sta-
tim expellendus est conductor, si initio contra-
ctus non solvat mercedem, qui enim hoc anno
vel hoc mense solvere tenetur, omnibus ejus
diebus præteritis rectè solvit. l. 42. D. de V. O.
§. 2. Inst. eod. Diversa ratio est emphyteuseos,
quæ si fuerit ecclesiastica ob non solutum cano-
nem biennio, Nov. 7. c. 3. sin civilis, triennio
amittitur, licet de solutione nunquam interpella-
tus fuerit emphyteuta, l. 2. C. de Iur. emphyt. dies
interpellat pro homine. l. 12. C. de Contrah. stip.
neque jus amissum restituitur, si dominus post
cessationem canonem receperit, arg. l. pen. D. h. t.
Imò propter celerem satisfactionem purgatio
moræ non admittitur; nec est celeris satisfactio
post

poſt triennalem moram. Amittitur autem ipſo jure, nec expectanda ſententia Magiſtratus. *d.l.* 2. quamvis ſi jus amiſſum neget emphyteuta, dominus expellere eum non debeat propriâ auctoritate, ſed per legitimos tramites, per legitima juris remedia *pr. procem. Inſt. l.* 9. *C. de O. & A.* Secundùm mores Galliæ & Hollandiæ non aliter expellitur emphyteuta, quam ſi ſit præmiſſa declaratio commiſſi per judicem competentem. Idem ſervatur in curia Delphinali.

EXERCITATIO XV.

RESPONDENTE

GERHARDO van ALTENA.

DE ÆSTIMAT. ACT.

I. A*d l.* 1. *§.* 1.] In actione de æſtimato æſtimatio facit periculum ejus, qui ſuſcepit, ut aut ipſam rem incorruptam reddat, aut æſtimationem; ſi ita convenerit, ut quaſi conditionalis inter dantem & accipientem contraheretur emptio. *h. §.* 1. *l.* 5. §. 3. *D. Commod.* ſed ubi æſtimatio ei fini adjecta eſt, ut ſciat accipiens, quanti res eſſet vendenda, periculum eſt accipientis, ſi ab eo contractus initium cœperit, ſin à dante, periculum ad eundem pertinebit. *l.* 17. *§.* 1. *D. de Præſcript. verb.* Paul. 2. *Recept. ſent. tit.* 4. §. *ult.*

DE RER. PERMUT.

II. *Ad l.* 1. §. 1. 2. *&* 3.] Alienam rem dans
ıllam contrahit permutationem. *h.* §. 3. non
ımen ideò in permutatione necesse est, ut do-
ıinium transferatur, nam permutatio ex re tra-
ıta initium obligationi præbet. *h.* §. 2. sed tra-
ıitio non importat dominii translationem. *l.* 20.
ı. *de A. R. D. l.* 28. *&* 72. *D. de V. O.* nisi qui
ıadidit sit dominus, quo casu in permutatione
ıominium transit. *l.* 34. *in fin. pr. D. de Aur. &*
ırg. leg. si sit possessor bonæ fidei, transfertur
ıonditio usucapiendi, & si res possessa ante usu-
ıapionem completam à vero domino evincatur,
ı factum dabitur actio. *h.* §. 1. Qui igitur rem
ılienam dedit, nullam contrahit permutatio-
ıem, quatenus ei negatur actio præscriptis ver-
ıis, quæ ex permutatione aliàs nasceretur, ut
ıicissim alia res detur, vel præstetur quanti inter-
ıst eam rem accepisse, qui non videtur ex parte
ıa conventionem adimplesse, qui alteri tradidit
ıem alienam, quæ à domino avocari atque aufer-
ı potest; & si à domino avocata non fuerit, tra-
ıenti datur repetitio rei & condictio ob causam
ıati causa non secuta ex æquo & bono. *l.* 65. §. 4.
ı. *de Condict. indeb.*

III. *Ad ejusd. l.* §. *ult.*] Si ex una parte res &
ımul pecunia detur, ex altera parte res, mens &
ıtentio contrahentium inspicienda est, atque ex
ıo quod prævalet, contractus dijudicandus est,
ut

ut ſi pecunia excedat valorem rei ſimul pro re datæ, ſit venditio; ſin rei pro re datæ valor excedat valorem pecuniæ ſimul datæ, ſit permutatio, *arg. l. 6. C. de Pact. int. empt. l. 14. C. de Reſcind. vendit.* Quod ſi omnia ſint æqualia, ex præſumpta contrahentium voluntate emptionem contractam eſſe judicari ſolet. Si convenerit de re permutanda, nulla re ſecutâ ex ſolo placito permutationis nomini actio competit. *l. 3. C. de Rer. permutat.* Ubi autem hæc conventio ab uno latere complementum accepit per traditionem, & pars altera ceſſat tradere, non in hoc agemus, ut id quod intereſt noſtra, illam rem, de qua convenit, non accepiſſe, conſequamur, conductione cauſa dati cauſa non ſecuta, nam pro eo, quod noſtra intereſt, agimus actione præſcriptis verbis. *l. 5. §. 1. D. de Præſcript. verb.* ſed iſta condictio locum habet, quando agimus, ut quaſi re non ſecuta res contra nobis reddatur. *h. §. fin. d. l. 5. §. 1.* Neque minus commodè *h. §.* refertur ad caſum *§. præced.* ut ſi quis rem alienam dederit, ei actio præſcriptis verbis non concedatur.

De Præscript. verb.

IV. *Ad l. 5. in pr.*] Quoties deficiunt vulgaria atque uſitata actionum nomina, præſcriptis verbis agendum eſt, in quam neceſſe eſt confugere, quoties contractus exiſtunt, quorum appellationes nullo jure civili ſunt proditæ. *l. 2. & 3. D. h. t.*

D. h. t. Contractus igitur innominati non circumscribuntur quatuor istis articulis, qui enumerantur in h. l. plura enim dantur negotia. l. 1. D. de Æstimat. act. neque actio, quæ præscriptis verbis rem prout est gesta demonstrat, l. 6. C. de Transact. & contractuum innominatorum nota esse solet. arg. l. 1. 2. & 3. D. de Præscript. verb. iisdem articulis absolvitur. §. 2. Inst. de Locat. cond. l. 6. D. de Rescind. vend. l. 2. C. de Pact. int. empt. & simm. sed, qui hîc habentur articuli, pertinent ad contractus innominatos ob rem dati, quorum quatuor formulæ proponuntur in h. l. Actio ista præscriptis præcipuè ex contractibus innominatis datur, qui proximè ad contractus innominatos accedunt, unde actio in factum præscriptis verbis proxima empti. d. l. 6. D. de Rescind. actio in factum proxima locati. l. 5. §. 12. D. Commod. l. 1. §. 9. D. Depos. proxima actioni mandati. h. l. 5. §. 4. l. 8. D. de Precar. pro socio. l. 13. §. 1. h. t. Commodati. l. 17. D. h. t. Distinguitur autem actio præscriptis verbis ab actione in factum, quæ est generalior: omnes quidem præscriptis verbis actiones sunt in factum actiones, sed non vice versa: Actio præscriptis verbis datur ex civilibus negotiis. l. 7. §. 2. D. de Pact. At actiones in factum reliquæ dantur etiam ex aliis negotiis, unde est actio in factum in l. 9. §. 1. D. Ad l. Aquil. quæ & utilis legis Aquiliæ actio dicitur in §. fin. Inst. de L. Aquil. & quæ adcommodata est l. Aquiliæ, l. 11.

D. h. t.

D. h. t. quæ datur ad exemplum legis Aquiliæ. *l.* 53. *D. Ad l. Aquil.* Eſt actio in factum prætoria. *l.* 1. *D. Si menſ. falſ. mod. l.* 10. *D. Quæ in fraud. credit.* eſt etiam actio in factum ſubſidiaria, quæ datur in defectum actionis directæ & utilis. *d. §. fin. Inſt. de L. Aquil.* & quæ competit quando ipſa de dolo actio extraordinaria locum non habet. *l.* 11. *D. de Dol. mal.*

V. *Ad ejusd. l.* §. 3. *& ult.*] Quod ſi faciam ut des, & poſtquam feci, ceſſes dare, nulla mihi dabitur eo nomine actio civilis ordinaria, ideo de dolo dabitur. *h.* §. 2. non quidem ut agatur, actione de dolo ſubſidiaria & prætoria, verum ob dolum commiſſum agatur actione præſcriptis verbis. *h.* §. *fin.* Ita nomine precarii nulla actio civilis datur. *l.* 14. *D. de Precar.* quod ſimiliter explicatur de actione civili ordinaria, nam cum quid precario rogatum eſt, etiam utimur condictione incerti, i. e. præſcriptis verbis actione. *l.* 2. §. 2. *&* 19. §. *ult. D. eod.*

VI. *Ad l.* 17. §. 2.] Si quis rem inſpiciendam dederit, putà pretii explorandi gratia, neque depoſitum neque commodatum erit, ſed actio in factum civilis ſubjicitur. *l.* 1. *§. fin. D. h. t.* & qui accepit, furti agere poteſt, ſi periculum ad eum ſpectet, veluti quando culpa ipſius res ſubtracta eſt, & quando res æſtimata data, quo caſu omne periculum præſtatur ab eo, qui æſtimationem præſtaturum receperit. *l.* 5. §. 3. *D. Commod.* jung. *l.* 52. §. 3. *D. Pro ſoc.* quò *l.* 78. *D. de Furt.*

Aliàs

liàs qui rem inſpiciendam accepit, periculum
on ſuſtinet, ſed vel dolum & culpam, vel dolum
ntum præſtat, uti diſtinguit *h. §. 2.*
VII. *Ad ejusd. l. 17. §. fin.*] Orta controver-
a non tantum actor vel reus ſacramento provo-
abat adverſarium, ut, *Quando negas, ſacramento*
uinquagenario te provoco, ſed & ſponſionibus, ut,
i mea ſit hereditas, Ni tu ſis ei ſocius. quæ ſponſio-
es fiebant & ſtipulationibus, & depoſitis pig-
oribus, veluti annulis, qui ſi victori non red-
antur, præſcriptis verbis agitur contra ſeque-
rem, ut utrumque victori reſtituatur, quando
a lege ſequeſter accepit, *h. §. fin.* alioquin &
ctione depoſiti rem depoſitam victor repetere
oteſt. *l. 5. §. 1. D. Depoſ.* Quid ſi fiat ſponſio
er ſtipulationem, num actio efficax oritur, an
a per exceptionem doli redditur inanis, quaſi ſit
ipulatio ſine cauſa, juxta *l. 2. §. 3. D. de Dol.*
al. except.? Actionem efficacem ex tali ſtipu-
atione produci probari ſolet ex *l. 108. D. de*
V. O. Perperam. Non aſſerit J[C.] ſtipulationem
itra cauſam præexiſtentem parere actionem ef-
cacem, ſed agit de dote ſub conditione plane
ncertâ promiſſa, ubi tamen cauſam ſupponi ne-
eſſe eſt, *arg. d. §. 3.* Ego ex ſponſionibus vul-
aribus, quæ in eventum rei incertum dirigun-
ur, actionem competere nego. In Hollandia
uoque, Brabantia, Gallia, ſponſiones, *weddin-*
en, ſuper ſucceſſibus rerum publicarum, victo-
iis, civitatum deditionibus, ſimilibusque cauſis

improbantur, nisi sint tales, in quarum eventu partium utilitas vertitur, veluti in assecurationibus, vulgo *asseurantien*, seu *verseeckeringen*. In Frisia sustinentur sponsiones propter incertum eventum, dummodo non interponantur super subjecto inhonesto, nec bonis moribus repugnent.

VIII. *Ad l.* 24.] In contractibus stricti juris usuræ, nisi in stipulationem deductæ, non debentur *h. l. l.* 3. *C. de Usur.* Non igitur 1°. inducit obligationem solutio usurarum longo tempore facta. *l.* 7. *C. eod.* Consentiunt mores; sed quod pater longo tempore præstitit, indicium est, patrem in rem suam pecuniam convertisse, & usuras ante in stipulationem venisse, in *l.* 6. *D. de Usur.* 2°. Nec litis contestatio est causa præstandarum usurarum, sed, si usuræ ante legitimè sint promissæ, non sistitur earum cursus per litis contestationem. *l.* 35. *D. de Usur.* qua quidem inducitur novatio, sed necessaria. *l.* 11. §. 1. *D. de Novat.* Novatione autem voluntaria, quæ partium conventione celebratur, liberantur hypothecæ & pignus, usuræ non currunt. *l.* 18. *D. eod.* Moribus hodiernis etiam ex pacto debentur usuræ, & in strictis judiciis à tempore litis contestatæ usuræ currere incipiunt, ex communi sententia, constanti stylo adprobata. Interdum & jure civili usuræ creditarum pecuniarum ex pacto nudo præstari debent, veluti, si civitatibus debeantur. *l.* 30. *D. de Usur.* ex causa fœnoris nauti-

nautici. *l.* 5. *&* 7. *D. de Naut. fœn.* frumenti etiam vel hordei mutuò dati acceſſio ex nudo pacto præſtanda eſt. *l.* 12. *C. de Vſur.* Idem eſt, ſi ita uſuræ argentariis ſint promiſſæ. *Nov.* 136. *c.* 4.

DE PIGNOR. & HYPOTHEC.

IX. *Ad l.* 3.] Si hereditatis judex contra heredem ſcriptum non agentem cauſam vel luſoriè agentem pronuntiaverit, injuria ei facta non nocebit legatariis. *l.* 50. *§.* 1. *D. de Legat.* 1. neque libertatibus. *l.* 29. *§.* 1. *D. de Statu lib.* quemadmodum nec nocet auctori ſententia quæ non jure adverſus emptorem lata eſt; injuria, quæ fit emptori, auctorem contingere non debet. *l.* 51. *D. de Evict.* Quod ſi legitimè fuerit lata contra heredem teſtamentarium, nocebit legatariis & libertatibus. *l.* 8. *§. pen. D. de Inoffic. teſtam.* cum regulariter legata aliter valere non poſſunt, quam ſi teſtamentum ratum eſſe conſtaret; ſed hîc à legatariis diſtant creditores, quia fieri poteſt, ut & pignus rectè ſit acceptum, nec tamen ab herede lis benè inſtituta. *h. l.* add. *l.* 10. §. 3. *D. de Edend.* Ex *h.* §. non malè colligitur, non præcisè requiri, ut, qui pignus concedit, ſit abſolutè dominus, creditor, ſi agat, implere debet, rem pertinere ad debitorem eo tempore, quo de pignore convenit. *l.* 23. *D. de Probat.* Pertinere autem ad nos dicuntur non tantum, quæ noſtri dominii ſint, ſed & quæ bona fide poſſidentur. *l.* 181. *D. de V. S.*

X. *Ad l. 6. & 7.*] Qui donavit omnia ſua bona, non intelligitur donaſſe futura, *arg. l. 7. D. de Aur. & arg. leg.* Sed ſub generali pignoris obligatione etiam bona futura comprehenduntur. *l. ult. C. Quæ res pign. oblig.* Ita judicavit ſuprema Hollandiæ Curia. Hypotheca tamen hæc generalis non producitur ad ea, quæ veriſimile eſt quemquam, ſpecialiter obligaturum non fuiſſe, veluti eſt ſuppellex, *h. l. 6.* vel quæ in uſum quotidianum habentur. *h. l. 7.* Idem quod ad ſupellectilem ſecutus eſt Friſiæ Senatus, non obſtante hac obligationis clauſula, *alle mijne goederen, roerende, en onroerende, gheene exempt ofte uytgeſondert.* At in locis pleriſque generali rerum obligatione ſuppellex & id genus alia continentur. In pignore legali & tacito aliud quoque obſervatur. *l. 4. D. In quib. cauſ. pign. tac. contr.* Vid. quæ notavi ſupr. *ad l. 2. de Pact.*

XI. *Ad l. 11. §. 1.*] Antichreſis eſt mutuus pignoris uſus pro credito, cum loco uſurarum fructus rei oppignoratæ percipiuntur, eſtque vel expreſſa, cum ex ſpeciali conventione debitor rei oppignoratæ poſſeſſionem ita transfert in creditorem, ut creditor fructus fundi percipiat, aut ædes inhabitet, in vicem uſurarum, donec ei pecunia ſolvatur. *h. §. 1.* quæ legitimum uſurarum modum excedere poteſt, propter incertum fructuum proventum. *l. 17. C. de Vſur.* at quando certi ſunt prædiorum reditus, atque or-

dinariè

dinariè & regulariter legitimum uſurarum modum egrediuntur, antichreſis, tanquam in fraudem uſurarum contracta, improbanda eſt, *arg. l. 30. D. de ll.* & ſorti id imputari, quicquid legitimum uſurarum modum excedit docet uſus. Sed in Gallia in prædiis urbanis antichreſis toleratur, licet penſio domus, quæ habitanda creditori à debitore data eſt, legitimum uſurarum modum exuperet; Tacita antichreſis eſt, ſi pecuniâ gratuitâ non uſurariâ mutuo datâ res, quæ fructus producit, pignori obligata eſt, quo caſu id actum eſſe intelligitur, ut creditor compenſationis loco de fructibus rei ſibi oppignoratæ ad modum legitimum uſuras retineat. *l. 8. D. In quib. cauſ. pign. tac. contr.* Perperam igitur inde colligitur, vi mutui rem non alienari. Antichreſis diſtinguitur ab uſuris, quia perficitur nudo pacto, nec ſemper determinatam quantitatem habet, & ſola oblatione ſolvitur. *l. 11. C. de Vſur.* Differt etiam à pignore, nam ſi cui antichreſis conceſſa eſt, amiſerit poſſeſſionem, non habet actionem hypothecariam, ſed utitur actione in factum. *h.* §. 1. quia actio hypothecaria non datur creditori ad percipiendos fructus ex re pignorata, ſed ad avocandam nudam poſſeſſionem rei oppignoratæ. *l. 66. D. de Evičtion.*

XVI. *Ad ejusd. l. §. pen. & ult. & l. 12.*] Uſusfructus pignori hypothecave dari non prohibetur. *h. §. pen.* Sed jura urbanorum prædiorum, quia ad tempus actualiter non conſtituun-

tur, per ea quæ dixi ad *l.* 4. *de Serv.* nec locari. *l.* 44. D. *Locat.* nec pignori obligari possunt. *h.* §. *fin.* At in servitutibus rusticis etiam constitutis pignoris conventio locum habet, licet ista servitutum rusticarum oppignoratio contra summi juris rationem propter utilitatem contrahentium admittatur. *h. l.* 12. Multa autem ita jure civili contra subtilem rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse innumerabilibus rebus probari posse asserit J^C^. in *l.* 51. *in fin.* D. *Ad l. Aquil.* Servitutis etiam constitutæ usus alteri precariò concedi potest. *l.* 8. §. 5. D. *de Precar.*

XIII. *Ad l.* 22.] Si ei, qui rem meam sine mea voluntate pignori obligaverat, heres extitero, ex post facto pignus directò non convalescit, sed utilis pignoratitia dabitur creditori contra heredem debitoris & dominum rei oppignoratæ. *h. l.* qui, ex qua persona lucrum capit, ejus factum præstare debet. *l.* 14. C. *de R. V. l.* 149. D. *de R. I.* Sed heres ex stellionatu debitoris juxta *l.* 16. §. 1. D. *de Pignor. act.* quod crimen cum persona extinguitur, utili actione pignoratitia non tenetur, quò, sed pauci, referunt. *l.* 41. D. *eod.* ubi ita distinguunt casum, quo dominium debitori ex post facto supervenit, & quo dominus existit heres debitori.

XIV. *Ad l.* 31.] Vasallus fundo servitutem licitè imponit, quæ tantum noceat vasallo, nullum autem domino, ad quem beneficium fortè

postea

ostea reversum est præjudicium generetur. *c. un. ers. rei autem circ. pr. de Investit. de re al. fact.* sed eudum sine consensu eorum, quorum interest, ppignorare prohibetur. *c. un. circ. pr. de Prohib. eud. alien. per Frid.* Contra servatur in emphyeuta, ut tamen resoluto jure dantis, resolvatur c jus accipientis. *h. l.* quæ quidem regula proceit in iis, qui non habent dominium plenum, sed us tantum dominio proximum, vel si contratus sit initus sub conditione resolutiva, ubi mnia in pristinum statum reponuntur. *l. 4. §. 3. D. de In di. addict.* Verum rei, cujus dominium leno jure quæsitum erat, in tantum pignus tenet, ut, licet postea dominium recedat, creditori irca jus in pignore quæsitum præjudicium non iat: Ita pignus obligatum manet, licet res ob itium sit redhibita. *l. 43. §. 8. D. de Ædil. edict.* 4. *in pr. D. Quib. mod. pign. solv.* Similiter non initur pignus, ubi res sic distracta est, nisi emtori displicuisset. *l. 3. D. eod.* Quare & pignus urare existimandum est, licet venditor remedio 2. *C. de Rescind. vend.* ab emptore rem revocaerit, *arg. dd. text.* neque iniqua conditio inferur venditori, quod rem cum onere pignoris reipere teneatur, quia si constet rem pignori obigatam esse, emptor rem redimere atque pignus iberare cogitur. *d. §. 8.* & si dubitetur, utrum es vendita sit pignori obligata, emptor venditori cautionem de indemnitate præstabit, *arg. l. 1. §. 1. D. de Ædil. edict.*

IN QUIB. CAUS. PIGN. TAC. CONTR.

XV. *Ad l.* 3. *&* 4. *§.* 1.] Etiam in invectis illatis in horreum conductum vel diverſorium, vel aream tacita pignoris conventio locum habet. *h. l.* 3. ubi tamen per horreum intelligitur locus, in quem reponuntur merces aut res ſimiles. *l.* 74. *D. de Contrah. empt.* vulgò vocantur *pack-huyſen.* Ita & per aream in ead. *n. l.* 3. intelligitur locus vacuus, ſeu planities illa, quæ circum ſepta ſit idonea ad tigna aſſervanda, non autem ager vel pars fundi; quomodo per horreum intelligitur pars fundi, ſi fundus ſit conductus in *l.* 211. *D. de V. S.* atque ideo eo ſenſu exigitur expreſſa conventio. *h. l.* 4. *in pr.* qualis terminus ponendus eſt in *l.* 14. *§.* 1. *D. de Religioſ.* Stabula quæ non ſunt in oppidis, nec in continentibus ædificiis, non ſunt urbanorum prædiorum, quà à cæteris ædificiis ſunt ſeparata, urbana tamen ſunt. *l.* 198. *D. de V. S.* quod ad cauſam taciti pignoris attinet. *h. l.* 4. *§.* 1.

QUÆ RES PIGN. OBLIG. POSS.

XVI. *Ad l.* 1. *§. ult.*] Oppignoratio rei litigioſæ mobilis ipſo jure ſuſtinebatur. *l.* 18. *D. de R. V.* Sed qui rem litigioſam pignori accepit, ſi agat exceptione litigioſi ſubmovebitur, quod reſtringitur ad res mobiles, ubi major colluſio cum debitore exerceri poteſt. *h. §. ult.* Aliud igitur

igitur observatur in rebus immobilibus; neque hæc obligatio nocebit petitori, qui si in judicio victor, dominus declaretur, rem pignoratam persequetur, neque in effectu exceptione defendetur creditor, qui rem litigiosam pignori accepit, quia exitus judicii ostendit rem oppignoratam non fuisse ejus qui oppignoravit: Eadem exceptio litigiosi objicienda est emptori, sive rem litigiosam mobilem sive immobilem emerit. *l. 1. & 2. C. de Litigios.* Moribus hodiernis res litigiosæ, vulgo *ding-taelige saecken*, quovis titulo alienari possunt, sed salvo jure tertii, ut sententia contra alienantem lata executioni contra tertium rei litigiosæ possessorem mandari possit: Et quoties utilitas aut necessitas urget, rem in judicio deductam alienari, gratia Principis implorari solet, ut sine vitio litigiosi alienatio effectum sortiatur.

QUI POT. IN PIGN.

XVII. *Ad l. 2.*] Qui specialiter quædam & universa bona generaliter pignori accepit, ex adjecta conditione præsumpta hoc egisse videtur, ut si ex his, quæ nominatim ei pignori obligata sunt, universum redigere debitum possit, obligatio generalis nihil noceat creditori posteriori, atque ita sit subsidiaria, ad quam non nisi post specialem fiat recursus. *l. 2. C. de Pignor. jung. arg. l. 9. C. de Distract. pign.* Hoc pronunciando secutus est Frisiæ Senatus. Sed qui bona

debitoris ſimpliciter generali pignoris jure obligata habet, potior eſt eo, cui ſpecialiter prædium poſtea obligatum eſt, etiamſi prior ex cæteris pecuniam ſuam redigere poſſit. *h. l.* 2.

XVIII. *Ad l.* 8. *& ult.*] Privati anteriorem hypothecam habentes præferuntur fiſco poſteriori in bonis tempore prioris obligationis quæſitis. *h. l.* ſed bonis poſtea quæſitis fiſcus eſt potior. *l.* 28. *D. de Iur. fiſc. arg. l.* 2. *&* 3. *C. de Privileg. fiſc.* aliud eſt, ſi fiſcus concurrat cum eo, qui eſt & anterior tempore ac inſuper ſpeciali privilegio vallatus, veluti ſi fiſcus concurrat cum pupillo, qui & ipſe hypothecam tacitam habet, & prior tempore fiſco etiam in bonis poſt quæſitis præfertur. *h. l. ult.* quia quando duo privilegiati concurrunt, tunc mutuo concurſu ſe impediunt, privilegia confunduntur, & pro privilegiatis non habentur, *arg. l.* 11. §. *pen. D. de Minor. l.* 8. *in pr. D. de Excuſ. tut.*

XIX. *Ad l.* 10.] Si plures ſint creditores pignoratitii, obtinet regula, Qui prior eſt tempore, potior eſt jure. *l.* 2. *&* 11. *D. h. t. l.* 2. 3. 4. 6. 7. *C. eod.* ſeu qui prior de pignore convenit, licet poſteriori creditori res ſit tradita, in pignore præfertur. *l.* 12. §. *fin. D. eod.* Et regula iſta locum habet non tantum in creditoribus hypothecariis, quibus hypotheca cautum eſt, ſive expreſſa ſive tacita, ſed etiam in judicialibus, qui ex cauſa judicati pignus acceperunt. *h. l.* neque tamen in judicati actione prius ratio debet haberi ejus,

ejus, cui prior reus condemnatus fuit. *l.* 61. *D. de Re jud.* ſed qui occupavit agere judicati, pignus capere in cauſam judicati, quia pignus judiciale non conſtituitur ſolâ ſententiâ judicis, ſed tum demum cum capitur. *h. l.* ita jus civile ſcriptum eſt vigilantibus. *l.* 24. *D. Quæ in fraud. credit.* atqui is ſibi vigilavit, qui prior pignus ex cauſa judicati ſibi cepit: Cæterum prædicta regula officium ſuum perdit in pignore prætorio in ſpecie ſic dicto, quod tantum ſervandæ & cuſtodiendæ rei cauſa conſtituitur, quando unus ex creditoribus mittitur in poſſeſſionem rerum debitoris debiti ſervandi cauſa, vel unus ex legatariis legatorum ſervandorum cauſa, mittitur in poſſeſſionem bonorum heredis, ubi, ſi plures ſint miſſi in bonorum poſſeſſionem, miſſio uni decreta omnibus ſequentibus prodeſt. *l.* 15. §. 15. *D. Damn. infect. l.* 12. *D. de Reb. auct. jud. poßid.* quando omnium creditorum eadem eſt conditio, ſecus ubi eſt diverſa miſſionis cauſa; ita legatarii ob contumaciam heredis cavere nolentis in poſſeſſionem miſſi non præferuntur poſterioribus. *l.* 5. §. 2. *D. Vt in poſſeſſ. legat.* ſed iidem præferuntur aliis creditoribus, qui poſtea ex cauſa contractus miſſionem vel petierunt vel impetraverunt. *l.* 2. *C. Qui pot. in pign. l.* 3. *C. Vt in poſſeſſ. leg.*

XX. *Ad l.* 12. §. 5.] Si ſecundus creditor pignus diſtraxerit inſcio primo primus aget non contra ſecundum creditorem, qui ei nullo jure

obli-

obligatus eſt, ſed actione hypothecaria experietur contra emptorem eundemque pignoris poſſeſſorem. *l.* 1. *D. de Diſtract. pign.* ſed ſi primus creditor qui jus vendendi habuit, pignus diſtraxerit, emptor ſecurus eſt, verum ex bono & æquo ſecundo creditori contra primum actio utilis hypothecaria conceditur ut hic reſtituat, quod plus percepit ex pignoris diſtractione, quam ei debebatur. *h.* §.

DE DISTRACT. PIGN.

XXI. *Ad l.* 10.] Regulariter venditor, licet evictionis caſum ſpecialiter non promiſerit, evicta re ex empto tenetur. *l.* 6. *C. de Evict.* Excipitur creditor, qui rem oppignoratam jure creditoris ceu pignoris diſtraxit, quo nomine de evictione emptori obligatus non eſt, neque ad id quod intereſt, neque ad pretium reſtituendum. *h. l.* niſi aliter conventum fuerit, aut creditor diſtraxerit rem alienam ſciens, atque ita emptorem ignorantem deceperit. *l.* 1. *&* 2. *C. Credit. evict. non deb.* ſed & amplius emptori creditor tenetur, ut quam habet adverſus debitorem actionem, præſtet, h. e. pignoratitiam contrariam. *l.* 38. *D. de Evict.* utique creditor non tenetur, ſi ex cauſa judicati ab apparitoribus pignus captum diſtrahatur. *l.* 74. §. 1. *D. eod.*

QUIB. MOD. PIGN. SOLV.

XXII. *Ad l.* 5. *in pr.*] Liberato reo principali,

pali, liberantur etiam pignora. *l.* 43. *D. de Solut.* ratio est in *l.* 178. *D. de R. I.* unde si debitor paciscatur, ne à se sors petatur, actio etiam hypothecaria ope exceptionis perpetuæ eliditur. *l.* 17. §. 2. *D. de Pact.* quod pactum conventum etiam parit exceptionem perpetuam tertio possessori contra quem actio hypothecaria intentatur. *h. l.* Interdum tamen vincula pignoris durant personali ac principali actione submota. *l.* 2. *C. de Luit. pign.* veluti si reliquerit debitor duos heredes, ex quibus unus pro sua parte solvit, sed actio hypothecaria non perimitur, nisi totum debitum exolvatur. *l.* 1. *C. eod.* atque ita dicitur pignus habere causam indivisam. *l.* 65. *D. de Evi- ction.* Add. *l.* 6. *C. de Distract. pign.* Præterea licet præscriptione 30. ann. creditor sit exclusus ab actione personali, *l.* 3. *C. de Præscript.* 30. *ann. l.* 5. *C. Quib. non objic. long. temp. præscript.* non tamen est sublata actio hypothecaria, cui demum præscribitur 40. annis. *l.* 7. §. 1. *C. de Præscript.* 30. *ann.*

DE ÆDIL. EDICT.

XXIII. *Ad l.* 43. §. 6.] Actiones hæ redhibitoria & æstimatoria vel quanti minoris, concurrunt electivè, h. e. ut si una solidum consecuti fuerimus, altera extinguatur, non ut post finitam æstimatoriam redhibitoria adhuc locum habeat, *arg. l.* 50. *D. Pro soc.* Verum ob summam affinitatem & connexionem interdum redhibito-

hibitoria æſtimatoriæ quaſi ineſſe videtur, & quidem eo caſu, quo homo venditus ita vitioſus eſt, ut eum emptori habere non expediat; ita officio judicis, quod actioni æſtimatoriæ ſubſervit, continebitur, ut reddito mancipio precium recipiatur. *h. §. arg. l. 25. §. 1. D. de Except. rei jud.*

DE EVICTION.

XXIV. *Ad l. 1. 34. §. 1. l. 39. §. 2. l. 43. 45. & 56. §. 2.*] Agitur de evictione non tantum, ſi tota res fuerit evicta, ſed etiam pars ejus. *h. l. 1. 39. §. 2. l. 43. & 45.* appellatione rei pars etiam continetur. *l. 72. D. de V. S.* quod quidem procedit in fundo vendito, non etiam in homine vendito, ubi partis adjectio neceſſaria eſt, quia non videtur homo evictus, cum pars ejus evicta eſt. *h. l. 56. §. 2.* Datur tamen actio de evictione emptori, qui judicio communi dividundo ſuperatus atque ſervus adverſario, qui probavit eum communem eſſe, adjudicatus eſt, quia per hanc adjudicationem rem habere non licet emptori, ac totus homo ei aufertur. *h. l. 34. §. 1.* Quid ſi ancilla prægnans ex venditione ſit tradita, & partus evincatur, an venditor de evictione conveniri poteſt? Nequaquam. *h. l. 42.* partus enim non eſt hîc pars ancillæ. *l. 26. D. de V. S.* licet alibi portio mulieris vel viſcerum dicatur. *l. 1. §. 1. D. de Ventr. inſpic.*

XXV. *Ad l. 21.*] Si ſervus venditus deceſſerit,

rit, antequam evincatur, non committitur stipulatio. *h. l.* per casum humanæ sortis finitum est periculum evictionis. *l.* 26. *C. de Evictione.* quod procedit, quando servus ante litem contestatam decessit, sed si post litis contestationem decesserit servus, stipulatio committitur. *l.* 11. *D. Iudicat. solv. l. ult. C. de Assert. toll.* Licet autem casu priori, non committatur stipulatio, de dolo tamen poterit agi, si dolus intercesserit. *h. l.* quod tamen non est intelligendum de actione doli subsidiaria, sed de actione ex empto, quæ nomine doli competit contra venditorem, quod sciens dolo malo servum alienum vendiderit, etiam antequam servus evinceretur. *l.* 30. §. *fin. D. de A. E.*

XXVI. *Ad l.* 29. §. *fin. l.* 53. §. 1. *l.* 55. *&* *l.* 63.] Ut auctor teneatur de evictione, requiritur, ut ei à successore singulari lis denuncietur, ac moneatur ut negotio adsistat, & causam instruat. *h. l.* 53. §. 1. *l.* 55. *&* 63. Denuntiari autem potest quolibet tempore, dum tamen ne prope ipsam condemnationem fiat. *h.* §. *fin.* quod quidem locum habet, quando ex causa venditionis res præstatur, ubi venditor rem alienam præstando satisfacere potest ab initio. *l.* 28. *D. de Contrah. empt.* verum ubi de evictione rei alienæ ex causa legati traditæ agitur, legatarius statim à principio prius quam judicium accipiatur, denuntiabit heredi. *l.* 29. §. *pen. D. de Legat.* 3. nisi quis judicium ibi pro sententia accipere malit.

malit. Evictâ igitur re legatâ, datur legatario regressus adversus heredem, sed quando res fuit legata generaliter, in re specialiter legata evictio non est præstanda. *d.* §. *pen. l.* 45. §. 1. *l.* 71. §. 1. *D. de Legat.* 1. uti nec in donatione, nisi donator dolosè rem donaverit alienam. *l.* 18. §. *fin. D. de Donat.* vel nisi in se receperit casum evictionis, interpositâ stipulatione, nudo pacto interveniente donator non tenebitur. *l.* 2. *C. h. t.*

XXVII. *Ad l.* 60. *&* 70.] Venditor evictionis nomine nihil præter simplum emptori præstat, *h. l.* 60. evicta autem re actio ex empto non ad pretium duntaxat recipiendum, sed ad id quod interest competit. *h. l.* 70. in cujus æstimatione ineunda non tantum dominii ratio habetur & impensarum atque accessionum, sed etiam lucri intercepti. *l.* 8. 15. *in pr. &* §. *ult. l.* 66. §. *fin. D. & l.* 17. *C. h. t.* Imò etiam ex stipulatu in duplum agi potest, quando emptor in casum evictionis sibi stipulatus est duplum, quod sic erit accipiendum, si sint venditæ res pretiosiores, si margarita fortè aut ornamenta pretiosa, vel vestis serica, vel quid aliud non contemptibile veniat. *l.* 37. §. 1. *D. h. t.* Quandoque triplum vel quadruplum in casum evictionis promittitur. *l.* 56. *D. eod. l.* 5. *D. de Iur. fisc.* Qui tamen sciens fundum alienum comparavit ne quidem pretium propter evictionem à venditore recuperabit. *l.* 27. *C. de Evict. l.* 7. *C. Commun. utr. jud.* Cum enim generaliter definiatur, eum qui dolosè

ꝑsè contraque legum præcepta mercatur, pretium amittere. *l. pen. & ult.* C. *de Rescind. vend.* *l.* 7. C. *de Agricol. & censit. lib.* 11. *l. fin.* C. *de præd. decur. lib.* 10. & hîc æquum fuit, emptoris dolum pretii jactura multari, & fraudis laqueis, quos creditoribus paraverat, implicari, quam rationem adducit Græcus Paraphrastes, τιμωρεῖ γὰρ ὁ νόμος τὸν δόλον τοῦ ἀγοραστοῦ, καὶ ἀντιστρέφει κατ' αὐτοῦ, ὅπερ αὐτὸς ἐμελέτησε κατὰ τῶν δανειστῶν. Excipitur qui rem hereditariam sub conditione legatam sciens rei gravamen pendente conditione ab herede emit, hic ad pretii restitutionem contra venditorem re evicta actionem habet. *l. ult.* §. *pen.* C. *Commun. de legat.* Add. & alium casum in *l.* 1. C. *Si vend. pig. ag.*

XXVIII. *Ad l.* 51. *&* 63. §. *pen. & ult.*] Emptor qui auctorem laudavit, si succubuerit, appellare non tenetur. *h.* §. *pen.* sed spectat ad emptorem, ut sententiam latam denuntiet auctori in tempore, ne lapsu fatali, imo causa aliàs bona perdatur, atque ita emptori vitio suo ex præscriptione via ad auctorem revertendi præcludatur. *h.* §. *fin.* Idem regressus denegatur emptori, si per imprudentiam judicis, aut per errorem sit victus; injuria enim, quæ fit emptori, autorem non debet contingere. *h. l.* 51. Aliud observatur in fidejussore, qui per imprudentiam judicis condemnatus, si culpa ejus injustæ damnationis causam non præbuit, adversus debitorem regressum habet. *l.* 67. D. *de Fidejuss.* Quid

ſi pronuncietur pro emptore, an ſumptus in litem factos, ſi eos judex compenſaverit, à venditore repetet? Reſcribunt Impp. in *l.* 18. *C. de Eviction.* ad venditorem eum reverti non poſſe, habebit igitur ne quidem ſumptuum repetitionem. *arg. h. l.* 51.

EXERCITATIO XVI.

RESPONDENTE

BERNHARDO BORNEMAN.

DE USUR.

I. Ad *l.* 1. §. *ult. l.* 7. *&* 41. §. 1.] Obſignatione debitæ pecuniæ ſolenniter factâ, liberatio contingit. *l.* 9. *C. de Solut.* obſignatio autem ſolennis eſt, in qua hæc tria concurrunt, 1°, oblatio, quæ fit re, h. e. numeratione tum præſentis pecuniæ, tum etiam totius quæ debetur. *d. l.* 9. deinde teſtatò, ſive per conteſtationem. *l.* 19. *C. de Vſur.* ſeu teſtibus præſentibus. *l.* 6. *C. eod.* & denique opportuno loco & tempore. *d. l.* 9. *l.* 72. *D. de Solut.* 2°, ut pecunia oblata, ſi eam creditor accipere recuſet, ſacculo includatur, iſque obſignetur. *l.* 1. §. 36. *D. Depoſit.* 3°, ut pecunia ita obſignata, in tuto aliquo loco, veluti in æde ſacra, vel quo judex voluerit, deponatur. *d.* §. 36. Idem eſt in oblatione ſola, ſi ſors caſu fortuito perierit. *l.* 30. 34. 72. *&* 102. *D. eod.*

l. eod. ſed quando ſors eſt ſalva, nec quæ pecunia oblata ſimul obſignata & depoſita fuit, non tantum obligatio ſortis durat. *l. 24. D. de Recept. qui arbitr. rec.* verum etiam uſuræ ejuſdem deberi non deſinunt. *h. l. 7. & 41. §. 1.* quod intelligendum eſt de uſuris ex conventione debitis, quo *f. l. 6. & 19. C. de Vſur.* idem ſtatuitur de ea mora, quæ dicitur ex re contrahi, quam res ipſa ingerit. *h. §. fin. l. 28. in fin. D. de Admin. tut.* ſed ſola oblatio ſufficit, & ad evitandam pœnam. *l. 23. §. fin. D. de Recept. qui arb.* excepto caſu. *l. 2. C. de Iur. emphyt.* & ad ſiſtendum curſum uſurarum, quæ ex mora per interpellationem contracta debentur, ubi per ſolam oblationem mora purgatur. *l. 91. §. 3. D. de V. O. d. l. 72. in pr. D. de Solut.*

III. *Ad l. 3. §. 2.*] In fidei commiſſariam hereditatis reſtitutionem non veniunt fructus ab herede ante moram percepti, qui non hereditati, ſed ipſis rebus hereditariis accepto feruntur. *l. 18. §. 2. & l. 44. §. fin. D. Ad SC. Trebell.* ne quidem ſi quis ita rogetur, *quicquid ex hereditate mea omnisve meis pervenerit. l. 83. D. de Legat. 3.* niſi ex cautione conventionali fideicommiſſum debeatur. *l. 32. D. Ad SC. Trebell.* cujuſmodi cautio conventionalis incrementum fructuum recepit. *Ibid. l. 1. §. 13. D. Vt legat. vel fid. serv. cauſ. cav. l. 178. §. 1. D. de V. S.* quæ ad ſtipulationem venditæ hereditatis pertinet, quanta pecunia ex hereditate pervenerit: Similiter heres ſi rogatus

ſit reſtituere, quicquid ex bonis ſuperfuerit, jure voluntatis, quod ex fructibus ſuperfuerit, reſtituere debet. *h.* §. 2. *l.* 58. §. *pen.* D. *Ad SC. Trebell.* modo propter ſubjectam ibi rationem lectio affirmativa retineatur.

III. *Ad l.* 11. *&* 17. §. 6.] Quantitas uſurarum determinatur in *l.* 26. C. *de Vſur.* ut illuſtres perſonæ non niſi trientes, mercatores beſſes, cæteri ſemiſſes uſuras ſtipulentur vel paciſcantur, quò videtur reſpicere, *l.* 1. *circ. fin. pr.* D. *eod.* ibi, *ita tamen ut legem non offendat*; Uſuræ graviſſimæ ſunt centeſimæ, graviores ſunt beſſes, ſemiſſes, quincunces modeſtos appellat Poëta.

Quid petis, ut nummi, quos hic quincunce modeſto
Nutrieras, peragant avidos ſudore deunces?

Cujus magis intereſt, ei major uſura debetur, magis intereſt mercatorum, quam Illuſtrium cæterorumque: Si qui ante fuerat mercator, deſierit eſſe mercator, beſſium privilegium ceſſabit, *arg. l.* 196. D. *de R. I.* Si quis autem cœperit eſſe mercator, ex veteri contractu beſſes exigere nequit, niſi de novo ſint deductæ in ſtipulatum, excipitur fiſcus, cujus debitores, qui eſſe cœperunt, majores, quam ante uſuras præſtare tenentur. *h.* §. 6. Ita & in quibus caſibus aliis non debentur uſuræ ſine ſtipulatione, fiſco & reipublicæ debentur, *h. l.* 11.

IV. *Ad l.* 25. *in pr. &* §. 1. *l.* 28. *&* 45.] Plus juris

iuris in fructibus percipiendis habent bonæ fidei possessores, quam fructuarii, qui non aliter fructus lucrantur, quam si eos perceperint, vid. supr. *Exerc.* 9. *ass.* 6. at bonæ fidei possessor percipiendo interim fructus suos facit non tantum eos qui provenerunt diligentia & opera ejus, h. e. bonæ fidei possessoris, sed omnes. *l.* 48. *in pr. D. de A.* R. D. h. e. à quocunque & quoquo modo à solo fuerint separati. *h.* §. 1. fructus non jure semissis, sed jure soli percipiuntur. *h. l.* 25. *in pr.* Atque ita idem jus tribuitur bonæ fidei possessori quod domino *d.* §. 1. nisi lex sit impedimento. *l.* 136. *D. de* R. *I.* unde licet, sed juxta prædicta, fructuarius omnes fructus tam naturales quam sua opera acquisitos lucretur. *l.* 7. 9. & 59. §. 1. *D. de Vsufr.* aliud tamen est in bonæ fidei possessore, qui quidem percipiendo fructus suos facit, quos suis operis acquisivit, veluti serendo, non autem naturales, veluti si pomum decerpserit vel ex sylva cædit, quia non nascitur is fructus ex facto ejus. *h. l.* 45. Ac eo modo ideo fructus, quorum fit mentio in *h. l.* 28. *l.* 78. *D. de* R. *V.* §. 37. *Inst. de* R. *D. & A.* R. Juridicè annumerari solent iis fructibus, quos vocant Interpp. *industriales.*

V. *Ad l.* 32. *in pr. &* §. 1.] Mora ex persona debitoris committitur, quando interpellatus privata denuntiatione vel per litis contestationem opportuno loco & tempore non solvit. *h. pr. l.* 23. *D. de V. O.* neque justam causam recusandi

habet. *l.* 49. §. *ult.* & *l.* 127. *D. de V. O.* ſufficit autem unica interpellatio. *d. pr. l.* 87. §. 1. *D. de Legat.* 2. *l.* 72. *in pr. D. de Solut.* ſed licet creditori juri ſuo renuntiare, atque debitorem ſæpius teſtatò interpellare, quod factum eſt in *l.* 38. *D. de Minor. l.* 59. §. 5. *D. Mandat. l.* 122. §. 3. *D. de V. O.* ſi tamen ſervo debitoris abſentis denuntiatum ſit, non protinus, cum ſui poteſtatem facit debitor ac debiti repetendi inſtantia eſt omiſſa, per debitorem mora facta intelligitur. *h.* §. 1.

VI. *Ad ejusd. l.* §. *pen.*] Unicuique ſua mora nocet, quod & in duobus reis promittendi obſervatur. *l.* 173. §. *pen. D. de R. I.* ut alterius mora alteri non noceat. *h.* §. *pen.* ſed mora quæ in perſonam, ſive ex negligentia & cunctatione perſonæ committitur, diſtinguitur à facto: Factum enim alterius alteri quoque nocet. *l. pen. D. de Duob. reis.* h.e. non prodeſt, quemadmodum circa ignorantiam juris & facti diſtingui ſolet; veluti, ſi ex duobus reis, qui Stichum dare promiſerint, alter Stichum occiderit, hoc ejus factum nocet ipſi, ſeu non prodeſt ei ad liberationem. *l.* 23. *in fin.* & *l.* 91. §. 3. *D. de V. O. l.* 48. §. 3. *D. de Legat.* 1. Item in duobus reis ſtipulandi ab altero delatum jusjurandum etiam alteri nocebit. *l.* 28. *D. de Iurejur.* Et quia ibi una eademque eſt obligatio, unus contractus, ex eadem origine, una actio ex eadem debendi cauſa, ideo quoque unius creditoris diligentia, libelli admonitio, interpellatio, conventio, litis conteſtatio,

atio, proteſtatio publica, alteri prodeſt, uniuſ-ue correi debendi agnitio debiti, quæ fit nova autione, vel chirographo aut ſolutione uſura-um, vel partis debiti, aut datione pignoris vel dejuſſoris, alteri quoque nocet. *l. ult. C. de duob. reis.* Diverſa ratio eſt, ſi quis duobus ſimul em ſuam commodaverit, vel locaverit, vel re-um ſuarum adminiſtrationem commiſerit, qui uidem ſinguli domino tenentur in ſolidum, li-et non ſint correi debendi ſimpliciter, ſed quo-ammodo. *l. 5. §. ult. D. Commod.* neque unius ctum alteri nocet. *l. 1. §. 43. D. Depoſit.*

VII. *Ad l. 34. & 38. §. pen.*] Uſuræ vicem ructuum obtinent, & non debent à fructibus eparari. *h. l. 34.* uti poſſeſſor conventus petitio-e hereditatis ex SCto fructus reſtituere cogitur. . 20. *D. de Petit. hered.* ita & uſuras, quæ ſunt nſtar fructuum, vid. *l. 27. & 29. D. eod.* Quod amen non eſt adeo effusè accipiendum, nam in nultis differunt; Fructus vel natura vel jure pro-eniunt. *l. 45. D. h. t. l. 48. D. de A. R. D.* Uſuræ unt obventiones civiles, quæ proveniunt jure, non natura. *l. 62. D. de R. V. l. 121. D. de V. S.* nalæ fidei poſſeſſor tenetur de fructibus perci-iendis. *l. 5. C. de R. V.* non de uſuris. *l. 20. §. 14. D. de Petit. hered. d. l. 62. D. de R. V.* novatio non xtinguit fructuum perceptionem. *l. 4. D. de Uſur.* extinguit autem curſum uſurarum. *l. 18. D. de Novat.* in judiciis bonæ fidei fructus omni-nodo præſtantur. *h. §. pen.* etiam ante moram

 per-

percepti, *arg. l.* 22. *C. de R. V.* Usuræ autem hîc debentur à tempore moræ. *l.* 32. §. 2. *D. de Vsur.* Quod ad hunc effectum judiciis bonæ fidei annumeratur actio personalis ex testamento, quæ pro legatis & fideicommissis competit. *h. l.* 34. *l.* 3. *in pr. D. eod. l.* 87. *§.* 1. *D. de Legat.* 2. quamvis aliàs sit stricti juris. *l.* 5. *§. ult. junct. l. seq. D. In lit. jur.* Exiguntur autem ibi usuræ ex eo tempore, quo lis contestata est. *l.* 1. *&* 2. *C. de Vsur. legat.* non quod tempus litis contestationis sit necessarium, sed quia ex eo tempore certius ducitur & coarguitur ratio moræ, præcedit enim mora litis contestationem in judicio, si instantia legati petendi sit facta, si legatarius heredem extra judicium interpellaverit. *d. l.* 3. *D. h. t.*

VIII. *Ad l.* 38. *in pr. & §.* 4.] Favianâ actione revocantur ea quæ sunt in fraudem patroni alienata. *tit. D. Si quid in fraud. patron.* Paulianâ autem alienata in fraudem quorumvis creditorum revocantur. *h.* §. 4. Faviana est actio in personam. *l.* 1. §. 26. *D. d. t.* quidni & Pauliana? quæ pro exemplo actionis in personam adducitur in *h. §.* 4. *junct. h. l. pr.* licet propter quandam affinitatem annectatur actionibus prætoriis in rem in *§.* 6. *Inst. de Action.* ubi tamen verba *bonis à creditoribus possessis*, non indicant pro iis demum bonis alienatis revocandis Paulianam competere, in quorum possessionem creditores missi erant, sed effectum illius actionis intentandæ

æ respiciunt, ut sit instituenda post possessio-
em, excussionem & distractionem bonorum,
ex bonis distractis creditoribus satisfieri ne-
queat. *l. pen. C. de His quæ in fraud. cred.* Hoc in
quadam hypothesi judicando sequutus est Sena-
us Frisiæ.

DE PROBATION. & PRÆSUMPT.

IX. *Ad Rubr.*] Præsumptio in *h. Rubr.* di-
stinguitur à probatione, reverà probatio non est,
sed est jus quoddam ex iis, quæ probationis cau-
sa sunt producta, ortum, diciturque vulgo vel
præsumptio juris, quando lex quidem præsumit,
sed non simul disponit, veluti, si quis chirogra-
pho dato pecuniam sibi esse numeratam scripse-
rit, lex præsumit numerationem esse factam, ac
creditori condictionem certi concedit. *l. 5. C. de
Non num. pec.* sed intra biennium ei qui scripsit
exceptionem non numeratæ pecuniæ tribuit, &
creditori probationem injungit, pecuniam esse
numeratam. *l. 3. C. eod.* add. *l. 24. D. de Probat.*
vel est præsumptio juris & de jure, quando lex &
præsumit & simul disponit, atque hæc non ad-
mittit contrariam probationem, ita in eodem
exemplo post biennium exceptio non numeratæ
pecuniæ non admittitur, ne quidem si velit pro-
bare debitor pecuniam non esse numeratam *l. 14.
in pr. C. de Non num. pec.*

X. *Ad l. 2. 5. §. 1. l. 8. 9. 19. & 21.*] Neces-
sitas probandi incumbit ei qui agit. *h. l. 21.* vel

paulò generalius, ei qui dicit. *h. l.* 2. nam & reus in exceptionibus actoris partibus fungitur, suamque exceptionem, velut intentionem, probare debet. *h. l.* 19. nisi exceptio sit merè negativa, qualis est allegata exceptio non numeratæ pecuniæ, quam reus probare non tenetur. *l.* 10. *C. de Non num. pec.* Interdum qui dicit non probat, si præsumptio aliqua transferat onus probandi in adversarium, veluti in *h. l.* 8. 9. 24. *& seq. de Probat.* Possessor igitur non probat, sed fruitur commodo possessionis, & adversarium ad onera petitoris compellit. *l.* 24. *D. de R. V. l.* 2. *C. de Probat.* Possessoris tamen conventi petitione hereditatis probant, non quia possident, sed quia prædia possessa sibi donata esse contendunt in *l.* 16. *C. eod.* Is qui negat, non probat. *h. l.* 2. *l.* 23. *C. eod. l.* 10. *C. de Non num. pec.* nisi, qui negat, in effectu aliquid dicat, ceu tacitè affirmet, veluti in *h.* §. 1. *l.* 6. *C. de Codicill. l.* 14. *C. de Contrah. stip.*

XI. *Ad l.* 10.] In exercendis litibus eandem fidem obtinent depositiones testium & fides instrumentorum. *l.* 15. *C. de Fid. instrum.* sed census (ceu tabulæ cujusque territorii publicæ. *l.* 4. §. 1. *D. de Censib.*) monumenta publica sunt potiora testibus. *h. l.* neque, cum de fide tabularum nihil dicitur, adversus scripturam testes interrogari debent. *Paul.* 5. *Recept. sent. tit.* 15. *l.* 1. *C. de Testib.* alioquin nullus esset probationum finis ac exitus certus, sed contrariâ scripturâ scriptu-

ram

um refelli oportet, & chirographum refutatur
apocha, non teſtibus, *arg. l.* 25. §. *ult. D. de
Probat. l.* 13. *C. de Non num. pec.* qui adverſus
chirographum teſtibus communitum non audiuntur, pecuniam eſſe ſolutam aſſerentes, niſi
quinque teſtes rogati ſolutioni adfuerint viri
probi & ſummæ atque integræ opinionis, qui
Deo teſte ex animi ſui ſententia affirment ſolutam eſſe pecuniam, juxta *l.* 18. *C. de Teſtib.
Nov.* 90. Ita ſi teſtator coram tribus teſtibus
revocaverit teſtamentum conditum, hæc ſola
declaratio ad teſtamentum legitime conditum
infirmandum non ſufficit, niſi & decennium fuerit emenſum. *l.* 27. *C. de Teſtam.* An inſtrumentis quoque probantur crimina? quidni? *arg. d.
l.* 15. *C. de Fid. inſtrum. l. fin. C. h. t. l.* 22. *C. Ad
l. Cornel. de falſ. l.* 2. *C. Quor. appellat. non recip.*
Judex non credet teſtimoniis, ſeu ſcriptis teſtium
depoſitionibus, ſed teſtibus, qui ſunt producendi, in judicio interrogandi. *l.* 3. §. 3. *D. de Teſtib.*

XII. *Ad l.* 12.] Quando idem corpus ab
uno teſtatore bis legatur, ſemel tantum debetur.
l. 34. §. 1. *D. de Legat.* 1. qui enim pluribus ſpeciebus utitur, non ſæpius eandem rem eidem legare, ſed loqui ſæpius voluit. *l.* 66. §. 5. *D. de
Legat.* 2. *l.* 86. §. 1. *D. de Legat.* 1. quo pertinet
legatum dotis. *l.* 29. *D. I. D.* Quando autem
eadem quantitas ſæpius eſt legata, ſæpius præſtanda eſt ſumma, ſi legatarius probaverit teſtatorem

torem voluiſſe multiplicare legatum. *d. l.* 34. *§.* 3. *D. de Legat.* 1. niſi præſumptio multiplicationis ſit pro legatario, veluti ſi teſtator in diverſis Scripturis, in teſtamento & codicillis, eandem ſummam bis legaverit; eo caſu heredi injungitur neceſſitas probandi poſteriorem ſcripturam eſſe inanem. *h. l.* Quæcunque in codicillis ſcribuntur, perinde habentur, ac ſi in teſtamento ſcripta eſſent. *l.* 2. §. 2. *D. de Iur. codicill.* Sed in iis quæ ſunt juris, non facti. *l.* 7. §. 1. *D. eod.* quò referri debet voluntas teſtatoris. *l.* 20. §. *fin. D. de Inſtruct. leg.*

DE FID. INSTRUM.

XIII. *Ad l.* 2.] Reus conveniendus eſt non ex indice, exemplo alicujus ſcripturæ; vulgus vocat copiam, ſed ex authentico. *h. l.* unde & commemoratio in chirographo pecuniarum, quæ ex alia cauſa deberi dicuntur, facta, vim obligationis non habet. *l. ult. D. de Probat. Nov.* 119. *c.* 3. *Auth. ſi quis. C. de Edend.* ſed auget fidem ſcriptura talis commemorationis & debitoribus prodeſt jurisjurandi aſſeveratio facta à teſtatore. *l.* 37. §. 5. *D. de Legat.* 3. Probat etiam exemplum chirographi, ſi fide publica in acta aut in inventarium ſit relatum. *l.* 57. *D. de Admin. tut.*

XIV. *Ad l.* 4.] Legitimationes celebrantur confectis inſtrumentis dotalibus. *§. ult. Inſt. de Nupt.* emphyteuſis conficitur ſcripturâ intervenien-

iente. *l. 1. C. de Iur. emphyt.* non tamen omiſ-
a criptura actus illi infirmantur, fiunt enim de
h ſcripturæ, ut quod actum eſt, per eas faci-
li probari poſſit. *h. l. l. 4. D. de Pignor. l. 12.*
de Probat. l. 9. & 10. C. de Fid. inſtrum. In-
dum ſcriptura eſt neceſſaria, veluti ſi ita inter
ntrahentes convenerit. *l. 17. C. eod. pr. Inſt. de*
pt. vend. Exigitur inſinuatio in donatione,
æ egreditur quingentos ſolidos. *l. 34. C. de*
nat. §. 2. Inſt. eod. Oppignoratio etiam bo-
rum immobilium Eccleſiæ, quando licita eſt,
n procedit ſine interventu ſcripturæ. *Auth.*
jus porrectum eſt. C. de SS. Eccleſ. Confeſſioni
iptæ acquieſcendum eſt, niſi qui ita confeſſus
,è contrario per apertiſſima rerum argumenta
iptis inſerta religionem judicis poſſit inſtrue-
. *l. 13. C. de Non num. pecun.* Mandatis deni-
e Principum non adhibetur fides, niſi diploma
incipum in ſcripturam redactum proferatur.
l. 1. C. de Mandat. Princip.

De Testibus.

XV. *Ad l. 3. in pr. l. 6. 9. & 24.*] Domeſti-
teſtimonii fides improbatur. *l. 3. C. h. t.* unde
ſtes idonei non ſunt, quibus imperari poteſt,
teſtes fiant. *h. l. 6. & 9.* Verum domeſticum
ſtimonium hîc non reſtringitur ad patriam
teſtatem, domeſticus enim teſtis non tantum
citur ille, qui eſt ejuſdem gentis, & familiæ,
d & qui in eadem domo habitat. *l. 11. §. 1. D.*
de

de Pœn. l. 1. *C. de Emendat. propinq.* qui de domo accuſatoris producitur. *h. l.* 24. Græcis vocari ſolet οἴκοθεν ὁ μαρτὺρ: ſed in teſtamentis, quod domeſticum teſtimonium reprobatur, refertur ad patriam poteſtatem. §. 9. *Inſt. de Teſtam. ord.* Quare propter arctiſſimam conjunctionem & inde præſumptam affectionem fratrem pro fratre in judiciis ad teſtimonium dicendum non facile admiſerim, *arg. l.* 5. *C. de Teſtib.* Amicum autem teſtem nominare nemo prohibetur, *arg. h. l.* 3. *in pr.* neque intereſt, utrum ſit amicitia vulgaris vel levis notitia ſecundum *l.* 223. §. 1. *D. de V. S.* an omninò ſingularis; ſed judex ex ſententia animi ſui æſtimabit, quanta fides teſtibus ſit adhibenda. *h. l.* 3. §. 2. eadem eſt ratio inimici. *d. l.* 3. Sed teſtis produci non poteſt, qui ante in eum reum teſtimonium dixit. *l.* 23. *D. h. t.* & ὁ ἐγκληματικῶς τινὸς κατηγορήσας, οὐ δύναται αὖθις μαρτυρεῖν κατ' αὐτοῦ, qui quemquam reum criminis fecerit, in eundem poſtea teſtimonium dicere non poterit. Eodem modo infamis ad teſtimonii dictionem admittitur, ſed non eſt tanti ponderis & fidei teſtimonium infamis, quanti ejus qui eſt integræ exiſtimationis. *h. l.* 3. *in pr.* & §. 5. Imo *Paulus* 5. *Recept. ſent. tit.* 15. *in princ.* ait, teſtes illos quos vitæ humilitas infamavit, interrogari non placere, quod in teſte & vitæ qualitas & dignitas ſpectari debeat: Canoniſtæ ulterius progrediuntur, atque eos etiam repellunt, quibus crimen objectum eſt, licet nondum

ondum ſint damnati. *cauſ. 6. quæſt.* 1. *can.* 17. *cap.* 13. & 54. *X. de Teſtib.*

XVI. *Ad ejusd. l.* §. 2.] Fama per ſe non probat, vanæ voces populi non ſunt audiendæ, non enim vocibus eorum credi debet, quando aut noxium crimine abſolvi, aut innocentem condemnari deſiderant. *l.* 12. §. 1. *C. de Pœn.* ſi tamen ſint aliæ conjecturæ, fama accedens confirmat rei de qua quæritur fidem. *h.* §. 2. Idem eſt judicandum de fuga, ob quam nemo condemnari debet; ſolent innocentes fugere, quod exitum judicii reformident, pro convictis autem haberi non debent. *l. un. circ. princ. C. de Rapt. virg. Nov.* 8. *c.* 9. quamvis de fuga ſuſpectos reddant. *l.* 7. §. 2. *D. de ſuſpect. tut.* damnato comparentur. *l.* 28. §. 1. *D. de Bon. lib.* & penè rei accuſatores per fugam ſint facti. *Nov.* 53. *c.* 4. *circ. pr.* Ignoſcendum eſt quidem ei, qui ſanguinem ſuum qualiter qualiter redemptum voluit. *l.* 1. *D. de Bon. eor. qui ant. ſent. mort. ſibi conſc.* Id ſi v. g. cum adverſario tranſegerit. *l.* 18. *C. de Tranſact.*

XVII. *Ad l.* 10.] Municeps in cauſa, cujus commodum non ſingulos, ſed ipſam univerſitatem concernit, teſtis eſſe non prohibetur, quæ enim ſunt univerſitatis, non ſunt ſingulorum, § 6. *Inſt. d. R. D. & A. R. D.* ſed in re propria, cujus emolumentum vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. *l.* 1. §. 11. *D. Quand. appell.* dicendi teſtimonii facultatem jura non concedunt.

dunt. *h. l. l.* 10. *C. de Test.* Unde mulieri asserenti, licet juratò, se ab aliquo imprægnatam esse, in præjudicium viri non est adhibenda fides, sed solet in Praxi viro deferri juramentum, ut se ab omni suspicione purget; Interdum propter præsumptiones evidentes juramentum delatum fuit mulieri defloratæ: Singulari jure legatarii (quorum testimonio testamentum confirmatur, *l.* 14. *D. de Reb. dub.*) testes esse possunt in eo testamento, ex quo capient legata. §. 11. *Inst. de Testam. ord.* Jure etiam Canonico plenam fidem habent literæ Apostolicæ, quibus Papa proprium factum probat. *c. un. Clem. de Probat.*

XVIII. *Ad l.* 18.] Mulieres à testimonii dictione in testamentis arcentur. *l.* 20. §. 6. *D. Qui testam. fac. poss.* idem tentabitur de codicillis *arg. d. l.* 20. §. 7. *junct. l. ult.* §. *ult. C. de Codicill.* sed in judiciis, sive sint causæ civiles sive criminales, ad testimonium mulieres adhiberi posse argumento est lex Julia, quæ adulterii condemnatam testimonium dicere vetat. *h. l.* add. *l.* 2. *D. de Accusat.* Praxis admittit fœminas ad testimonium tam in criminali, quam civili causa, tam in foro ecclesiastico, quam civili, sed judex æstimat, quanta fides eis tribui debeat.

XIX. *Ad l.* 21. §. *ult.*] Scripturæ diversæ fidem sibi invicem derogantes ab una eademque parte prolatæ nihil firmitatis habent. *l.* 14. *C. de Fid. instrum.* sed si binæ tabulæ testamenti proferantur, in quarum una sint centum legata, in al-

tra eidem quinquaginta, quinquaginta in dubio debentur. *l.* 47. *D. de Legat.* 2. Si testes contrarii deponant, judex respiciet ad sinceram testimoniorum fidem, & ad testimonia, quibus potius lux veritatis adsistit. *h.* §. *ult.* ut honestioribus testibus major fides adhibeatur. *l.* 9. *C. de Testib.*

XX. *Ad l. ult.*] Nulla constitutione prohibitum est, procuratorem interrogari, atque in testimonium produci pro eo cujus negotia gessit. *l.* 18. §. 8. *D. de Iur. fisc.* h. e. in causis aliis, & de rebus aliis, quarum respectu procurator non fuit, sed in secunda instantia procuratores vel advocati non sunt testes idonei in causa, cui ante patrocinium præstiterunt. *h. l. c. ult. de Testib. in* 6. Hoc servat Praxis communis.

De Jur. & fact. ignor.

XXI. *Ad l.* 2. 7. 8. *&* 9. §. 5.] Facti interpretatio plerumque etiam prudentissimos fallit, jus autem est certum & finitum. *h. l.* 2. ignorantia juris latæ culpæ adnumeratur & stultitia dicitur. in *h.* §. 5. quod tamen intelligendum est de jure generali, & certo, non de jure aliquo singulari pertinente ad casus certos ac individuos, nec de eo quod consistit in opinionibus & disputationibus Doctorum; Secundum quæ qui errans in facto solvit, condictione indebiti solutum repetit, secus est in eo, qui jus ignoravit. *l.* 10. *C. de Iur. & fact. ignor. l.* 9. *C. Ad l. Falcid. l.* 6.

C. *de Condict. indeb.* quod quidem procedit, quando aliqua intercedit obligatio ſaltem naturalis, quæ juſtam retentionem accipienti tribuit; Cæterum ubi nulla ſubeſt naturalis obligatio, certè hîc æquitas, quæ dedit cauſam condictioni indebiti. *l.* 66. *D. de Condict. indeb.* ſuadet, ejus, quod, licet per errorem juris, ſolutum eſt, repetitionem eſſe, *arg. l.* 7. *D. de Condict. cauſ. dat. cauſ. non ſec.* quò pertinet *h. l.* 8. omnibus juris error in damnis amittendæ rei ſuæ non nocet, unde explic. *h. l.* 7. Add. *ſupr. aſſ.* 6.

De Sponsalibus.

XXII. *Ad l.* 1.] Nuptias facit conſenſus non concubitus. *l.* 32. *§.* 13. *D. de Donat. int. vir. & uxor. l.* 30. *D. de R. I. cauſ.* 27. *q.* 2. *can.* 6. *&* 9. Sponſalia autem ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. *h. l.* 1. *can.* 3. *cauſ.* 30. *q.* 5. Impropriè igitur dicuntur ſponſalia de præſenti in *c. ult. Extr. de Sponſal.* nam ſponſa de præſenti reſpectu vinculi eſt uxor, licet ad perfectionem ſecundam, vel, ut loquuntur JCti, conſummationem copula carnalis accedat. *dd. text.* Atque ideo nec deductio ſponſæ in domum mariti eſt neceſſaria, *arg. dd. ll. jung. l.* 66. *D. de Donat. int. vir. & ux. l.* 22. *C. de Nupt.* niſi fortè mulier nubat abſenti, vel conjuges ritum antiquum obſervare velint. *l.* 5. *D. de R. N.* Jure Canonico præcedentibus denuntiationibus in facie Eccleſiæ accedente benedictione ſacerdotis cum pre-

cibus

bus & oblationibus, præſentibus paranymphis, nuptiæ peraguntur. *c. 30. quæſt. 5. can. 1. c. 7. Extr. de Sponſal.* Moribus etiam hodiernis nuptiæ non aliter ſubſiſtunt, quam ſi in facie Eccleſiæ, aut coram Magiſtratu domicilii, ſi contrahentes ſint pontificii, ritè conſummatæ fuerint; Unde Politica Ordinatio Hollandiæ matrimonia citra modum præſcriptum inita reddit nulla. *Pol. Ord. Holland. art. 3.* add. *LL. Tranſiſul. p. 2. tit. 1. §. 4.* In Friſia tale matrimonium non eſt omnino nullum, ſed ita contrahentes interdum pœnâ pecuniariâ, interdum arbitrariè puniuntur: Etiamſi autem quod ad vinculum matrimonii ſponſus de præſenti pro uxore habeatur, non tamen ante matrimonii conſummationem gaudebit lucro dotis, quod ex ſtatuto ſuperſtiti conjugi debetur, quia ex ſententia ſtatuti deferuntur lucra nuptialia in compenſationem onerum matrimonii, quæ conjux non ſenſit ante matrimonii conſummationem, *arg. l. 20. C. de I. D. junct. l. 32. §. pen. D. de Donat. int. vir. & ux.* Statutum civitatis Neomagenſis non deſiderat thori conjugalis aſcenſum, ſed ſola benedictione & publica matrimonii confirmatione prævia, inducitur bonorum communio, *ſoo balde daer twee luyden inder heyligen echt verſamelt worden, ende oire kerck-ganck gedaen hebben.* Add. *LL. Reform. Velav. tit. 27. §. 2. Tranſiſulan. d. p. 2. tit. 2. §. 2.*

EXERCITATIO XVII.

RESPONDENTE
BERNHARDO à WELDEREN.

DE RITU NUPT.

I. Ad *l.* 2. 4. *&* 22.] In nuptiis contrahendis desideratur 1° ætas legitima. *pr. Inst. de Nupt.* ut masculi sint puberes, fœminæ viri potentes, ἀνδρὸς δεκτικαὶ: Pubertas in masculis æstimatur ex anno quarto decimo completo, viri potentia ex anno duodecimo. *h. l.* 4. *l.* 24. *C. de Nupt.* Concord. *Stat. Daventr. p.* 3. *tit.* 1. *art.* 16. Canonistæ pubertatem ex habitu corporis & potentia generandi metiuntur, quæ interdum prædictum annorum numerum antevertit, & tempus pubertatis anticipat. *c.* 3. *&* 8. *X. de Desponsat. impub.* quod cum fit, dicitur malitia implere ætatem juris civilis. *c.* 9. *X. eod. c. un.* §. 1. *d. t. in* 6. Ætas provecta olim etiam nuptias impediebat inter sexagenarium & quinquagenariam ex l. Papia Poppæa. *Vlpian. in Fragment. tit.* 16. quia major annis 50. mulier non solet gignere. *l.* 21. *in princ. D. de A. E.* ejusque partus mirabilis existimatur, quia raró contingit. *l.* 12. *C. de Legitim. hered.* Hodie in nuptiis contrahendis non amplius ratio habetur ætatis, nec impares aut intempestivæ propter grandem ætatem recusantur. *l.* 27. *C. de Nupt.* & qui à

majore

[m]ajore quinquaginta annis editus eſt, parentibus [ta]m ex teſtamento quam ab inteſtato ſuccedit. *d. l.* 12. 2°. Ut non contrahantur in gradibus [pr]ohibitis. *l.* 17. *C. de Nupt.* §. 1. *& ſeqq. Inſt. d. l.* Et quia matrimonia debent à vi & metu ju[ſt]o eſſe libera. *l.* 134. *D. de V. O.* exigitur inſuper [co]nſenſus eorum qui coëunt. *h. l.* 2. non cogitur [f]ilius familias uxorem ducere. *l.* 21. *D. de R. N.* [C]onſenſus ille declaratur verbis aut alio modo, [u]t ſi puella annuat, vel manum porrigat, ſi annu[lu]m ſub conditione matrimonii à viro oblatum [a]cceptet. Maluiſſe tamen videtur, qui patre co[g]ente duxit uxorem, quam non duxiſſet ſi ſui ar[bi]trii fuiſſet, dummodo tamen ab hoc metu re[ve]rentiali abſint minæ, vincula & verbera. *h. l.* [2]. Idem, quod de juſto metu, judicandum eſt [d]e errore, niſi fortè committatur circa divitias, [pu]lchritudinem, mores, virginitatem. Denique [ad]hibendus eſt conſenſus parentum, in quorum [po]teſtate ſunt liberi. *d. l.* 2. *d. pr. Inſt. de Nupt.* [Et]iam jure Canonico, quod non tantum de ho[ne]ſtate, ſed & de neceſſitate conſenſum paren[tu]m exigit, exploſâ DD. diſtinctione inter cano[n]es veteres & novos. *C. tuæ* 25. *X. de Sponſal.* [U]bi dicit Innocent. matrimonium in rei veritate [c]ontrahi per legitimum viri & mulieris conſen[ſu]m; at vero non eſt conſenſus legitimus, ubi [d]eficit paternus. *cauſ.* 30. *quæſt.* 1. add. *cauſ. ejusd.* [q.] 5. *can.* 3. *c.* 32. *q.* 2. *can.* 13. Non igitur 1°. [re]quiritur matris conſenſus, *arg. ejusd. l.* 2. *jung.*
 §. 3. *Inſt.*

§. 3. *Inſt. de Her. qual. & diff.* niſi ſit filia major annis 25. quæ patre orbata matris conſenſum ob ſexus imbecillitatem exigit. *l.* 20. *C. de Nupt.* Ita judicavit Senatus Friſiæ. Mores patriæ & aliarum provinciarum deſiderant matris conſenſum. *LL. Rurem. p.* 1. *t.* 2. *§.* 1. *art.* 6. 2°. Neque Curatorum conſenſus neceſſarius eſt jure civili. *l.* 20. *D. h.t.* Aliud invenio in LL. Transiſulaniæ & Friſiæ. *ll. Transiſ. d. p.* 2. *tit.* 1. §. 2. *Ord. Friſ. lib.* 1. *tit.* 1. *§.* 10. Atque ita paſſim obſervatur.

II. *Ad l.* 3. *&* 16. §. 1.] Singulari jure nepote uxorem ducente & filius conſentire debet. *h. §.* 1. ſed nuptiæ contrahuntur ſolo avo auctore, ſi filius ſit mortuus, vel ſi nepos aliquam accipiat ex eadem familia, veluti, ſi nepos ex filio neptem ex altero filio ducat. *h. l.* 3. Moribus hodiernis conſenſus avi non eſt neceſſarius. Nuptiæ igitur conſobrinorum de jure civili ſunt licitæ, add. *l.* 23. *& ſeq. D. de Condit. inſtit. l.* 78. §. 8. *D. Ad SC. Trebell. l.* 2. *C. de Inſtit. & ſubſtit. l.* 19. *C. de Nupt.* §. 4. *Inſt. eod.* ubi conjunctio adverſativa *autem* eſt referenda ad *pr.* §. 3. *ejusd. tit.* adeoque hallucinatur, ut & alibi ſæpius, Græcus paraphraſtes, quod *d.* §. 4. legat negative, ȣ̓ δύνανται πρὸς γάμον συνάπτεσθαι. Prohibitæ inter conſobrinos ſunt nuptiæ jure Canonico, quod collocat eos in gradu ſecundo. *6. pen. X. de Conſanguin.* ubi nuptiæ prohibentur uſque ad gradum quartum incluſivè, & adjicitur ratio ſatis ridicula,

c[..]a, *quia quatuor sunt humores in corpore, qui ex quatuor constant elementis.* Hoc jus imitantur mores Patriæ, Transisulaniæ, Saxoniæ, sed dispensatio contraria non est infrequens. *ll. Transisul.* d. *tit.* 1. *§.* 14. *Stat. Daventr. d. tit.* 1, §. 21. Jus civile observant *Hollandi* & Frisii.

III. *Ad l.* 12. *§. fin. l.* 14. *in pr. & l.* 55. §. 1.] Filius adoptivus matrem aut materteram patris adoptivi, ducere prohibetur, quamdiu in ejus familia est, alioqui si emancipatus sit, nuptiæ licitæ contrahuntur, quia post emancipationem extraneus intelligitur. *h. l.* 55. §. 1. non efficitur amita, aut matertera, aut avunculus per adoptionem *h. §. fin.* commentum legis. *l.* 76. *D. de C. & D.* sed filius adoptivus, licet emancipetur, eam, quæ patris adoptivi uxor fuit, ducere non potest, hîc sufficit eam aliquando novercæ locum sustinuisse. *h. l.* 14. Moribus adoptio, quia non frequentatur, nuptiis impedimentum præbere non potest.

IV. *Ad ejusd. l.* 14. §. 2. *l.* 39. §. 1. *& l. fin.*] Etiam jure gentium nuptiæ inter fratrem & sororem sunt prohibitæ. *Levit.* 18. *v.* 9. adeoque inter eos incestus non tantum jure civili, sed & jure gentium committitur. *h. §.* 2. *& h. §.* 1. ubi per mores intelligitur jus gentium, uti in *l.* 8. *D. de R. N.* sed jus gentium non in infinitum in gradu collateralium incestum porrexit, ut in linea rectâ, *arg. l.* 38. *§.* 1. *&* 2. *D. Ad l. Iul de adult.* Gravior est incestus, qui committitur in linea

recta, quam in collaterali, atque ideò sit oppositio, inter eos, qui ex gradu ascendentium vel descendentium, & qui ex latere uxores ducunt in *h. l. fin.*

X. *Ad l. 19.*] Liberi quidem, qui sunt in potestate parentum, consensum in nuptiis contrahendis requirere debent, sed si parentes injuria, h. e. non redditis justis dissensus seu recusationis causis liberos prohibuerint ducere vel nubere, per proconsules præsidesque provinciarum coguntur in matrimonium collocare vel dotare. *h. l.* imò filiæ annos 25. egressæ, si parentes distulerint eas marito copulare, sine parentum consensu marito se, libero tamen, conjungere possunt, nec hoc ad ingratitudinem iis imputabitur. *Nov. 115. c. 3. §. 11.* Et hoc temperamentum videtur exposcere constitutio Ordinum Gelriæ promulgata anno 1597: ibi, *Alle houwelijcken sonder consent vande Ouders gecontraheert, sullen nul ende van onweerden zijn, volghende (N.) de Keyserlijcke beschreven Rechten.* Idem sequuntur Ruremundenses, *d. loc.* §. 7. ubi post annos 25. liberi consilium duntaxat parentum desiderant, & hoc post eam ætatem arbitrio judicis relinquunt; Transisulani, *d. loc.* §. 5. 1. *add.* Ord. *Fris. tit. 1. §. 6.* In Hollandia si filius fuerit egressus annum vigesimum quintum, filia vigesimum idem observatur; quod & Ultrajectini concedunt minorennibus, non expresso annorum numero, si parentes sine justa causa dissentiant. Ordin.

din. Ultraject. lata, *Anno* 1585. *art.* 1. Officium item paternum omnino est, dotem vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie. *l. ult. c. de Dot. promiss.* sed liberis quos parentes habent in potestate. *h. l.* non igitur emancipatis, qui extraneorum loco habentur. *l.* 195. *§.* 2. *D. de V. S.* licet si pater iis sponte dotem dederit, hæc dos profectitia dicatur. *l.* 5. §. 11. *D. de I. D.* id fecit pater in *l.* 44. *&* 51. *D. eod.* Crediderim tamen ita restringendam esse *h. l.* ut parens ad dotandum in potestate habentem ita demum sit compellendus, si filia aliunde non habeat, unde nubere atque honestè sibi dotem facere possit; adeoque locuples, quæ bona pleno dominii jure habet, non est necessariò dotanda, *arg. l.* 2. *D. de I. D.* quamvis iis liberis legitima debeatur, aut dos in legitimam imputetur. *l.* 29. *C. de Inoffic. test.* Verum in dubio censetur pater ex sua liberalitate hoc fecisse, & de suo potius patrimonio filiæ dotem constituisse, quam ex bonis filiæ, quæ administraverat. *d. l. fin. C. de Dot. promiss.*

VI. *Ad l.* 25.] Filius emancipatus etiam sine consensu patris uxorem ducere potest. *h. l.* sed si tam ignominiosam duxerit uxorem filius, ut dedecori sit tam ipsi quam patri mulierem talem habere, poterit abuti suo jure atque nepotem ex ista conjunctione natum exheredare. *l.* 3. §. 5. *D. de Bon. poss. contr. tabb.* Viduæ intra quintum & vicesimum annum constitutæ, etiamsi emancipationis libertate gaudeant, in secundas

nuptias ſine patris ſententia non conveniunt. *l.* 18. C. *de Nupt.* Hoc laudavit Senatus Friſiæ; Verum id paucis in locis obſervatur, nominatim Amſtelodami in ſecundis nuptiis parentum conſenſus non præcisè exigitur.

VII. *Ad l.* 38.] Alii deſponſatæ renuntiare conditioni & nubere alii non prohibentur. *l.* 1. C. *de Sponſal.* initio omninò impune licebat, poſtea cum diſpendio arrharum. *l.* 3. *& ſeqq.* C. *eod.* quas ſolebat ſponſus dare ſponſæ, ut monilia, aut annulum pronubum, μνήστρα, pignora. *l.* 3. *& ult.* C. *de Sponſal.* Si quis autem in ea provincia, in qua adminiſtrabat, ſponſalia contraxerit, (nuptias enim cum provinciali durante adminiſtratione contrahere non poteſt. *h. l.* ſed mores aliud ſervant) & arrhas dederit, licebit ſponſæ poſt depoſitam adminiſtrationem nuptias recuſare, & extrinſecus data pignora lucrativa habebit, ſi ea non putet eſſe reddenda. *l. un.* C. *Si rect. provinc.* ſed, quia id fieri turpe & indignum, & renuntiatis ſponſalibus arrhæ frequenter reddi ſolebant, ideò fit mentio redditionis in *h. l.* Moribus hodiernis invita parte à ſponſalibus recedere nemini licet.

DE JURE DOTIUM.

VIII. *Ad l.* 6. §. 1. *& l.* 81.] Dotale prædium dicitur quando marito dominium eſt quæſitum. *l.* 13. §. 2. *D. de Fund. dot.* quod procedit, ſi, qui tradit, ſit dominus, ſin minus, conditio

uſuca-

ſucapiendi confeſtim marito inchoabitur. *tot. t. D. Pro dot.* Inde conſequitur etiam rem alieam poſſe in dotem dari, & dicitur dos profecta patre, etiamſi fundum alienum in dotem dedet. *h.* §. I. competit item actio rei uxoriæ pro e aliena in dotem data. *l.* 11. *D. Sol. matr.* Eſt men ſingulare in pecunia numerata, ut, ſi pater liæ nomine nummos alienos, quos mutuos acperat, aut in cauſam crediti receperat, in dom dederit, dos non ante profectitia efficiatur, uam ſi nummi ſint conſumpti. *h. l.* 8. ratio eſt *l.* 19. §. I. *D. de R. C.* Quod ſi res in dotem ata evincatur, mulier marito tenetur de evitione eique ex empto competit actio, quando s æſtimata data eſt in dotem; re autem inæſtiata data in dotem bonâ fide, propter evictioem actio marito non datur. *l.* I. *C. de I. D.*

IX. *Ad l.* 30. 64. *&* 68.] Dos quæ fuit data matrimonium prius, non aliter convertitur in oſterius matrimonium, quam ſi hoc expreſsè gatur, ſed & tacitè id interpretamur, ſi aliud onventum non fuerit. *h. l.* 30. Eodem modo os redintegratur, quando mulier alii nupſit, & oſtea ad priorem virum rediit *h. l.* 64. quod inelligendum eſt, ſi divortio matrimonium ſit diemptum. *l.* 31. *D. de I. D.* Cæterum ſi morte lterutrius ſit diſſolutum, & conjux ſuperſtes um alio matrimonium ſecundum contraxerit, ec dos, nec pactum dotale primi matrimonii enſetur repetitum in ſecundo matrimonio. *h. l.* 68.

68. l. 26. §. fin. D. de Pact. dotal. Hoc observat praxis. Si non divortium, sed jurgium simplex fuerit, dos ejusdem matrimonii manebit. *l. 31. D. h. t.*

X. *Ad l. 33. & pen.*] Socero, si ex promissione dotis conveniatur, hic honor tribuitur, ut in id, quod facere potest, damnetur, utique quando manente matrimonio & durante adfinitate dos promissa ab eo petitur, quo respicit *l. 17. D. Sol. matr.* Verum si soluto matrimonio conveniatur, in solidum condemnabitur. *h. l. pen. l. 22. D. de Re jud.* unde explic. *l. 21. D. eod.* Quod si maritus ab extraneo dotem exigat, solidum quoque consequitur, nisi donandi animo dotem promiserit extraneus. *h. l. 33.* Interdum tamen qui ita dotem donavit, privilegio competentiæ non gaudet, veluti si donator ab uxore marito fuerit delegatus. *l. 41. D. de Re jud.*

XI. *Ad l. 46. §. 1.*] Si debitori suo mulier nuptura ita dotem promiserit, quod mihi debes, aut fundus Sempronianus doti tibi erit, in arbitrio est mulieris, quod in dote sit. *h. §.* sed si dotem simpliciter promittat marito, qui alternatè fundum aut decem debuit, electio tribuitur marito. *l. 9. §. 1. D. de Fund. dot.*

XII. *Ad l. 54.*] Res ex pecunia deposita comparata non fit deponentis. *l. 6. C. de R. V.* sed ementis. *tot. tit. C. Si quis alt. vel sib. sub. alt. nom.* ut nec is, cujus pecunia prædium est emptum, hypothecam in eo habeat, nisi expressè vel genera-

eraliter hoc sibi in pignoris causam deduxerit l. 17. C. *de Pign.* Ita si fundus ex pecunia dotali à marito sit comparatus, non acquiritur uxori directa vindicatio. *l.* 12. C. *de I. D.* sed fundus sit comparantis. *l. ult.* C. *de Serv. pign. dat.* Videntur tamen res, quæ ex dotali pecunia comparatæ sunt, esse dotales, quatenus, si maritus non sit solvendo, in subsidium mulieri utilis vindicatio accommodatur, si propterea pauperior sit facta. l. 55. *in fin.* D. *de Donat. int. vir. & ux.* quo solet referri h. l.

XIII. *Ad l.* 60. 61. §. 1. *& l.* 69. §. 5.] Dos pupillæ pro modo facultatum & dignitate natalium per tutorem rectè constituitur. *h.* §. 5. *l.* 43. D. *de Legat.* 3. similiter curator in promittenda dote pro adulta modum statuet ex facultatibus & dignitate mulieris ac mariti, quousque ratio patitur. *h. l.* 60. neque in hac dotis constitutione exigitur decretum magistratus. *l.* 9. §. 1. D. *de Minor. l.* 1. C. *Si advers. dot.* quando res ceu ipsa corpora maritus in dotem accipere maluit, sed si matrimonium non aliter contrahere patiatur, quam pecuniis in dotem datis, decretum judicis necessarium est. *h. l.* 61. §. 1.

XIV. *Ad l.* 68.] Matrimonium sine consensu parentis contractum non dissolvitur, contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur, ita *Paul.* 2. *Rec. sentent. tit.* 19. *in princ.* sed ejus sententiæ, quæ non sunt relatæ inter ll. Pand. non merentur fidem, nup-

tiæ

tiæ enim ita contractæ ſunt ipſo jure nullæ, liberi ex iſta conjunctione nati ſunt illegitimi, injuſti, ſpurii. §. *fin. Inſt. de Nupt.* Concord. prædicta conſtitutio Ordinum Gelriæ, ibi, *dat alle houwelicken ſonder conſent vande Ouders gecontraheert, ſullen nul en van onweerden zijn.* Idem placuit Senatui Friſiæ. Cæterum nuptiæ ignorante patre contractæ confirmantur, ſi hic poſtea conſenſerit. *h. l.* ſed ratihabitio, licet in contractibus retrotrahatur & ab initio mandato comparetur, *l. fin. C. Ad SC. Maced. l. 25. in fin. C. de Donat. int. vir. & ux. l. 60. D. de R. I.* liberis ante natis non prodeſt, quia in nuptiis juſſus requiritur. *pr. Inſt. de Nupt.* cujus natura eſt, ut actum præcedat. *l. 25. §. 4. D. de A. H.* atque ita hæc conjunctio ſine patris conſenſu conſummata eſt deterioris conditionis, quam concubinatus, ubi liberi per ſubſequens matrimonium efficiuntur legitimi, ac ſimili cum legitime natis perfruuntur fortuna. *l. 10. C. de Natur. lib.* Juſſus autem opponitur conſenſui ſubſequenti, non etiam concomitanti, ſive conſenſus ille ſit expreſſus, ſive tacitus, unde ſufficit, ſi parens ſciens nuptias à filio celebrari non contradicat. *l. 5. C. de Nupt.* add. *l. 7. §. 1. D. de Sponſal.* In praxi ratihabitio retrotrahitur ad tempus matrimonii contracti, quod noſtrates colligere ſolent ex all. conſtit. ordinum Gelriæ, ibi, *ten waere de Ouders het Houwelijck naemaels approbeerden ende bewillighden.*

XV. *Ad*

XV. *Ad l.* 69. §. 4.] Legatum generis ſuſtinetur, modo res à natura habeat certam determinationem, & per id ad rem certam deveniri poſſit, ut ſi legetur homo, equus, bos. *l.* 37. *D. de Legat.* 1. ſed ſi genus ſimpliciter à deſtinatione hominis dependeat, legatum non valet, veluti ſi fundus legetur. *h. l.* tale legatum eſſet deriſorium *l.* 115. *D. de V. O.* quia fundus deſtinatione patrisfam. augetur & minuitur, eoque ad viliſſimam quantitatem referri poteſt. *l.* 34. §*fin. D. de Legat.* 1. heres dando palmum vel cæſpitem terræ liberaretur, quia quælibet minima portio fundi eſt fundus. *l.* 60. *D. de V. S.* Græci id denotant his verbis ὡς δυναμένης τῆς γυναικὸς εὐτελέστατόν τι παρασχεῖν. Verum in genere valet legatum ædium, quæ non ſimpliciter à hominis deſtinatione pendent, modò habeat teſtator ædes in patrimonio. *l.* 71. *in pr. D. de Legat.* 1. atque ita ſecundùm quid inſtituitur comparatio fundi & ædium in *l.* 24. §. *pen. D. eod.* Moribus ex veriſimili mente defuncti ſecundùm vires patrimonii, legatarii charitatem, dignitatem & neceſſitudinem legatum generis præſtabitur.

XVI. *Ad eund.* §.] Si dos ſit indefinitè promiſſa, neque ſpecies ulla neque quantitas expreſſa, nulla eo nomine actio competit. *l.* 1. *C. de Dot. promiſſ.* Si extraneus promiſerit, qui vel minimum quid pro dote dando liberaretur; ſed pater, qui dotem incertam promiſit, nihilominus

nus ex officio paterno dotem dare compellitur, atque hîc dotis quantitas pro modo facultatum patris & dignitate mariti constituitur. *h.* §. Et hoc usu receptum est.

XVII. *Ad l.* 72.] Nulla lege prohibitum est universa bona in dotem dare fœminam. *h. l. l.*4. *C. de I.D.* modò ne fiat hæc datio in præjudicium liberorum, fœmina sit major, nec circa dotem circumventa. *l. un. C. de Inoffic. dot. l.* 1. *C. Si advers. dot. l.* 9. §. 1. *D. de Minor. l.* 12. §. 1. *D. de I. D.* Quod si mulier universa bona transtulerit, non maritus, sed ipsa tenetur creditoribus, si eos habuerit, *h. l.* etiamsi maritus ea lege dotem acceperit, ut ipse satisfaceret, *arg. l.* 2. *C. de Hered. vend. l.* 22. *C. de Donat.* Imò creditores bona translata actione in factum revocatoriâ repetunt, quæ enim universa bona sua alienavit, intelligenda est creditorum fraudandorum consilium habuisse. *l.* 17. §. 1. *D. Quæ in fraud. credit.* Moribus hodiernis propter bonorum communionem per matrimonium conjuges correi debendi constituuntur, alterque pro alterius debitis ante matrimonium contractis obligatur ac convenitur. Francicis, ac Burgundicis moribus etiam soluto matrimonio pro eodem debito superstes obligatur; contrarium eo casu sæpius judicavit suprema Hollandiæ Curia. Disquiritur, an, si mulier simpliciter nullâ expressim dote constituta matrimonium contraxerit, omnia bona in dotem data præsumantur? Neg.

arg.

arg. l. fin. C. de Repud. junct. l. 2. D. de Probat. quæ ſententia eſt communis, atque à Senatu Friſiæ approbata.

XVIII. *Ad l. 76.*] Niſi matrimonii oneribus ſerviat dos, nulla eſt. *h. l. 76. l. 20. C. de I. D.* Cui conſequens eſt, 1° dotem ſtultè definiri jus univerſale, *arg. rubr. D. eod.* ex dote pro ſuſtinendis oneribus conceſſa marito jus in re acquiritur. 2°. dotem non eſſe cauſam lucrativam, textus eſt in *l. 19. D. de O. & A.* licet lucrum annexum habeat, quo reſpectu inter donationes refertur in *l. 20. C. de Donat. ant. nupt.* 3°. dotem cautam, confeſſatam, & promiſſam propriè loquendo non eſſe dotem; dotem non ſcriptura aut cautio, ſed traditio, ſed numeratio facit. *l. 1. C. de Dot. caut. non num.* licet interdum dos dicatur, ut in *l. 6. C. de Dot. promiſſ. l. ult. C. Solut. matr.* Prædictus *tit. de Dot. caut. non num.* in deſuetudinem abiit, quia ſtatur inſtrumento profitenti numerationem, ſi non probetur contrarium.

XIX. *Ad l. 77.*] Si mulier debitori ſuo, qui ſub uſuris debebat, nuptura dotem promiſerit, quod is ſibi deberet, nulla mentione facta uſurarum, poſt contractas nuptias uſuræ ſecuti temporis non ſunt dotales, ſed hac ratione uſurarum obligatio erit ſoluta. *h. l.* At ſi pecuniam debitam cum uſuris futuri temporis in dote promittenda demonſtraverit, erunt quoque eæ uſuræ, quarum dies poſt nuptias ceſſit, dotis

portio. *l.69.* §. 1. *D. de I.D.* ſi tamen vir cœperit uxorem alere, atque ſuſtinere onera matrimonii, pro quibus dos fuit data, ex eo tempore uſuras non deberi rationis eſt, *arg. l. 7. D. eod. l. 11. D. de Pact. dotal.*

XX. *Ad l. 79.*] Mortuâ in matrimonio filiâ dos profectitia ad patrem revertitur. *l. 4. C. Sol. matr.* ſed avo, qui neptis nomine dotem dedit, mortuo dos ad patrem, à quo non fuit profecta, non redit. *h. l.* niſi dos nepti contemplatione filii ſit data, quo caſu perinde eſt, ac ſi ipſe filius dediſſet, adeoque eam patri, licet exheredato reddi oportet. *l. 6. D. de Collat.* De iſta quæſtione egi ſupr. *ad l. 17. de SC. Macedon.*

DE PACT. DOTAL.

XXI. *Ad l. 7.*] Paciſci poſt nuptias, etiamſi nihil ante convenerit licet. *l. 1. D. h. t.* ſic paciſci licet, ut dos ſit periculo mulieris, ſed maritus paciſci nequit, ne dolum ſolummodo in dotem præſtet. *l. 5. h. t.* Neque valet conventio, ne de moribus agatur, ne publica coërcitio privata pactione tollatur. *l. 5. d. t.* quod de coërcitione & judicio cenſorio haud ineleganter exauditur, quia etiam ad judicium cenſorium pertinuit, de moribus mariti & uxoris cognoſcere, inquirere, &, ſi res ita poſtulare videretur, pronuntiare, imò etiam uxores coërcere, unde ex ſententia Papin. in *l. 39. D. Sol. matr.* viro & uxore mores invicem accuſantibus, cauſam repudii dediſſe utrum-

utrumque pronuntiatum est; sed judicium de moribus hodie penitus sublatum est *l. 11. §. fin. C. de Repud.* Filia item paciscendo sibi nocet, sed patris conditionem deteriorem facere eo casu nequit, quo mortua ea in matrimonio dos ad patrem reversura est nisi pater adjuncta filiæ persona experiatur, qui sibi imputare debet, quod ita instituerit actionem. *h. l.* Hoc intelligendum est de actione, quam pater habet communem cum filia, non de actione ex stipulatu, si dotem sibi reddi fuerit stipulatus, quam pater omnino sibi habet propriam, nec in ea aliquod jus filiæ competit, adeoque hæc dotis actio remanebit integra patri. *l. 2. §. 1. vers. sed utrum. D. Solut. matr.*

DE FUNDO DOTALI.

XXII. *Ad l. 1. 4. 13. & passim.*] Prædium dotale inæstimatum tam urbanum quam rusticum ex causa voluntaria maritus propter l. Juliam alienare prohibetur. *hh. ll.* etiamsi mulier consentiat. *l. un.* §. 15. C. *de R. V. A. pr. Inst. Quib. alien. lic.* ne quidem si juramento consensum confirmet, *arg. l. 5. C. de LL.* Jure Canonico hoc juramentum est servandum. *c. 28. X. de Iurejur.* Facit l. Julia nominatim mentionem fundi, prædii dotalis; nam res mobiles dotales alienare licet. *l. 3. §. 2. D. de Su. & legit. her. l. 21. D. de Manumiss. l. 3. C. d. I. D.* adeoque plus juris tribuitur marito, quam tutori aut curatori

in rebus mobilibus pupilli ac minoris. *l.* 22. *C. de Admin. tut.* Imò variis aliis caſibus etiam prædii dotalis alienatio marito conceditur, velutí ſi alienatio ſit neceſſaria, ſi non competat mulieri actio de dote, neque ſit competitura, ſi æſtimata prædia ſint in dotem data, nec convenerit, ut electio mulieri ſervetur, ſi per univerſitatem tranſeat prædium dotale, ſi mulier iteratò conſenſerit, & maritus ſit ſolvendo. *h.l.* 1. *in pr. &* §. 1. *l.* 3. §. 1. *D. & l.* 1. *C. h. t. l.* 10. §. *ult. D. de I. D. Nov.* 61. *c.*1. §.3. Moribus noſtris & aliarum provinciarum fundum dotalem alienandi jus maritus habet, ſi uxor conſentiat, niſi aliter convenerit. *Reform. Velav. tit.* 24. §. 1. *Reform. Zutphan. tit.* 18. §. 11. *ll. Rurem. p.* 1. *tit.* 2. §. 2. *art.* 6. In Hollandia invita & reluctante etiam uxore maritus res uxoris alienat.

DE DONATIONIBUS INTER VIR. & UXOR.

XXIII. *Ad l.* 3. §. *fin. & l.* 39.] Si conſtante matrimonio maritus uxori donaturus juſſerit debitorem uxori ſuæ ſolvi, debitor juſſum ſecutus perinde liberatur, ac ſi marito ſolviſſet, ſed dominium pecuniæ marito acquiſitum videtur. *h.* §. *fin.* Alia ratio eſt, ſi divortio facto maritus revocaverit donationem, atque mulier ab ignorante debitore pecuniam lucrandi animo acceperit, hîc non liberatur debitor ipſo jure, ſed per doli mali exceptionem, ſi condictionem

fur-

urtivam, quam adversus mulierem habet, aut indicationem præstet. *h. l.* 39. *l.* 38. §. 1. *D. de olut.*

XXIV. *Ad l.* 13. §. 1.] Deportati amittunt a, quæ sunt juris civilis, quæ autem sunt juris gentium, retinent. *l.* 17. §. 1. *D. de Pœn.* in jure civili pro mortuis habentur. *l.* 14. *D. de Novat. l.* 53. § *fin. D. Pro soc.* §. 1. *Inst. Quib. mod. jus patr. pot. solv.* ac ideò amittunt jura cognationis, neque eis conservantur legata, petitâ contra tabulas bonorum possessione. *l.* 1. §. 8. *& seq. D. de Bon. possess. contr. tabb.* Verum matrimonium, ubi præcipuè jus gentium inspicitur. *l.* 14. §. 1. *D. de R. N.* deportatione minimè dissolvitur. *h.* §. *l.* 1. *C. de Repud. Nov.* 22. *c.* 13. Sed si jus civile consideretur, matrimonium intelligitur solvi deportatione. *l.* 56. *D. Solut. matrim.* Cæterum non per omnia deportati pro mortuis habentur in jure civili, uti patet ex *l.* 77. §. 4. *D. de Legat.* 2. *l.* 17. §. 6. *D. Ad SC. Trebell. l.* 59. *in pr. &* §. 1. *l.* 104. *D. de C. & D.*

XXV. *Ad l.* 14. §. 1. *& l.* 54.] Ob dotem promissam non solutam ex mora usuras deberi asserit vulgus, quia actio de dote sit bonæ fidei: Error est gravissimus; bonæ fidei enim est actio ex stipulatu surrogata in locum actionis rei uxoriæ, quâ mulier ex speciali privilegio soluto matrimonio dotem reposcit, non quâ maritus dotem promissam petit. *l. un.* §. 2. *C. de R. V. A.* Non igitur hîc exiguntur usuræ, à tempore mo-

ræ, ſed ita demum, ſi in ſtipulatum ſint deductæ. *hh. ll. l.* 2. *C. de Dot. promiſſ.* uſuræ enim in ſtrictis judiciis citra vinculum ſtipulationis non debentur. *l.* 24. *D. de Præſcript. verb. l.* 3. *C. de Vſur.* Sed ex nova Juſtin. Conſtitutione etiam marito dotis promiſſæ uſuræ debentur, ſi ex tempore matrimonii biennium ſit tranſactum. *l. ult.* §. 2. *C. de I. D.*

XXVI. *Ad l.* 23. 32. *§.* 1. *& l.* 33.] Inter conjuges donatio mortis cauſa inter conjuges conſtante matrimonio ſubſiſtit. *l.* 9. §. *fin. l.* 10. *& ſeq. h. t.* ſed propria inter vivos donatio prohibita eſt. *l.* 1. *& paßim h. tit. D. & C.* hæc autem confirmatur, ſi eâ nondum revocatâ donator deceſſerit. *h. l.* 32. concordant LL. Zutphanienſium. *tit.* 15. *§.* 1. Statut. Zutphan. *tit.* 27. §. 1. ibi *dat de gifte gene werckinge ofte effect ſal hebben, dan nae aflyvigheyt des gifters.* Atque illud non tantum accipiendum eſt de donationibus perfectis traditione, verum etiam de iis, quæ in terminis conventionis ſubſiſtunt: Oratio quidem Severi ad rerum ſive corporum donationes pertinebat. *h. l.* 23. ſed poſtea pleniori oratione Antonini adjectum eſt, ut illa confirmatio ad omnes donationes porrigeretur, atque donatario contra donantis defuncti heredem actio concederetur. *h.* §. 1. *h. l.* 33. Add. *l.* 2. *C. de Dot. caut. non numer.* Hæc moribus exiguum uſum habent, niſi pactis antenuptialibus ſit excluſa bonorum communio.

XXVII. *Ad*

XXVII. *Ad l.* 51.] Non est inter conjuges
jre Civ. bonorum communio, viri servi non
ccuntur proprie uxoris servi, neque uxoris
roprie viri. *l.* 1. §. 15. *D. Ad SC. Syllan.* Bona
onstante matrimonio quæsita præsumitur uxor
: re mariti quæsivisse. *h. l. l.* 6. *C. h. t.* Aliud
otinet, si ex conventione speciali conjuges so-
etatem universarum fortunarum contraxerint.
16. §. *fin. D. de Alim. leg. l.* 17. §. 1. *D. Sol. matrim.*
)icitur & uxor socia. *l.* 1. *D. Rer. amot. l.* 4.
. *de Crim. expil. hered.* sed solum respectu con-
exitatis vitæ, seu cohabitationis, participatio-
s utriusque fortunæ, domicilii, familiæ, digni-
itis, fori, cujus est maritus. *l.* 22. §. 7. *D. Sol.*
atrim. l. 8. *D. de Senat. l.* 65. *D. de Iudic. l.* 1. *C.*
: In jus voc. l. 13. *C. de Dignitat. lib.* 12. *l. ult. C.*
: Incol. lib. 10. *l.* 6. *C. de Professor. lib.* 10. De
ıoribus hodiernis dixi supr. *Exerc.* 14. *ass.* 2.

DE DIVORTIIS & REPUD.

XXVIII. *Ad l.* 1. & 6.] Matrimonium
irimitur, Divortio, Morte, Captivitate. *h. l.* 1.
10. & 56. *D. Sol. matr. l.* 12. §. 4. *D. de Ca-*
:iv. & postlim. rev. hodie hoc mutatum est, &
onec manifestum est, superesse virum aut uxo-
em, matrimonia manent insoluta, nec venient
d secundas nuptias viri aut mulieres: sin in in-
erto sit, utrum vivat an mortuus sit captivus,
uinquennium debet expectare, quo elapso ci-
a metum pœnæ denuo nubet alteri. *Nov.* 22.

c. 7. unde descripta est *h.l.* ibi, *& generaliter.* Jure novissimo quantiscunque annis in expeditione manserit etiam maritus, nec vel literas vel nuntium miserit uxori, à secundis nuptiis abstinere debet, quamdiu is vixerit. *Nov.* 117. *c.* 11. Quod si maritus à conjuge discedat, & longius absit, nullâ justâ, honestâ, ac necessariâ causâ coactus, sed tantum levitate & malitia quadam, vel impatientiâ freni conjugalis, aliisve non necessariis neque probabilibus causis impulsus oberret, absque animo revertendi ad conjugem, per hujusmodi malitiosam desertionem, quibuscunque remediis publicè frustra adhibitis, applicari solet lex Pauli 1. *Ad Corint. c.* 7. *v.* 15. *At si infidelis se separet, separatus esto, non est servituti subjectus frater aut soror in hujusmodi rebus,* quæ doctrina Apostolica licet loquatur de fideli deserto ab infideli, analogicè tamen etiam ad conjuges Christianos non malè extenditur.

SOLUTO MATRIMON.

XXIX. *Ad l.* 12. 13. 17. §. *fin. & l.* 18.] Maritus de dote conventus duntaxat in id, quod facere potest, condemnandus est. *h. l.* 12. ut ipsi aliquid sufficiens relinquatur. *l.* 30. *D. de Re jud.* ne egeat. *l.* 173. *in pr. D. de R. I.* & si judex ignorantia juris lapsus eum in solidum condemnaverit, exceptione doli utetur etiam post sententiam *h.* §. *fin.* contra naturam regularem exceptionum peremptoriarum. *l. pen. C. Sent. rescind.*
non

no poss. Neque verò dotis tantum nomine maritus condemnatur, in quantum facere potest, sed etiam ex aliis contractibus ab uxore conventus. *l.* 20. *D. de Re jud.* quod exaudiendum de iis contractibus, qui sunt celebrati constante matrimonio, si soluto matrimonio res gesta sit, actio est plena, uxori maritus condemnatur in solidum. *l.* 35. *D. de N. G.* excepto casu *l.* 3. *D. de Constit. pecun.* Etiamsi autem maritus de dote actione teneatur in quantum facere potest, cautionem tamen exponet mulieri de integra solutione facienda, quoties ad meliorem fortunam pervenerit. *l. un.* §. 7. *C. de R. V. A.* quod de nuda cautione seu repromissione, non satisdatione, intelligitur, *arg. l.* 63. §. 4. *D. Pro soc.* Beneficium istud competentiæ, quia est personale, cum persona extinguitur *h. l.* 13. neque heredi præstatur. *h. l.* 12. excipiuntur filii mulieris, qui patri heredes extiterunt. *h. l.* 18. Diversum placuit in privilegio prælationis, quod tribuitur mulieri, si pro dote restituenda experiatur, id filius mulieris providentia inductum est. §. 29. *Inst. de Action.* ad liberos igitur non transit, nisi concurrant cum noverca posterioris matrimonii. *l.* 12. §. 1. *vers. exceptis. C. de His qui pot. in sign.*

DE IMPENS. IN RES DOT. FACT.

XXX. *Ad l.* 1. §. *ult. l.* 5. *& 6.*] Impensæ necessariæ ipso jure minuunt dotis quantitatem,

easque maritus per retentiones servat. *h. l. 5.* utiles impensæ repetuntur mandati actione, si mulieris voluntas intercedat, quâ cessante, si utiliter res gesta sit, negotiorum gestorum adversus eam sufficit actio; si voluptuariæ sint, deductio operis, quod fecit, sine læsione tamen prioris speciei marito relinquitur. *l. un. §. 5. C. de R. V. A.* Pistrinum aut horreum adjectum insulæ dotali ad impensas utiles refertur. *h. l. 6.* sed plerumque. *l. 79. §. 1. in fin. D. de V. S.* ad necessarias enim tales impensæ pertinent, si pistrinum vel horreum sit factum necessariò. *h. §. ult.*

DE AGNOSC. LIBER.

XXXI. *Ad l. 3. §. 4.*] Tria enumerantur actionum præjudicialium exempla, an aliquis sit liber, an libertus, & de partu agnoscendo in §. 13. *Inst. de Action.* quartum non agnosco, si disceptetur præjudicio, an uxor fuerit. *h. §.* quia illa quæstio est disceptanda in præjudicio de partu agnoscendo: Neque quintum eò pertinet, an bona jure venierint ex *l. 36. D. de Reb. auctor. jud. poss.* ubi pro *præjudicio* in codicibus sanioribus legitur, *judicio* vel *per judicem*.

EXER-

[E]XERCITATIO XVIII.

RESPONDENTE

PAULO SLUYSKEN,

DE TUTELIS.

Ad *l.* 3. §. 2. *l.* 4. *& seq.*] Tutor (nisi per consequentiam) auctoritatem in rem [su]am accommodare prohibetur. *l.* 1. *&* 7. *D. de* [A]*uctor. tut.* &, si vel per interpositam personam [re]m pupilli emerit, emptio est nullius momenti. [*l.*] 5. *§.* 3. *D. eod.* sed sustinetur, si fiat palam, vel [c]ū autoritate sui contutoris, vel eo deficiente [d]ecreto judicis cum causæ cognitione, vel in pu[b]lica auctione, consensu consanguineorum pu[pi]lli, iisque præsentibus. *d. l.* 5. §. 4. Ita si inter [p]upillum tutoremque judicium sit agendum, si [pl]ures sint tutores, altero auctore, judicium cum [al]tero suscipitur. *l.* 24. *D. de Testam. tut.* sin [u]nus, interim tutor dabatur. §. *fin. Inst. de Auctor.* [t]*ut.* qui tutor prætorius vel prætorianus vocaba[tu]r. *Vlp. in fragm. tit.* 11. *vers. moribus*, postea in [e]am litem curator acceptus fuit. *l.* 1. *C. de In lit.* [d]*and. tut. vel curat. d.* §. *fin.* quò respiciunt *hh. ll.* [S]ed hic curatoris dandi mos hodie exiguum usum [h]abet, quia prohibet Justin. creditorem debito[r]emque pupilli aut minoris ejus esse tutorem [v]el curatorem, & si tutor datus se creditorem [d]issimulat, jus crediti amittit. *Nov.* 72. *c.* 1. *&* 2.

Nov.

Nov. 94. *Auth. Minoris debitor.* C. *Qui dar. tut.* Hic rigor in Parlamento Parisiensi non observatur, neque eum laudat Senatus Hollandiæ, nisi fraudis suspicio accedat. Constitutiones prædictæ & in legitimo & in dativo tutore locum habent, sed in testamentario eas Praxis rejecit, si testator, cum daret testamento tutorem, sciverit eum esse creditorem vel debitorem.

II. *Ad l.* 6. §. 2.] Officium jus dicentis est latissimum, atque ea etiam comprehendit, quæ non sunt jurisdictionis propriæ, veluti pupillis non habentibus tutores constituere. *l.* 1. *D. de Iurisdict.* Tutelæ enim datio neque est imperii neque jurisdictionis, sed ei soli competit, cui nominatim hoc jus dedit, vel lex, vel SCtum, vel Princeps. *h.* §. 2. quomodo oratione D. Marci datum est jus dandi tutores Juridico qui Alexandriæ agit. *l.* 2. *D. de Offic. Iurid.* & legato proconsulis. *l.* 1. §. 1. *D. de Tutor. dat. ab his.* sed est jurisdictionis anomalæ, extraordinariæ, quo sensu illud vocabulum sumitur. in *l.* 3. *in pr. D. de Postul. l.* 3. §. 5. *in fin. D. Iudic. solv.* Quibus consequens est, ne quidem mandante præside alium tutorem dare posse. *l.* 8. *in pr. D. de Tutor. & Curator. dat. ab his.* sed magistratus municipales, quibus hoc jus specialiter concessum est, dant tutores jussu præsidum. §. 4. *Inst. de Attil. tut.* h. e. præviâ monitione, præcepto, decreto præsidum jus suum exercent, vid. *l.* 46. §. 6. *D. de Admin. tut.* Quod tamen restringitur in §. 5. *Inst.*

[I]t. *de Attil. tut.* Moribus hujus ſeculi non am-
[p]lus ſpecialis conceſſionis, ſed magiſtratus jure
[tu]tores conſtituuntur.

[X]III. *Ad l.* 7.] Teſtamento tutores hi dari
[p]oſſunt, cum quibus teſtamenti factio eſt. *l.* 21.
[D]. *de Teſtam. tut.* quod non incommodè accipi-
[tu]r de teſtamenti factione paſſiva; nam & filius-
[fa]m. tutor rectè conſtituitur teſtamento. *pr. Inſt.*
[q]*ui teſtam. tut. dar. poſſ.* vel à magiſtratu; Et
[ſi] quidem parens filio tutelam gerenti expreſsè
[co]nſenſerit, ac ita quaſi in ſe periculum recepe-
[ri]t, ex adminiſtratione filii in ſolidum tenetur,
[l.] 21. *D. de Admin. tut.* ſin ſciverit duntaxat, ne-
[q]ue contradixerit, obligatur peculio tenus, *h. l.*

[X]IV. *Ad l.* 10.] Etiam non municeps tutor
[d]ari poteſt, dummodo municipi detur. *h. l.*
[q]uod reſtringitur ad majorem magiſtratum, vel-
[u]ti provinciæ præſidem, cui ſubſunt varia mu-
[n]icipia; modò, qui datur, ſit ejuſdem provin-
[ci]æ, ac tutorem det ſecundùm ſuam juriſdictio-
[n]em. §. 4. *Inſt. de Attil. tut.* h. e. ſecundùm ter-
[m]inos & limites ſuæ jurisdictionis, ut ſubſit ejus
[t]erritorio & juriſdictioni. *l.* 1. §. *ult. D. de Tutor.*
& *cur. dat. ab his.* Ita magiſtratus municipalis
[n]on alium dat tutorem, quam qui ab eodem
[m]unicipio vel agro ejuſdem municipii ſit. *l.* 3. *D.*
[e]*od.* Et quia par in parem non habet imperium
[a]ut jurisdictionem, *l.* 13. §. 4. *D. Ad SC. Trebell.*
[l.] 4. *D. de Recept. qui arb.* ideo magiſtratus muni-
[c]ipalis collegam ſuum tutorem quidem dare po-
teſt.

test. *l.* 19. *§.* 1. *D. de Tutor. & curat. dat. ab his. l.* 3. *D. Qui pet. tut. l.* 15. §. 9. *D. de Excus.* sed is invitus constringi nequit ad tutelam delatam suscipiendam. *l.* 6. *§.* 16. *D. eod.* Hoc judicando approbavit Senatus Frisiæ.

V. *Ad l.* 15.] Transfuga propriè dicitur, qui malo consilio & proditoris animo patriam reliquit, hic hostium numero habetur. *l.* 19. *§.* 4. *D. de Captiv. & postlim. rev.* & mediam patitur capitis deminutionem. *l.* 5. *§.* 1. *D. de Cap. min.* quæ solvit tutelas. §. 4. *Inst. Quib. mod. tut. fin.* improprie transfuga vocatur, qui animo explorandi hostes consensu ducis defecit, hic manet civis Romanus, ac de eo exaudire solent. *h. l.* cum hîc transfuga legato comparetur.

VI. *Ad l.* 16. *& ult.*] Fœminæ tutrices dari non possunt, quia id munus masculorum est. *h. l.* ut ne quidem matri tutela liberorum testamento patris rectè demandetur. *l.* 26. *in princ. D. de Testam. tut.* Nec magistratus curam minorum delegare debent mulieribus. *l.* 21. *D. de Tutor. dat. ab his.* sed *h. l.* 16. inserta est particula *plerumque*, quia mater specialiter tutelam filiorum postulare potest. *h. l.* 1. & ex *Auth. Matri & aviæ C. Quand. mul. tut. offic. & Nov.* 118. *c.* 5. sine rescripto Principis mater & avia admittuntur ad tutelam, modò secundis nuptiis & SCto Vellejano renuntiaverint. Consentiunt Hollandi. Mores nostri hanc renuntiationem non desiderant. In Gallia quoque mater & avia legitimam liberorum

orum tutelam ſuſcipere poſſunt abſque ullo ju-
ejurando & renuntiatione ſpeciali ſecundarum
uptiarum, nec neceſſe eſt, ut ſpecialiter renun-
ient beneficio SCti Vellejani. Apud Antwer-
ienſes mater eſt tutrix, ſi in teſtamento eam vo-
averit teſtator. *LL. Antwerp. tit.* 43. *§.* 14.
Quando autem mater & avia ad ſecunda vota
onvolarunt, privantur tutela, & rationem ad-
niniſtrationi reddere tenentur. *Nov.* 22. *c.* 40.
Nov. 94. *c.* 2. *&* 155. *Auth. Sacramentum.* C.
Quand. mul. tutel. offic. Concordant mores ho-
lierni. Ref. Zutph. *tit.* 19. §. *fin.* Stat. Zutphan.
it. 29. *§.* 1. Ref. Velav. *tit.* 29. *§.* 7. LL. Trans-
ſul. *p.* 2. *tit.* 4. §. 3. Antw. *d. tit.* 43. *art.* 63. Ne-
que propter præſumptam animi alienationem,
mater eandem reaſſumit, ſi ſit vidua facta, prout
udicavit Camera Spirenſis.

DE TESTAM. TUT.

VII. *Adl.* 3. §. 1.] Eos demum teſtamento
utores datos nos accipere oportet, qui jure dati
unt. *h. §.* 1. quare tutor datus filio emancipato
& à magiſtratu confirmatus non teſtamentarius
ropriè ſed dativus dicendus eſt, licet in aliqui-
us effectibus tutorem teſtamentarium ſapiat,
veluti quod præferatur legitimo, quod ei ſatis-
datio remittatur. *l.* 3. *D. de Confirm. tut.* Add.
. 32. *D. de Excuſat.*

VIII. *Adl.* 4. 26. §. *fin. & l.* 31.] Nemo po-
eſt tutorem dare cuiquam, niſi quem in ſuis he-

redibus

redibus testator habuit. *l.* 73. *§.* 1. *D. de R. I.* vel saltem qui est in potestate. *l.* 1. *D. h. t.* Exheredato igitur filio pater jure dat tutorem. *h. l.* 4. *&* 31. Est enim suus heres, *arg.* §. 2. *Inst. de Her. qual. & diff. junct. pr. &* §. 4. *Inst. de Pupill. substit.* licet patri non existat suus heres. *l.* 1. *§. pen. D. de Su. & legit. her.* h. e. quod ad effectum capiendæ hereditatis ei sit abscissum jus sui. *l.* 9. §. 2. *D. de Lib. & posth.* sed propter litem inofficiosi testamenti ordinandam tutor exheredato datus est confirmandus. *h.* §. *fin.* Mater non aliter liberis testamento dat tutorem, quam si eos instituat heredes, & Prætor insuper præviâ inquisitione tutorem datum confirmet. *h. l.* 4. Quando autem liberos non instituit heredes, solet, arbitrariè tamen, præses provinciæ tutorem ex voluntate defunctæ datum confirmare. *l.* 4. *C. de Testam. tut.* Moribus matri potestas dandi tutores est concessa.

IX. *Ad l.* 6.] Si tutor sit datus liberis, etiam nepotibus datus esse intelligitur, sed si testator sit usus vocabulo filiorum, nepotes non continentur. *h. l.* §. *fin. Inst. Qui testam. tut. dar.* quod procedit, ubi proprietas verbi inspicitur, aliter enim filii, aliter nepotes appellantur, quomodo in fideicommissis censuit Senatus Frisiæ appellatione *kindt* vel *kinderen* nepotem non comprehendi: Cæterum appellatione filii omnes liberos intelligimus. *l.* 84. *&* 220. §. *fin. D. de V. S.* si extensionem vocabuli & justam interpretatio-

nem

em consideremus. *l.* 201. *D. eod.* Ita SCtum Macedonianum, quod conceptum est de filiis, orrigitur ad nepotes. *l. 6. §. 1. C. Ad SC. Maed.* sic si filii, quos pater instituit heredes, sint ræmortui, nepotes instituti intelliguntur. *l.* 85.). *de Her. instit.* Si quis concubinæ suæ villicum um filiis legaverit, etiam nepotes villici debenur. *l.* 41. §. 1. *D. de Legat.* 3.

X. *Ad l. 12. & 3. seqq.*] Tutor separatim sine ecunia dari non potest. *l.* 53. *circ. med. pr. D. de* '.*S.* præficitur quidem principaliter personæ. .*l.* 14. sed per consequentiam universo patrimonio datus esse intelligitur. *§.* 17. *Inst. de Exusat. tut.* datio autem non sustinetur, si certaum rerum vel causarum tutor testamento datus t. *h. l.* 12. & 13. si tamen pupillus habeat diffuum patrimonium in diversas provincias, utilis st datio, velut si tutor detur rei Africanæ vel yriaticæ. *h. l.* 15. atque hæc divisio non juris, sed urisdictionis est, ac modum administrationi facit. *l.* 36. *D. de Admin. tut.*

XI. *Ad l. 27. in pr.*] Curatorem habenti quominus alius curator detur, regula juris est mpedimento. *l.* 20. §. 1. *D. de Tut. & cur. dat. ab his.* unde in *l.* 10. C. *Qui dar. tut.* pro *curatoem habenti* legendum *tutorem habenti*, quod sualent perspicuè verba seqq. *négotiis pupillaribus:* ed tutorem habenti alius tutor non adjungitur.). *l. l.* 9. *C. Qui pet. tut. l.* 9. *C. Qui dar. tut. l. pen.* C. *In quib. caus. tut. hab. l.* 15. & 16. *D. de Tutor.*

& curat. dat. ab his. Quando tutor adhuc actu administrat, verum ubi tutor ob impedimentum aliquod, quod non finit tutelam, administrare nequit, ei adjungitur curator, præcipuè quando impedimentum est temporaneum. *l.* 10. §. 6. *& l.* 12. *D. de Excusat.* quomodo in locum tutoris ad tempus exulare jussi interim datur alius curator. *l.* 28. §. 2. *D. eod.* in locum tutoris in perpetuum relegati datur alius tutor. *l.* 3. *C. Qui pet. tut.* unde explic. *d. l. pen. C. In quib. caus. hab. tut. & l.* 14. §. 3. *D. de Solut.* hîc vocabulum *curatoris* sumitur generalius pro tutore.

DE TUTOR. & CURAT. DAT. AB HIS.

XII. *Ad l.* 2.] Excusant se tutores cujuscunque generis, h. e. qualitercumque sint dati §. 16. *Inst. de Excusat.* etiam legitimi. *l.* 1. *&* 4. *C. de Legit. tut. l.* 9. *C. de Excusat. tut. l.* 9. *C. Qui dar. tut.* qui quidem non ab homine, veluti testatore aut magistratu. *l.* 5. *in pr. D. de Legit. tut.* sed à lege dantur, & in definitione tutelæ sub vocabulo *data* comprehenduntur: Verum tutor si habitet intra lapidem centesimum ceu centesimum milliare, intra dies 50. continuos à tempore cognitionis computandos excusationis causam proponere debet, quæ si rejecta fuerit, dabitur locus appellationi. *d.* §. 16. atque ita tutorem appellasse in *h. l.* verisimile est, ante frustra appellatur. *l.* 1. §. 1. *D. Quand. appell.* Eodem

sensu

ensu tutor dicitur provocasse adversus ipsam
reationem, in *l.* 39. §. 8. *D. de Admin. tut.* sed
nediante excusationis allegatione ex *d. l.* 1. §. 1.
Apud Ruremundenses excusationum causæ sunt
roponendæ intra triduum, LL. Rurem. *p.* 1. *tit.*
. §. 3. *art.* 4. In Transisulania intra dies 30. à
lie insinuationis. LL. Transis. *d. tit.* 4. §. 6. Hoc
utem, quod cognovit tutor, pupillus probare
lebebit. *l.* 6. *D. de Admin. tut.* nisi ex remissa ne-
ligentia præsumptio sit contra tutorem. *l.* 5. *C.*
le Peric. tut.

QUI PET. TUT.

XIII. *Ad l. ult. §. pen.*] Mater tutrix quæ
d secundas adspiravit nuptias, antequam alium
utorem filio impuberi fecerit ordinari, à succes-
ione ejus repellitur, neque filio aut ab intestato,
ut ex pupillari substitutione succedit. *l.* 6. *C.*
Ad SC. Tertull. sed fidei commissi, quod maritus
idem à filio reliquit, petitio, quæ ex alieno ju-
licio descendit, non est perempta. *h.* §. *pen.*

DE ADMIN. TUT.

XIV. *Ad l.* 7. *in pr.*] Tutores atque cura-
tores mox quam fuerint ordinati sub præsentia
publicarum personarum debent solenniter con-
ficere repertorium seu descriptionem omnium
bonorum pupillarium. *l.* 24. *C. de Admin. tut.*
Concordant mores hodierni. Ref. Zutphan.
d. tit. 19. §. 2. Velav. *d. loc.* §. 2. Transisul. *d. l.*

§. 5. *& seq.* Statut. Antwerp. *d. tit.* 43. *§.* 28. *&* 34. Ordinat. Frisic. *lib.* 1. *tit.* 7. *art.* 2. alioqui tenentur in id quod pupilli intereſt, quod ex juramento in litem æſtimatur. *h. pr.* incidunt in crimen ſuſpecti & infamia notantur. *l. ult. in pr. & fin. C. Arbitr. tut.* Teſtatori autem confectionem inventarii remittere licet. *d. l. ult. §.* 1. quemadmodum ei conceditur remittere cautionem legatorum, verum fructuario cautionem fructuariam remittere prohibetur. *l. pen. C. Ut in poſſeſſ. leg.* Idem ſtatuendum eſt de herede, ut nec ei liceat in teſtamento confectionem inventarii remittere, quia lege diſtituimur. vid. *Nov.* 18. *c.* 5.

XV. *Ad ejusd. l. §.* 12. *& l.* 33.] Tutores ſunt veluti procuratores pupillorum, & curatores veluti negotiorum geſtores, in rei veritate non ſunt; mandatarius ſeu procurator & negotiorum geſtor, ſponte ſuſcipiunt negotiorum geſtionem, atque ideò de culpa etiam leviſſima tenentur; verum tutoribus ac curatoribus invitis adminiſtrationis officium imponitur. *l.* 20. *C. de N. G.* unde à tutoribus & curatoribus eadem diligentia exigenda eſt, quam paterfamilias rebus ſuis præbere debet. *h. l.* 33. *l.* 1. *D. de Tutel. & rat. diſtrah.* quare duntaxat de dolo, lata & levi culpa tenentur. *l.* 7. *C. Arbitr. tut.* Excipiuntur caſus, quibus tutor ſolam latam negligentiam præſtat. *h.* §. 2. *l.* 2. *C. de in lit. jur.* Quod ſi tutor ſponte ſe adminiſtrationi obtulerit, ob-
latâ

latâ ſatisdatione, cum plures dati eſſent teſtamento, culpam quoque leviſſimam præſtabunt. *l.* 53. §. 3. *D. de Furt.* An tutor periculum nominum à ſe contractorum ſuſtinere cogitur? Non exiſtimo, ſi debitor eo tempore, quo ei creditum eſt, omnium exiſtimatione fuit idoneus, ac ejus conditionis, ut diligens paterfamilias ei crediturus fuerit, *arg. l.* 111. *D. de* C. *&* D. *jung. n. l.* 33. ſed ſi culpa tutoris damnum nominis contigerit, periculum ad eum ſpectabit, quò eſt reſtringenda *Nov.* 72. *c.* 6. Illud ſequitur uſus hodiernus.

XVI. *Ad l.* 12. §. *pen. & l.* 13. §. *fin.*] Si munus nuptiale tutor matri pupilli miſerit, pupillo non imputatur nec eſt neceſſaria hæc muneratio. *l.* 1. §. 5. *D. de Tutel. & rat. diſtr.* niſi fortè ea, quæ ad victum neceſſaria præſtiterit, cum ſe ſuſtinere non poſſit. *h.* §. *fin.* ſed munera ſolemnia & conſueta τὰ εὔφημα, τὰ νομιζόμενα, non ſtrenas, non natalitia, ſed quæ & χαρίσια dicebantur, quæ ex honeſtate omitti non poſſunt, parentibus cognatiſque omittit impune. *h.* §. *pen.* reſpicit fortè J^C^. Ulpian. ad eum morem, quo à ſoceris eorumque familiis, cognatis & propinquis munera die repotiorum novis nuptis mitti ſolebant, cujus moris meminit Comicus:

Herilem filium ejus duxiſſe audio uxorem, ei credo munus hoc corraditur.

XVII. *Ad l.* 22. *&* 46. §. *ult.*] Tutor, ſi

hoc pupillo expediat, & novare & rem in judicium deducere poteſt, donationes autem, licet mortis cauſa, ab eo factæ non valent. *h. l.* 22. *l.* 1. §. *fin. D. eod. l.* 20. §. 1. *D. de Novat. l.* 1. §. 1. *D. de Tutel. & rat. diſtrah.* neque ei tranſigere ita licet, ut tranſigendo ex bonis pupilli alienet & diminuat *h.* §. *ult.* Tranſigere tamen tutores interdum poſſunt. *l.* 54. §. *fin. l.* 56. §. 4. *D. de Furt.* ſi tranſactio de re dubia fiat bona fide in ſubſidium aliis probationibus deficientibus. *arg. l.* 35. *D. de Iurejur.*

XVIII. *Ad. l.* 26.] Cum curatore manente etiam adminiſtratione agi poteſt. *h. l. & l.* 16. §. 1. *D. de Tut. & rat. diſtrah.* ſi ſuper una cauſa & negotio particulari judicio experiundum ſit, ſed ſuper tota adminiſtratione curâ demum finitâ agitur. *l.* 2. & 14. *C. de Admin. tut.* Actio tutelæ directa, (quæ aliàs arbitrium, judicium tutelæ dicitur. *t. t. C. Arbitr. tut.* §. *ult. Inſt. de Attil. tut.*) niſi tutela ſit finita, non datur. *l.* 4. *in pr. D. de Tutel. & rat. diſtrah.* imo ne quidem actio tutelæ, quæ pro universa adminiſtratione competit, quamdiu tutela perſeverat, eſt nata, *arg. l.* 4. §. *ult. & l. ſeq. l.* 9. §. *fin. D. eod. l.* 1. §. 3. *D. de Contrar. tutel. act.* ut nec ante redditas rationes pecuniam pupillarem reſtituere cogatur, *arg. l.* 38. *D. Proſoc.* quod laudavit ſuprema Friſiorum Curia. In univerſo Belgio ac receptâ totius Germaniæ & Gelriæ conſuetudine confunditur tutela cum curatione: In pleriſque locis tutores

ceu

eu curatores reddunt rationes ſingulis annis; *Coſtum. van Vytrecht. tit* 31. *§. art.* 4. LL. Antverp. *tit.* 43. §. 52. vel ad minus ſingulis bienniis prout leges aliorum loquuntur. Ex conſtitutione Caroli V. promulgata ann. 1548. tutores rationes reddere tenentur quoties id à magiſtratu requiritur. Secundum LL. Velaviæ, ſi pupilli fiant majorennes, aut matrimonium contrahant. Ref. Velav. *d.tit.* 29. §. 3. Poſt redditas rationes atque ita officio finito tutores cauſas appellationis reddere non tenentur *l. un. in fin. D. ſi pend. appellat. mors.* nec igitur heredes illorum, poſtquam rationes tutelæ reddiderunt, ad hoc amplius tenentur, ne durior ſit horum quàm defuncti tutoris conditio; ſed tutor pupilli nomine litem cœptam vel appellationem interpoſitam ad finem perſequi debet, ſi nondum ſint rationes redditæ. *l.* 5. §. 6. *D. h. t.* & ſi deceſſerit, heredes ejus cauſas appellationis reddere neceſſe eſt, etiamſi rationes tutelæ reddiderint, quia ſufficit eos tempore mortis ad cauſas appellationis reddendas obligatos fuiſſe. *d. l. un.* §. 1.

XIX. *Ad l.* 39. §. 4.] De contractu, quem cum ipſo tutore creditor inivit, ipſe tutor conveniendus, quamvis pecuniam in rem impuberis converterit. *h.* §. 4. ſed in ipſum pupillum actio judicati eſt dirigenda, *arg. l.* 2. *in pr. D. h. t.* ſi tamen pro pupillo caverit tutor judicatum ſolvi nomine actionis, quam ex contractu paterno habet creditor, & poſtea pupillus hereditate abs-

tinuerit, tutor nec ex obligatione principali, nec ex ſatisdatione judicatum ſolvi conveniri poteſt. *d.l.2.§.1.*

XX. *Ad l.* 45.] Nec pactio nec tranſactio cum uno ex tutoribus vel curatoribus inita reliquis prodeſt. v.g. qui tres habuerat tutores finitâ tutelâ cum duobus tutelæ egit in ſolidum, & poſtea cum iis tranſegit; hæc tranſactio tutori reliquo non prodeſt, & tertium adoleſcens convenire non prohibetur. *l.* 1. C. *de Tranſact.* ſed ſi pupillus unum per acceptilationem liberaverit, liberantur & reliqui, quo ref. *h. l.* ſolutione enim ab uno facta reliqui quoque abſolvuntur. *l.* 15. D. *de Tutel. & rat. diſtrah.* acceptilatio autem ſolutionis exemplo ſolet obligationem tollere. *l.* 5. D. *de Acceptilat.* Ratio igitur differentiæ eſt manifeſta, quia ſolutione & acceptilatione obligatio ipſo jure tollitur. *pr. & §.* 1. *Inst. Quib. mod. toll. oblig.* At tranſactio non tollit obligationem, niſi per exceptionem, quæ ei dari non poteſt, qui non tranſegit, quia ita nec exceptio, nec actio regulariter alteri per alterum quæritur. *l.* 72. §. *fin.* D. *de R. I.* Liberabitur autem tranſactione alter contutor, ſi ſit facta per acceptilationem, uti in *l.* 3. & 4. C. *de Tranſact.*

DE AUCTORIT. TUT.

XXI. *Ad l.* 4.] Auctoritas tutoris non eſt neceſſaria quando pupillus ſtipulando alium ſibi obli-

obligat, sed in his causis, ex quibus obligationes mutuæ nascuntur, contrahentes cum pupillis obligantur quidem, verum ipsi pupilli non obligantur jure civili. *pr. Inst. de Auctor. tut.* nisi actio ex re veniat. *l. 46. D. de O. & A.* h. e. in quasi contractu, quod tamen extendi nolo ad actionem hereditatis, etiamsi sit lucrosa. *§. 1. Inst. de Auctor. tut.* sed eam acquirit pupillus infans per tutorem, infante major tutore auctore. *l. 8. §. 2. C. de I. Del.* Pupillus etiam eo tutore auctore, qui tutelam non gerit, adeundo hereditatem obligatur. *l. 49. D. de A. H.* si is sit tutor honorarius, cui administratio bonorum non est interdicta, sed si auctoretur is, cui administratio tutelæ non est concessa, id ratum à prætore haberi non debet. *h. l.* veluti si quis sciens suspectis postulatis solvat, quibus interim videtur interdicta administratio. *l. 14. §. 1. D. de Solut.*

XXII. *Ad l. 9. §. pen. & l. 17.*] Tutor statim debet in ipso negotio præsens auctor fieri, i. e. probare id quod cum pupillo agitur. *l. 3. D. de Auctor. tut.* post tempus aut ex intervallo temporis longiusculo interposita auctoritas nihil agit. *h. §. pen.* cæterum quæ statim negotium perfectum supervenit auctoritas, in ipso actu interposita videtur. *l. 25. §. 4. D. de A. H.* Præsentia etiam tutoris requiritur, absens per epistolam auctor fieri nequit. *d. §. pen.* sed per epistolam rectè servo pupilli tutor adire hereditatem jubet. *l. 50. D. de A. H.* Quid si nolit tutor au-

ctoritatem adhibere, an cogendus eſt? Nequaquam, licet expediat; pupillus autem jacturam hanc conſequitur tutelæ judicio. *h. l.* 17. non ſufficit præſentia ad auctoritatem ſine conſenſu. *l.* 1. §. *ult. D. h. t.*

DE SUSPECT. TUT.

XXIII. *Ad l.* 3. §.*ult.* & *l.* 6. §. 1.] Si tutores & curatores non adminiſtrent tutelam & curam ex fide, removentur ut ſuſpecti, ſive ſint teſtamentarii, ſive legitimi, ſive dativi. §. 2. *Inſt. h. t.* Suſpectum tutorem faciunt ſoli mores, non facultates. *l.* 31. §. 1. *D. de Reb. auctor. jud. poßid.* Etiamſi igitur tutor ſit ſolvendo, aut ſatisdationem offerat, removeri poteſt. §. 5. & *ult. Inſt. d. t.* Tutor ſuſpectus remotus ſiquidem ob dolum, famoſus eſt. §. 6. *Inſt. eod.* Si fraus non ſit admiſſa, ſed lata negligentia, quia iſta propè fraudem accedit, removetur hic quaſi ſuſpectus. *h.* §. 1. atque ita remotus etiam efficitur infamis. *arg. d.* §. 6. *Inſt. de Suſpect. tut.* ubi ob dolum remotus fit famoſus, atqui de dolo & culpa lata tanquam æquiparatis idem ſtatuunt jura. *l.* 226. *D. de V. S. l.* 32. *D. Depoſit.* quod procedit non tantum ſi ex cauſa contractus ad reſtitutionem damni & præſtationem ejus, quod intereſt agitur, ſed & ubi per jusjurandum in litem rei contumacia eſt coërcenda. *l.* 5. §. 3. *D. de In lit. jur. junct. l.* 2. *C. eod.* & in aliis judiciis pœnalibus. *l.* 1. §. 2. *D. Si is qui teſtam. lib. eſſe juſſ. l.* 1. §. 1.

§ 1. *D. Si menſ. falſ. mod. dix.* excipitur crimen, quod vindicatur l. Cornelia de ſicariis, *l. 7. D. ad L. Cornel. de Sicar.* neque hîc vitam & famam pari paſſu ambulare probè defenditur. Quando autem quis ob culpam levem removetur, non notatur infamia. *d. §. 6. Inſt. de Suſpect. tut.* velut ſi quis ob ſignitiem vel ruſticitatem, ſimplicitatem vel ineptiam ſit remotus. *h. §. fin.* add. *d. §. pen. Inſtit. Quib. mod. re contr. oblig. §. fin. Inſtit. de Societ.*

DE EXCUSAT.

XXIV. *Ad l. 1. §. fin.*] Non poteſt curator eſſe ſponſæ ſponſus. *h. §. fin.* neque virum uxori curatorem dari oportet. *l. 14. D. de Curator. furioſ. & al. l. 2. C. Qui dar. tut.* imò ſub pœna infamiæ maritus curator eſſe prohibetur. *l. 17. C. de Excuſat. tut.* Fruſtra itaque ſe excuſat, qui non admittitur: quando autem maritus curator uxori per errorem datus ſe excuſare dicitur, locutio eſt impropria in *§. pen. Inſt. de Excuſ.* Neque eſt infrequens in jure, ut abuſivè ſe excuſare dicantur illi, qui tutores vel curatores eſſe prohibentur. *l. un. C. Qui morb. l. 10. §. ult. cum l. seq. l. 28. §. fin. & l. ſeq. D. de Excuſat. cum ſimm.* Moribus hodiernis maritus eſt legitimus mundualdus ſeu curator uxoris ſuæ, atque eam in poteſtate habet, ita ut hæc ſine ejus conſenſu contrahere aut bona alienare nequeat, niſi palam cum marito negotietur, aut in uſum familiæ ali-

quid

quid comparet. Ref. Velav. *tit.* 27. §. 3. Ordin. Fris. *tit.* 2. §. 1. *& 2.*

XXV. *Ad l.* 2. §. 2. *& l.* 6. §. 15.] Multa sunt præmia πολυπαιδίας ex lege Julia, Papia & constitutionibus: Sic damnatorum liberis pluribus as conceditur ex constitutione Adriani. *l.* 7. §. 3. *D. de Bon. damnat.* qui plures liberos habet in curia vel in collegio primus sententiam rogatur, in albo & in processu cæteris præfertur. *l.* 9. *C. de Decur. lib.* 10. in honoribus adipiscendis minoribus anni remittuntur beneficio liberorum. *l.* 2. *D. de Minor.* mater succedit liberis si ter vel quater pepererit ex SCto Tertulliano, in quorum liberorum computationem etiam veniunt liberi monstrosi. *l.* 135. *D. de V. S.* Non tamen excusat numerus liberorum ab oneribus. *l.* 1. *C. de His qui num. lib.* sed patrimonialibus, quæ sumptibus patrimoniorum, & damnis administrantis expediuntur. *l. ult.* §. 18. *D. de Muner.* nisi quis sit parens sedecim liberorum. *l.* 5. §. 2. *D. de Iur. immunit.* duodecim liberi sufficiunt in muneribus, quæ incumbebant decurionibus. *l.* 24. *C. de Decur. lib.* 10. minor numerus non sufficit in muneribus patrimonialibus, quo ref. *l.* 5. *C. de Muner. patrim.* à muneribus autem personalibus, quæ animi provisione & corporalis laboris intentione sine aliquo gerentis detrimento perpetrantur. *d. l. ult.* §. 1. excusat Romæ numerus trium liberorum, in Italia quatuor, in aliis provinciis quinque. *pr. Inst. de*

Excu-

Ex*cusat*. Atque ideo eodem modo remittit & m[u]ltitudo liberorum à tutela ac cura, *h*. §. 2. q[u]æ licet non ſit munus Reipubl. *h*. §. 15. nec p[ri]ncipaliter in Rep. adminiſtranda conſiſtat. *l.* §. 2. *D. de Iuſtit. & jur.* eſt tamen publicum m[u]nus, *d. pr. Inſt. de Excuſat.* perſonale, *d. l. ult.* §. 1. quatenus per conſequentiam publica utilita[s] conſideratur, ac inviti ad id munus coguntu[r], filiusfam. pro patrefam. habetur. *l.* 9. *D. de H[is] qui ſunt ſu. vel alien. jur.* vid. quæ ſupr. ibi dix[i]. In Gallia etiam & Friſia excuſat numerus q[u]inque liberorum.

XXVI. *Ad l.* 13. §. 10. *& l.* 25.] Non pot[es]t tutor per libellos ſe excuſare. *h. l.* 25. ut ſubſcribat ei libello magiſtratus, quia id ſine cauſæ cognitione fieri nequit. *arg. l.* 9. §. 1. *D. de Offic. p[ro]conſ.* quæ autem cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt. *l.* 71. *D. d[e] R. I.* debet igitur tutor qui ſe excuſare vult, ἐ[ν] προθέσμως τῷ δικαςῇ προσελθεῖν, *intra præfinitum tempus ad judicem accedere*, atque cauſam excuſationis conteſtari, πρὸ βήματος ἢ ἄλλως ἐν ὑπομνήμασι, *pro tribunali aut aliàs apud acta.* [d.] *l.* 13. §. 2. licet autem etiam libellos dare, ut excuſatio conteſtetur, ſubmovendæ præſcriptionis gratia. *h.* §. 10. quo ſenſu tutor poteſt [β]ιβλίδια ἐπιδοῦναι χαμόθεν, h. e. ſuppliciter, [d]e plano per libelli dationem ſupplicare.

XXVII. *Ad l.* 15. §. 10.] Uti diſtinguitur [in]ter fiſcum & civitates, quæ privatorum loco

haben-

habentur. *l.* 16. *D. de V. S.* nec fiſci privilegiis fruuntur. *l.* 2. *C. de Iur. Reipub.* ita diſtinguitur inter conductores vectigalium fiſci, & civitatis; qui vectigalia conduxit à civitatibus, non excuſatur à cura *h.* §. ſed redemptores vectigalium fiſci excuſantur, ſi præſentes negotium exerceant. *l.* 8. §. 1. *D. de Vacat. & exc. mun.* ne extenuentur eorum facultates, quæ fiſco ſunt ſubſignatæ. *l. pen.* §. 10. *D. de Iur. immunit.* Tutor autem vel curator ſub pœna falſi vectigalia conducere prohibetur. *l. un. C. Ne tut. vel cur. vectig.*

DE TUTEL. & RAT. DISTRAH.

XXVIII. *Ad l.* 1. §. 10. 11. 12. *&* 13.] Singuli tutores & curatores ex adminiſtratione tenentur in ſolidum. *l.* 55. *in pr. D. de Admin. tut.* ſed ſi omnes ſimul geſſerint & omnes eo tempore, quo inſtituuntur actiones ſint ſolvendo, exemplo fidejuſſorum inter eos ſunt dividendæ actiones pro portionibus virilibus *h.* §. 11. aliàs fit diviſio inter eos qui ſunt ſolvendo. *h.* §. 12. quod ſi pupillus contra unum tutorem experiatur, contra contutorem ei actionem cedere debet. *l. ult. in pr. D. Rem pupill. ſalv. for. l.* 6. *in fin. C. Arbitr. tut.* antequam ſolvit tutor. *l.* 76. *D. de Solut.* ſin tutori non ſint mandatæ actiones & ſolverit, ex D. Pii conſtitutione ei contra contutorem datur utilis actio. *h.* §. 13. vel negotiorum geſtorum. *l.* 30. *D. de Negot. Geſt.* Quod ſi tutores geſſerint tutela pro diviſo, ab initio pro

p) sua administratione unusquisque est conve-
nendus, si divisio sit facta à præside vel testatoris
voluntate. *l. 2. C. de Divid. tut.* Concordant LL.
Transisulaniæ *d. tit. 4. §. 16.*

XXXIX. *Ad ejusd. l. 1. §. 21. 22. & l. 2. §. 1.*] Si concurrat actio rei persecutoria cum pœnali altera alteram non tollit. *l. 7. §. 1. D. de Condict. furt.* sed singulari ratione tollit condictio furtiva actionem de rationibus distrahendis, quia datur hæc actio sub ea lege, si quid absit pupillo. *h. l. 2. §. 1.* nihil autem abest ei, qui rem condixit aut pretium: Dici aliàs posset, tolli hanc actionem, quod ad simplum, quod ad rem aut æstimationem ejus attinet, non totam nec in solidum: Ejusdem farinæ est *§. 21.* Tenetur & furti qui furandi animo intercepit pecuniam pupillarem, sed hîc actio de rationibus distrahendi non consumit furti actionem. *h. §. 22. & h. §. 1.*

DE MAGISTRAT. CONVENT.

XXX. *Ad l. 4.*] Tenetur tutoris heres ex defuncti dolo & culpa lata in solidum, non in quantum pervenit. *l. 12. & 49. D. de O. & A.* non etiam ex tutoris negligentia, per quam intelligitur culpa levis. in *h. l. 4.* nisi contra tutorem lis inchoata, aut ex damno pupilli lucrum captatum sit. *l. 1. C. de Hered. tut.* Eodem modo heres magistratus ipsius dolo proximæ culpæ succedaneus est. *h. l. 4.* Verum in heredem actio

non

non solet dari, quando non lata culpa magistratus idoneè cautum pupillo non est. *l.* 2. C. *de Magistr. convent.* Ipsi autem magistratus succedunt in omne periculum, si eorum culpa contigerit, quò minus idoneè sit cautum, vel cautionem non exegerint, *§.* 2. *Inst. de Satisd. tut.* quod tamen restringi volo ad magistratus minores, ut municipales. *l.* 5. C. *de Magistr. conven.* non etiam majores, velut est prætor, præfectus urbi, & similes, quibus jus tutores dandi merum, liberum, independens concessum est. §. *fin. Instit. d. t.* Moribus hodiernis actione subsidiariâ non conveniuntur, nisi dolo hoc fecisse convincantur. Sed in prætura seu baillionatu Zuit-hollandiæ jus scriptum observatur, & præturæ dominus, vulgo *Ambagts-heer* indistinctè tenetur actione subsidiaria, sive actione utili tutelæ, ex privilegio Joannis Hannoniæ & Hollandiæ Comitis, Anno 1303.

EXERCITATIO XIX.

RESPONDENTE

SIMONE RAM.

QUI TESTAM. FAC. POSS.

I. Ad *l.* 3.] Latissima testandi facultas tributa est testatoribus legibus decemviralibus. *l.* 120. *D. de V. S.* non tamen testamenti factio

factio ideo adſcribenda eſt juri gentium, quem-
admodum lex furtum punit, neque propterea
minus furtum natura probrum eſt. *l.* 42. *D. de
V. S.* Et ſtolidè quidam, teſtamenta eſſe con-
traria naturali rationi inde colligunt, quod here-
ditas parentum liberis debeatur ex voto naturæ,
& ex ratione naturali. *l.* 7. *D. Vnd. liber. l.* 7. *D.
de bon. damnat.* quod ex naturali æquitate ad ſuc-
ceſſionem propinquorum admittantur. *l.* 2. *D.
Vnde Cognat.* quod voluntas hominis poſt mor-
tem valere incipiat, & cum vita exſpiret, veluti
mandatum: Meliori fundamento juri gentium
adſcribit teſtamenta græcus paraphraſtes in §. 1.
Inſt. de Iur. nat. gent. ibi τȣ̃ ἐθνικȣ̃ νομίμȣ εἶναι,
τὸ διαθήκας συγγράφεσθαι, *juris gentium eſſe, ut
teſtamenta conſcribantur*, quatenus abſolutè de-
claratio ultimæ voluntatis conſideratur, quate-
nus jus gentium & naturalis ratio unicuique, &
vel præcipuè morituro, de bonis ſuis diſponen-
di ſuæque poſteritati conſulendi libertatem tri-
buit, ſed modus declarandi, ceu teſtamenti fa-
ctio ſolennis ordinata eſt à jure civili. §. 3. *Inſt.
de Teſtam. ord.* quo ſenſu teſtamenti factio dici-
tur eſſe publici juris in *h. l.* quatenus non pendet
à privatorum poteſtate, nec teſtari licet contra
præſcriptum ordinem, qui eſt à lege. *l.* 1. *D. Ad
l. Falcid. l.* 120. *D. de V. S. l.* 13. *C. de Teſtam.*
et conſtitutionibus. *l.* 7. *in fin. D. de Teſtam.
ſ.* unde nemo poteſt cavere in ſuo teſtamento,
ne leges in eo locum habeant. *l.* 55. *D. de Legat.* 1.

Add. *l.* 1. *D. de Injust. rupt. l.* 1. *C. de Her. inst.* Ita coangustata libertas ista interpretatione vel legum vel autoritate jura constituentium. *d. l.* 120. quomodo disponat unusquisque, ut dignum est, ἢ ἔσω νόμ☉ ἡ τούτου βουλὴ, & sit lex ejus voluntas. *Nov.*22.*c.*2. Nihil est, ait Constantinus in *l.* 1. *C. de SS. Eccles.* quod magis hominibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis, postquam jam aliud velle non possunt liber sit stylus, & licitum quod non redit arbitrium. Liberam testandi licentiam præscriptam lege 12. tabb. Illustres Gelriæ Ordines in sententia quadam in Comitiis Arnhemii lata Anno 1539. restrinxerunt ad mobilia, de immobilibus testari prohibuerunt. Concordant LL. R. Velaviæ *tit.* 30. §. 2. sed Zutphanienses & Ruremundenses hanc prohibitionem limitarunt. Reform. Zutphan. *tit.* 13. §. 1. LL. Ruremund. *p.* 3. *tit.*6. §. 2. *art.* 2. & 3. Nostri Noviomagenses masculis annorum 20. fœminis annorum 18. integræ ac sanæ mentis, habitantibus in urbe vel territorio urbi adjacente, de bonis immobilibus coram septem, de mobilibus coram duobus Scabinis testamenti factionem concedunt. In Flandria trientem duntaxat veteris patrimonii, acquisitorum autem herediorum binum trientem testamento relinquere licet.

II. *Ad l. 6.*] Ad patresfamilias restrinxit jus testandi lex 12. tabb. cujus integra verba hæc sunt, *Paterfamilias uti super familia pecuniaque sua legas-*

legaßit ita jus esto, ut proinde filiusfam. exceptis bonis castrensibus & quasi castrensibus testamentum facere prohibeatur, quamvis pater ei permittat. *h. l.* sed patre permittente donare mortis causa potest. *l.* 25. §. 1. *D. de Mort. caus. donat.* donatio mortis causa magis accedit ad naturam contractuum, *arg. l.* 35. §. 3. *D. eod.* de bonis adventitiis filiof. testari non licet, ne quidem iis casibus quibus gaudet pleno dominii jure, *arg. pr. Inst. Quib. permiss. est test. fac.* veluti si sine patris consensu bona possideat. *l. pen. C. Qui testam. fac. poss.* ut, si patre reluctante hereditatem sibi delatam adierit, qui casus inducitur *l. ult. C. de Bon. quæ lib.* sed hîc dispositionem inter vivos habet, sic restringitur. *Nov.* 117. *c.* 1. §. 1. ubi habetur verbum διοικεῖν, non διατίθεσθαι. Ratio igitur, quâ utitur *Ulpianus in Fragmentis tit.* 21. §. 9. quod nihil suum habeat filiusfam. veteri potius quam novo juri convenit. An testamentum quod filiusfam. fecit confirmatur clausulâ codicillari? Nihil minus: clausula ista non supplet defectum personæ testantis. Mores Brabantiæ filiisfam. de his bonis jus testandi concedunt. Imò moribus hodiernis in locis plerisque effectus Romanos non habet patria potestas, ac proinde de maternis cæterisque adventitiis bonis etiam sine patris consensu filiof. testamenti factionem concedunt. Senatus Frisiæ testamentum à filiofam. conditum judicavit esse nullum.

III. *Ad l.* 20. *in pr.* & §. 2.] Heredis testimonium non sine causa de jure est reprobatum. §. 10. *Inst. de Testam. ordin.* quò inflexa est *h. l. in pr.* legatarii autem testimonium admittitur, non solum si causa heredis, sed & si legatarii causa agatur, nec tantum in testamento scripto, sed & in eo quod fit per nuncupationem. §. 11. *Inst. d. t.* Ruremundenses legatariorum testimonium rejiciunt. LL. Ruremund. *d. tit.* 6. §. 1. *art.* 7. A testimonii dictione etiam arcentur testes domestici, h. e. qui sunt subjecti potestati testatoris, unde filius emancipatus in testamento patris testimonium dicere non prohibetur §. 4. *Inst. de Testam. ordin.* Pater rectè adhibetur testis in testamento, quod condidit filiusfam. de bonis castrensibus. *h.* §. quando ante missionem in castris ac expeditione jure militari testatus fuit, secus est, si post missionem testari velit. *h.* §. 9. *Inst. de Testam. ord.* atque ita *h.* §. est fugitivus, & pertinet ad *tit. de Testam. mil.* cujusmodi *ll.* fugitivæ alieno loco collocatæ aliquoties occurrunt. *l. fin. D. de Condict. tritic. cum simm.*

IV. *Ad l.* 22. §. 1. & 5.] Officium prætoris circa aperiendas testamenti tabulas est, ut cogat signatores convenire & sigilla sua recognoscere. *l.* 4. *D. de Testam. quemadm. aper.* si adhuc supersint, non autem ideo testamentum vitiabitur, quod quidam testes sint præmortui, aut propter temporis intervallum eandem fidem amplius non habeant aut ex post facto inhabiles sint facti;

ti; Conditionem enim teſtium tunc duntaxat ſpicimus, cum ſignarent, ſi quid poſtea contierit, nihil nocet. *h.* §. 1. neque tantum ſigillom inſpectione & recognitione, ſed & aliis arumentis voluntas ultima probari poteſt: Et agiſtratus, in cujus territorio res hereditariæ unt ſitæ, nulla agnoſcendorum ſigillorum habiâ ratione, mittit in poſſeſſionem bonorum heedem, qui teſtamentum oſtendit non cancellaum, non abolitum, & ut Interpretes noſtri loquuntur, quod nullum habet vitium adſpectabie, ſeu quod primâ fronte, primo intuitu in ocuos incurrit. *l.* 3. C.*de Edict. D. Hadr. tollend.* Sed i quis ex ſignatoribus abſit, mitti debent teſtamenti tabulæ, ubi ipſe ſit, uti agnoſcat: Imò etiam omnibus abſentibus, ſi cauſa urgeat, intervenientibus optimæ opinionis viris, tabulæ perientur. *l.* 7. *D. de Teſtam. quemadm. aper.* Ex ſcrupuloſa teſtamentorum ſolennitate in iis ſignandis annulus præciſe requiritur, qui habeat χαρακτῆρα, h. e. formam inſculptamque ſigni imaginem. *h.* §. 5. Verum ſententia contraria, quod quovis ſigno vel ſigillo teſtamentum ſubſignari poſſit, uſu & conſuetudine ſervatur, ac conſtitutione imperii comprobatur. Omnes autem teſtes poſſunt ſignare uno annulo, neque eſt neceſſe, ut exprimant in ſubſcriptione, cujus annulo ſignaverint. §. 5. *Inſt. de Teſtam. ordin.* ſed ſinguli teſtes, qui in teſtamento adhibentur, proprio chirographo adnotare debent, quis &

cujus testamentum signaverit. *l. pen. D. h. t.*

V. *Ad l.* 25. *&* 29. *§.* 1.] Clausula codicillaris exprimitur his verbis, *hoc testamentum volo esse ratum, quacunque ratione poterit. h. §.* 1. *vel hoc testamentum, si non potest valere jure testamenti, volo valere jure codicillorum, donationis mortis causa, vel cujusvis alterius ultimæ voluntatis*, ἐπὶ πάσης ἐξουσίας. *l.* 3. *in fin. D. de Testam. mil.* Et si hæc clausula testamento sit inserta heres legitimus per fideicommissum rogatus intelligitur, ut retentâ quartâ omnia ea præstet, quæ in testamento sunt relicta. *l.* 88. §. *ult. D. de Legat.* 2. quando testator testamento suo non inseruit, quod velit illud valere jure codicillorum, si jure testamenti valere non possit, ad fideicommissum nequaquam transducitur. *l.* 1. *D. de Iur. codicill.* Concernit autem clausula modum & formam testandi, ipsius testamenti ceu solemnium extrinsecorum defectum supplet. *l. ult.* §. 2. *C. de Iur. codicill.* sed testamenta imperfecta ratione voluntatis non confirmat; qui cœpit testamentum facere, non fecit. *h. l.* 25. si tamen testator in scriptis declaraverit suam voluntatem, sed, antequam omnia solennia peragerentur, h. e. ante subscriptionem & subsignationem moriatur, testamentum tale virtute clausulæ sustinetur. *d. l. ult. §.* 1.

DE LIBER. & POSTHUM.

VI. *Ad l.* 10.] Qui nondum natus est, ita com-

ommodissimè heres instituitur, *sive vivo me* (ex . Velleja) *sive mortuo,* (ex jure veteri) *natus fuerit, heres esto*; sed altero casu solo expresso, qui ascitur in casum omissum, testamentum rumpit. *h. l.* Hodie testatoris voluntas manet rata, si testator usus sit his verbis, *si filius vel filia intra decem menses proximos post mortem meam editi fuerint*, etiamsi vivo testatore fuerint progeniti. *l. ult. C. de Posthum. her.* ubi tamen hæc verba, *intra decem menses proximos*, non inducunt casum singularem, sed respiciunt ad vulgarem juris antiqui formulam, qua designetur partus legitimus, quem edi oportebat necessario intra decem menses, unde ita loquuntur Decemviri in LL. 12. Tabb. *ut si qua mulier post viri mortem in decem mensibus proximis pareret, qui quæve ex ea nasceretur suus suave in viri familia heres esset*; post decem menses mortis natus non admittitur ad legitimam successionem. *l. 3. §. pen. D. de Su. & leg. her.* Senatus Frisiæ declaravit partum legitimum, qui erat mense duodecimo ab obitu viri editus à muliere, quæ non probatur impudicè vixisse.

VII. *Ad l. 11.*] Sui heredes vivo patre non sunt domini bonorum paternorum, unde servos paternos patre non consentiente manumittere, aut ullam rem paternam distrahere patre vivo prohibentur. *l. 16. D. de Manumiss. l. 3. C. de Patr. potest.* sed quodammodo domini existimantur, quatenus mortuo patre statim dominium

paternorum bonorum ad eos ipſo jure devolvitur, ſeu potius, liberam bonorum adminiſtrationem conſequuntur. *h. l.* Quomodo poſſeſſio in eos transferatur dixi ſupr. *Exerc. 6. aſſ. 19.* Liberis igitur non debetur legitima patre adhuc ſuperſtite, *arg. l. 1. §. 21. D. de Collat.* ibi, *prærmatura eſt ſpes collationis, cum adhuc vivat is, de cujus bonis quarta debetur*, ſed poteſt parens vivus ſponte adſignare legitimam, cujus exemplum exſtat *Luc. c. 15. verſ. 12.* de filio prodigo, qui dixerat patri *δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς ὀσίας*, *da mihi partem ſubſtantiæ ad me attinentem.* Quæro, ſi eo caſu mortis tempore facultates patris ſint auctæ, an & hi filii eodem augmento gaudeant? Aff. *arg. l. 35. §. 1. C. de Inoffic. teſt.* & legitima conceditur ex bonorum quantitate, qua tempore mortis reperiuntur. *l. 6. C. eod.* quâ ratione cum tempore mortis facultates auctæ reperiantur, ex illis ita auctis legitima conſtituetur.

VIII. *Ad l. 14.*] Liberi à parentum ſucceſſione ſubmoveri non debent, niſi meritis de cauſis. *l. 7. D. de Bon. damnat.* quod intelligendum eſt de liberis ſuperſtitibus, quorum merita expendenda erant in judicio centumvirali, nam poſthumi, in quos juſta exheredationis cauſa non cadit, jure Digeſtorum, Codicis, Inſtitutionum exheredari potuerunt. *h. l. l. 1. §. 2. D. de Ventr. in poſſ. mitt. l. 4. in fin. C. de Liber. præter. §. 1. Inſt. de Exher. lib.* ſed infans ab ultima

matris

matris suæ hereditate non repellitur, si eum mater ingratum ob odium mariti sui fecerit. *l.* 33. §. C. *de Inoffic. test.* De *l.* 16. *h. t.* dicam *ad l.* 8. *de Acq. her.*

[X. *Ad l.* 20.] Filius sub conditione potestativa heres institutus, si pendente conditione post mortem patris se adrogandum dederit, ac post conditioni paruerit, non est necessarius heres, quia per adrogationem migravit in alienam familiam *h. l.* sed post mortem patris, licet filiusfam. efficiatur sui juris, non mutatur familia. *l.* 3. §*ult. D. Ad SC. Maced.* & ubi familia non mutatur, veluti si avo mortuo recidat nepos in potestatem patris sui, hîc patrem suum sine aditione facit heredem necessarium, *l.* 6. §. 5. *D. de Acqr. her. l.* 13. *D. de Bon. libert.* Ita si frater fratri impuber pupillariter substitutus nondum apertis tabulis se adrogandum præbuerit, nihilominus impuberi, quandocunque ille decesserit, ex substitutione pupillari necessarius heres erit. *l.* 3. §*fin. D. de Her. instit.* hîc sufficit, ut filius tempore delatæ hereditatis in familia patris fuerit, neque exigitur, ut tempore delatæ pupillaris substitutionis in eadem familia sit. *l.* 54. *D. eod.*

[X. *Ad l.* 29. §. 10.] Ex formula Galli Aquilii instituitur nepos post mortem avi sui natus, præmortuo filio. *h. l.* 29. *inpr.* non tamen ex verbis Galli Aquilii filius hoc modo recte instituitur, *si filius vivo me morietur*, sed necesse est, ut filius, saltem ex aliqua parte, instituatur heres,

ita, *filius meus heres eſt*, *ſi filius me vivo decedat*, *tunc ſi quis mihi ex eo, &c. h.* §. 10. quam etiam inſtitutionem præceſſiſſe ſupponendum eſt in *l.* 37. *D. de Her. inſtit.* ubi tamen traditur, inſtitutione & ſubſtitutione in teſtamento duplicem conſtitui gradum. Atque hæc ſententia eſt communis & in Praxi recepta, cui convenienter Senatus Friſiæ, his verbis, *ſi filius meus vivo me moriatur*, inſertis ſecundo teſtamento, judicavit, non induci tacitam filii inſtitutionem ad ſuſtinendum teſtamentum ſecundum & rumpendum primum.

DE INIUST. RUPT. IRRIT.

XI. *Ad l.* 1.] Teſtamentum ipſo jure infirmatur, quando defuerunt ſolennia juris, vel filius præteritus eſt, vel quando rumpitur vel irritum fit. *h. l.* ſed ſola pœnitentia & teſtatoris contraria voluntate teſtamentum non infirmatur. §. 7. *Inſt. Quib. mod. teſt. inf. arg. l.* 35. *D. de R.I.* publicè quidem expedit, ſuprema hominum judicia exitum habere. *l.* 6. *D. Teſtam. quemadm. ap.* ambulatoriam eſſe hominis voluntatem uſque ad ſupremum vitæ ſpiritum. *l.* 4. *D. de Adim. leg.* ſed voluntas contraria eſt exprimenda legitime & ſolenniter, puta poſterioribus tabulis jure perfectis. §. 2. *Inſt. Quib. mod. teſtam. inf.* Si tamen teſtator coram tribus teſtibus contrariam aperuerit voluntatem, vel apud acta manifeſtaverit, & decennium fuerit emenſum, teſtamentum eſt irritum, ſimul ex contraria voluntate &

ex

: cursu temporali. *l.* 27. C. *de Testam.* Moribus hodiernis nimia hæc scrupulositas à judiciis recessit, & nominatim Hollandiæ Curia pronunciavit, nuda contraria voluntate testamentum nuncupativum legitimè revocatum esse, atque hoc moribus passim observatur, uti testamenta infirmentur nuda voluntate, declarata vel propria scriptura testatoris vel coram Notario & testibus, neque requiritur, ut aliud testamentum à revocante condatur. vid. LL. Antwerp. *tit.* 46. *fin.* Et si conjuges reciprocum testamentum fecerint, cum hîc habeantur duo juris potestate testamenta, ac duæ personæ testantes, utrique quoque libera est facultas revocandi quod disposuit, etiam præmortuo altero conjugum, cujus dispositio per mortem facta fuit irrevocabilis. Rumpitur etiam testamentum, testamenti facti incisione, deletione, cancellatione, sigillorum revulsione. *l.* 12. *& pen.* C. *de Testam.* modò hæc delectio sponte & consulto fuerit facta sive ab ipso testatore, sive ejus voluntate ab alio. *l.* 1. *& seqq.* D. *de His quæ in testam. del.* quod tamen ad testamentum nuncupativum porrigendum non est, licet à tabulario in scripturam redactum sit; arg. *d. l.* 35. *D. de R. I.*

XII. *Ad l.* 2.] Testamentum prius rumpitur per posterius, sed æquè perfectum: sic prius testamentum nuncupativum per posterius scriptum, & vice versa, prius testamentum scriptum per posterius nuncupativum. §. 2. *Inst. Quib. mod. testam.*

testam. inf. Nov. 107. *c.* 2. nisi in posteriore Princeps sit nuncupatus heres. *l.* 20. *C. de Testam.* Atque ista regula procedit, etiamsi testator juraverit, se prius testamentum non mutaturum, *arg. l.* 7. §. 16. *D. de Pact. l. ult. C. de Non num. pec.* vel testamento priori subjecerit clausulam derogatoriam aliarum voluntatum, si quod testamentum post hoc fieri à me contingat, valere nolo; neque hoc casu in testamento posteriori specialis revocatio & mentio istius clausulæ requiritur, supervacuum aut durum est, inquit ille, exigi specialem derogationem, si alias constet, scientem prudentem recessisse à priori voluntate. Contraria sententia est communis & usu recepta. Interdum testamentum superius perfectum rumpitur per posterius non perfectum, si hoc sit factum jure militari, vel scriptus in eo, qui ab intestato venire potest. *h. l.* quæ tamen posterior limitatio acceptò est ferenda Constitutioni *l.* 21. §. *fin. C. de Testam.* Imperfectum autem hîc non illud solum intelligitur, quod imperfectum ratione solennitatis, sed & in quo filius est præteritus, *arg. h. l.* 2. Qua ratione regula, qua filiofam. præterito testamentum ipso jure est nullum. *l.* 30. *D. de Lib. & posth.* vitiatur, quando in posteriori testamento scripti sunt illi heredes, qui ab intestato hereditatem auferre poterant, cum essent in priori scripti extranei *l.* 12. §. 1. *D. de Bon. poss. contr. tabb.*

XIII. *Ad l.* 6. §. 7.] Carcer diligentioris custo-

custodiæ causa recipitur. *h.§.* non ad puniendos, sed ad custodiendos homines haberi debet. *l.8. §.* . *D. de Pœn.* carcer igitur propriè non est pœna, sed custodia rei, quem alia pœna manet. *l.* . *D. de Custod. reor. l.2. C. eod.* nisi respectivè, qui tollit libertatem faciendi quod velis: An igitur pœnâ perpetui carceris & vinculis perpetuis quis jure civili coërceri potest? Neg. *l.35. D. de Pœn. l.6. C. eod.* sed quo minus quis ad tempus pœnæ causa in vincula conjiciatur, legibus non improbatur. *l.23. C. de Pœn.* quò ref. *l.* 3. *D. de Injur. l.1. §. ult. D. de Aleator.* Jure Canonico pœna perpetui carceris probatur. *C. novimus. 27. X. de V. S. C. quamvis. 3. de Pœn. in 6.* Proprie distinguuntur vincula à carcere. *l.216. D. de V. S.* Moribus condemnatio ad perpetuos carceres non est inusitata.

XIV. *Ad ejud. l. §. fin.*] Si miles se arrogandum dederit, ex speciali privilegio ejus testamentum non infirmatur hac capitis diminutione *l.* 3. *D. de Testam. mil.* quod autem dicitur in *l.* 2. *D. eod. §. pen. Inst. d. t.* testamentum filiifam. militis post emancipationem quasi ex nova militis voluntate sustineri, id non est adscribendum privilegio militum singulari, sed idem veterano vel cuivis filiofam. testanti de bonis castrensibus vel quasi conceditur. *h. §. fin.* quia pro eo est, ac si à patrefamilias factum esset, *arg. l.2. D. de SC. Maced.*

XV. *Ad l.12.*] Testamentum rumpitur agnatione

natione posthumi. *l. 8. h. t. l. 1. C. de Codicill.* cujus quatuor modi recensentur *l. 28. §. 1. D. de Liber. & posthum.* ac in tantum ita rumpitur testamentum, ut ne quidem adjectâ clausulâ codicillari confirmetur, quod ex sententia DD. communi ita explicari solet, si testator ignorans uxorem esse prægnantem, ventrem præterierit, quod non videatur alienas successiones propriis prætulisse secus si sciverit *arg. l. 43. in princ. D. de Vulg. & pupill. substit. l. 102. D. de C. & D. l. 30. C. de Fideicommiss.* Ego simpliciter & indistinctè clausulam codicillarem contra posthumum præteritum in effectu nihil posse facere judico: Posthumus autem, qui post mortem patris natus est, rumpit testamentum, licet ilicò decesserit. *l. 2. C. de Posthum. her.* modò integer prodierit & non monstrosus. *l. 3. C. eod.* sed si vivo testatore natus decesserit, & testamentum signatum fuerit, scriptus heres cum effectu accipit bonorum possessionem secundùm tabulas, legatarii item & fideicommissarii habebunt ea, quæ sibi sunt relicta. *h. l.* sed ubi testamentum tale irritum factum est, filii ab intestato venientes fideicommissa ex testamento præstare non compelluntur. *l. 81. D. de Legat. 2.*

XVI. *Ad l. 17.*] Filio præterito testamentum ipso jure est nullum, ut nec libertates, nec legata debeantur. *h. l. pr. Inst. de Exher. lib.* sed ex æquitate prætoris testamentum tale sustinetur accommodatâ filio præterito bonorum possessione

sio: contra tabulas. §. 12. *Inst. de Hered. quæ ab intest.* Interdum tamen jus prætorium subsecitur jus civile, ut in *l.* 1. §. *ult. D. Vnde lib.* cujus minister dicitur. *l.* 14. *D. de Testib. l.* 12. §. *D. de Bon. poss.* Ex bono etiam & æquo testamentum, in quo filius est præteritus, sustinebitur, si filius se bonis patris abstinuerit. *h. l.* idem est, si filius vel pater præteritioni consenserit, *arg. l.* 8. §. 6. *D. de Bon. posses. contr. tabb.* nullitas enim in alicujus favorem introducta non attenditur, si iste, de cujus favore agitur, consentiat *l. pen. C. de Pact.* De patre sic judicavit suprema Frisiorum Curia. Add. ea quæ supra notavi ad *l.* 28. *de Inoffic. testam.*

DE HERED. INSTIT.

XVII. *Ad l.* 1. §. 4. *& l.* 73.] Institutio heredis est κεφαλὴ ὥσπερ καὶ θεμέλιος τῆς πάσης διαθήκης, caput & fundamentum totius testamenti. *l.* 19. §. 1. *D. de Testam. mil. l.* 1. *D. de Injst. nupt.* §. 34. *Inst. de Legat.* uti omissâ institutione heredis testamentum ne quidem clausula codicillari confirmetur, *arg. dd. text.* Si quis autem ex fundo vel alia re singulari solus sit scriptus heres, non dato coherede, detrahitur mentio fundi *h.* §. 4. ceu perinde habetur ex auctoritate Galli Aquilii, atque si sine ea re institutus fuisset. *h. l.* 73. ut proinde is bonorum omnium hereditatem obtineat. *l.* 41. §. *fin. D. de Vulg. & pup. subst.* Eadem ratio est, si testator

uxo-

uxorem, vel quem alium ſolum in uſufructu inſtituerit heredem, nam detractâ uſusfructus mentione heres inſtitutus ex aſſe intelligitur, *arg. h. §. & d. §. fin.* quod ſi heredi rei ſingularis ſit additus coheres, qui adit hereditatem, habetur ille pro legatario, nec ad æs alienum ſolvendum tenetur. *l.* 13. *C. h. t.* quod judicando ſunt ſecuti Ultrajectini: ſed cum coheres tempore teſtamenti facti, aut tempore mortis non eſt ſuperſtes, ipſius portio accreſcit heredi rei ſingularis, cum enim mortis tempore de jure inſtitutionis quæratur, perinde videtur, atque ſi hic ab initio ſolus ſcriptus fuiſſet, *arg. dd. text. jung. l.* 7. *D. de R. I.*

XVIII. *Ad l.* 2. 70. 71. *& l.* 81. *§.* 1.] Inſtitutiones captatoriæ *αἱ χάριν ἀμειβόμεναι εὐστάσεις*, à Senatu improbantur quæ conferuntur ad ſecretum alienæ voluntatis, veluti *ex qua parte me inſtitueris heredem, ex eadem te inſtituam. h. l.* 70. non autem ſunt captatoriæ, quarum conditio non in futurum ſed in præteritum collata eſt, *qua ex parte Titius me heredem inſtituit, ex ea parte heres eſto. h. l.* 71. non eſt quidem inſtitutio captatoria, *quanta ex parte me à Titio heredem inſtitutum recitaſſem, ex ea parte mihi Sempronius heres eſto*, ſed nullo recitato teſtamento à teſtatore, inſtitutio videbitur inanis. *h.* §. 1. Ita ſi qui ſunt inſtituti heredes *ex partibus quas adſcripſero, utraque inſtitutio valet*, quaſi duplici modo facta. *h. l.* 2. aliud eſt ubi libertati fideicommiſſariæ

adjecta

adjecta est mera conditio, quæ sensum duplicem non admittit. *l. 87. D. de Legat. 2.*

XIX. *Ad l. 4.*] Extraneus sub omni conditione heres instituitur, *§. 9. Inst. de Her. instit.* potestativa, casuali vel mixta. vid. *l. un. §. 7. C. de cad. toll.* filiusfam. sub sola conditione potestativa. *h. l.* idem hodie post differentiam sexus sublatam dicendum est de filiafam. *l. 4. C. de Lib. præter.* ne deficiente conditione casuali vel mixta filius præteritus inveniatur contra *l. 30. D. de Lib. & posthum.* Valet autem institutio, si filia instituatur heres, si nupta fuerit. *l. 7. C. de Inst. & subst.* nam & hæc conditio sæpè est potestativa, veluti cum adsunt proci, qui puellam ad conjugium solicitant; Unde si testator instituat filium sub conditione, si se filium ejus esse probaverit, institutio non valet, testamentum est nullius momenti, quia hæc conditio non est in sui potestate ex sententia Pauli in *l. 63. D. de C. & D.* Dubitatur, an jus novissimum conditionem potestativam rejiciat à legitima? Negantium partes amplector, *arg. l. 32. in fin. C. de appellat.* Hæc tamen est differentia inter suum & extraneum sub conditione potestativa institutum, quod extraneus, si conditionem expleverit adhuc possit spernere hereditatem, suus autem jure potestatis necessarius jure civili heres efficiatur. *l. 26. D. de Condit. instit. l. 5. D. de C. & D.*

XX. *Ad l. 9. §. 8. & l. 48. §. 1.*] Ut institu-

tio ſuſtineatur, neceſſe eſt, ut heres certus demonſtretur. *h. l.* 9. §. 9. ſaltem ſigno indubitabili, modò non eo quod contumeliæ cauſa adjici ſolet. *h.* §. 8. ſed valet hæc inſtitutio, *filius meus impiiſsimus, male de me meritus, vel filius meus aſinus ad lyram heres eſto*, poteſt enim quis alicui maledictum dicere ſine contumelia. *h.* §. 1. Quod ſi filius, qui fuit in poteſtate, inſtituatur heres ſub conditione, quæ eſt contra bonos mores, teſtamentum patris infirmat, & conditio illa pro non poteſtativa habetur. *l.* 15. *D. de Condit. inſtit.* Extraneo adſcripta conditio impoſſibilis ceu natura, ſeu jure ſit talis, pro non adjecta habetur. *l.* 1. 9. 14. *D. de Condit. inſtit.*

XXI. *Ad l.* 9. *§.* 13.] Si teſtator tantum de ſemiſſe teſtatus ſit, totus as in ſemiſſe erit, & alter ſemis heredi ſcripto adcreſcet. §. 5. *Inſt. de Her. inſt.* quia paganus pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere nequit. *l.* 7. *D. de R. I.* quare teſtator hanc accretionem prohibere nequit, *arg. d. l.* 7. *jung. l.* 55. *D. de Legat.* 1. Diverſum eſt ſi duo in re ſingulari ex diverſis partibus ſint ſcripti heredes, hi æqualiter detracta partium mentione ſuccedent, niſi manifeſtiſſimè voluntas teſtatoris refragetur. *h. §.* 13. Moribus hodiernis regula *d. l.* 7. in deſuetudinem abiit, neque igitur jus accreſcendi receptum eſt. Imo moribus noſtris teſtamenta ſubſiſtunt abſque inſtitutione heredis, ſic dictant ll. Ruremundenſium *p.* 3. *tit.* 6. *§.* 1. *art.* 18. Pariſienſium,

sium, Aurelianenſium, Gandavenſium, Cortracensium, Alaſtenſium, &c. In Friſia exigitur institutio heredis: Idem video inſertum LL. Transiſulaniæ & ſpecialiter Daventrienſium. LL. Tranſiſul. *p*. 2. *tit*. 5. §. 1. Daventr. *p*. 3. *tit*. 4. §. 1.

XXII. *Ad l*. 13. §. 4.] Si teſtator in diviſione duodecim uncias exceſſerit, pro rata ſingulis decreſcet, veluti ſi me ſcripſerit heredem ex duodecim unciis, te ex ſex, ego hereditatis beſſem habebo, alter trientem. *h*. §. quod quidem procedit, quando duodecim unciis primo relictis, modo ſemis ſecundo ſimpliciter relinquitur, at ſi nominatim dimidia ejuſdem rei, aut totius quod relictum eſt, exprimatur, dimidia totius ſingulis debetur. *l*. 32. *C. de Legat*. quod patet ex caſu in initio iſtius *l*. propoſito.

XXIII. *Ad l*. 23. §. 1.] Si conditio poteſtativa, cui dies adſcripta non eſt, in faciendo conſiſtat, non ideo deficit, ſi impleta non fuerit, cum impleri potuerit. *h*. §. *l*. *fin*. *D*. *de Condit*. *inſtut*. eſt tamen conditio iſta adimplenda. *l*. 2. *D*. *de C*. *& D*. & ſi heres inſtitutus conditionem trahat, cum implere poſſet, remedium hoc ſupereſt, ut prætor poſtulantibus creditoribus vel aliis tempus præſtituat, intra quod conditioni parere debeat. *d*. §. 1. Singulari favore libertatis conditio quæ in non faciendo conſiſtit, veluti *ſi Capitolium non aſcenderit* exiſtere intelligitur, cum primum Capitolium aſcendere potuit.

l. 17. *§.* 1. *D. de Manumiss. testam. l.* 20. §. *fin. D. de Statu liber.* In istis conditionibus, quæ in non faciendo consistunt, introductum est remedium cautionis Mutianæ, ne adversus eas fiat. *l.* 7. *D. de C. & D.*

XXIV. *Ad l.* 27. §. 1.] Qui purè institutus deinde sub conditione instituitur, sequens institutio non valet, & si existat conditio, pro supervacua habebitur; sin deficiat, prior pura satis plena fuit. *h.* §. hereditas enim tacite adimi non solet. *arg. l.* 22. *D. de Adim. legat.* In legatis, quæ tacite adimi possunt, *l.* 6. *D. eod.* diversum obtinet; nam si, quod purè relictum est, ex intervallo sub conditione legetur, posterius valet. *l.* 89. *D. de C. & D.* De *l.* 32. dicam ad *l.* 43. *§. pen. D. de Legat.* 1.

XXV. *Ad l.* 34. *&* 62.] Hereditas ex die vel ad diem non recte datur, sed vitio temporis sublato, manet institutio. *h. l.* 34. seu, dies adjectus non vitiat institutionem, pro non adjecto habetur. *§.* 9. *Inst. de Her. inst.* quod restringendum est ad diem certum, dies enim incertus, maxime si non constet, an & quando sit exiturus, in testamento conditionem facit. *l.* 1. *&* 75. *D. de C. & D.* tacite in diem potest conferri hereditas, veluti *cum morieris. l.* 9. *C. de Her. instit. cum adoleveris. l.* 33. *D. de Vulgar. & pupill. substit.* ubi ideo fit mentio tabularum pupillarium, sed abusive, quia mater filio impuberi substituerat vulgariter, pupillariter liberis mater

sub-

substituere nequit. *l.* 4. *§.* 1. *D. de Bon. poss. contr. tab. junct. l.* 2. *D. de Vulg. substit.*

XXVI. *Ad l.* 40. *&* 41.] Si servum alienum quis patremfamilias arbitratus scripserit heredem, & si heres non esset, alium ei substituerit, in testamento militari, ubi nimia juris scrupulositas non adeo attenditur, pertinebit hereditas ad solum substitutum. *l.* 3. *C. de Her. inst.* In testamento pagani dividitur hereditas inter substitutum & institutum. *h. l.* 41. §. *fin. Instit. de Vulg. substit.* in partes æquales. *arg. l.* 164. §. 1. *in fin. D. de V. S.* Si tamen substitutus simul fit coheres institutus veniet hic in semissem, & alter semis inter eum, qui dominus instituti fuerit & substitutum æquis portionibus dividetur, quo referre solent *h. l.* 40. non malè, si fides debeatur quibusdam exemplaribus. Dubitari solet cur in *h. l.* 41. *& d. §. fin.* inter institutum & substitutum dividatur, cum ubi locus est instituto, non sit locus substituto, & substitutio vulgaris facta in casum non aditæ hereditatis, aditâ hereditate evanescat. *l.* 7. *D. de Vulgar. subst. l.* 5. *C. de Impub. & al. substit.* Non caret fundamento hæc conjectura, quod hic servus institutus heres hereditatem non crevisset, solenniter ex voluntate testatoris, quo casu tempore Tiberii usque ad D. Marcum substitutus in partem hereditatis admittebatur. *Vlpian. in Fragment. tit.* 22. *in fin.*

XXVII. *Ad l.* 85.] Si testator instituerit

filium heredem, & *si sine liberis* decesserit, alium substituerit, vel alteri restitui hereditatem rogaverit, liberi, qui sunt in conditione positi, non sunt in dispositione vel ex testamento vocati, sed voluit testator jus legitimarum hereditatum inter eos integrum conservari, juxta vulgatum, quod est in conditione, non est in dispositione. *arg. l.* 8. D. *Si quis omiss. caus. testam.* Imò licet hoc casu in præjudicium liberorum parenti de hoc fideicommisso pacisci. *l.* 1. C. *de Pact.* Atque ideo ex tacita quadam defuncti voluntate liberis successio ab intestato deferri videtur, aut, si testator conditionem illam non adjecisset, substituti liberis præpositi fuissent. *h. l.* Conditionem istam, *si sine liberis*, non extinguunt liberi adoptivi, sed ex justis nuptiis progeniti & naturales legitimati. *l.* 76. D. *de C. & D. l.* 10. C. *de Natur. liber.* Quod ad liberos naturales non legitimatos quæstio est voluntatis, quæ ex dignitate, mente & conditione ejus, qui fideicommisit, est explicanda. *l.* 17. §. 4. D. *Ad SC. Trebell.*

EXER-

EXERCITATIO XX.

RESPONDENTE

JUSTO VYGH.

DE VULGAR. & PUPILLAR. SUBSTIT.

I. [Ad *l. 2. in fin. pr. & §. 4. l. 16. §. 1. l. 20. §. 1. l. 41. §. 2.*] Si quis extraneum impuberem scripserit heredem, poterit ei pupillariter substituere, si modo filio praecedente eum in locum nepotis adoptaverit vel adrogaverit. *h. l. 2. in fin. pr.* modò tamen adoptio fuerit facta ante substitutionem, quia in pupillari substitutione exigitur, ut filius sit in potestate & tempore substitutionis, & mortis testatoris. *h.* §. 2. dicitur igitur extraneus in *h. pr.* tempore conditi testamenti, non substitutionis; potest enim pater hora matutina sibi, filio pomeridiana testamentum condere. *h. l. 16. §. 1.* Ita si pater sibi per scripturam, filio per nuncupationem vel contra fecerit, testamentum valebit. *h. l. 20. §. 1. l. 8.* §. *fin. D. de Bon. poss. sec. tabb.* atque ob hoc effectus sunt duo quodammodo testamenta de suorum hereditatibus. *§. 2. Inst. de Pupill. substit.* in rei veritate, quatenus unus testator simplicia adhibet solennia, est unum testamentum. *h. §. 4. l. 11. §. 5. D. Ad l. Falcid. l. 28. D. de Reb. auctor. jud. possid.*

II. *Ad ejusd. l. §. 1. 4. 5. & l. 34. §. fin.*] Substitutio pupillaris est pars & sequela paterni testamenti. *§. 5. Instit. de Pupill. substit.* ut parens filio testamentum facere non possit, nisi & sibi faciat. *h.* §. 1. adeò ut patris testamentum ordine scripturæ debeat præcedere, ordo autem conversus testamentum vitiet. *h.* §. 4. quod exaudiunt novissimi, si institutio ex intervallo substitutionem pupillarem subsequatur, sed si in continenti, eodem tempore ac contextu utrumque fiat, substitutio valebit, licet scripturâ conversâ pater testamentum filii fecerit, quo ref. *h.* §. 5. Cæterum si patris testamentum non valet, nec pupillare sustinebitur. *h.* §. 1. veluti si patris testamentum sit nullum ex causa præteritionis filii. *arg. pr. Inst. de Exher. lib.* ut nec ideo substitutio pupillaris facta filio præterito valeat. *l. 14. §. 1. D. de Lib. & posthum.* Idem est si patris testamentum evertatur ex causa querelæ inofficiosi testamenti. *l. 28. D. de Inoffic. test.* quod tamen jure novissimo mutatum est. *Nov. 115. c. 3. in fin.* Sed si contra tabulas patris bonorum possessio sit data, substitutio pupillaris valet, & legata omnibus sunt præstanda, quæ à substitutione data sunt. *h. l. 34. §. fin.* Ita nec evanescit pupillaris substitutio, si filius post mortem patris se abstinuerit bonis patris, nuda enim sui heredis existentia (quam Græci ἀναφανὴν vocant) confirmantur tabulæ pupillares. *l. 44. D. de Re jud.*

III. *Ad*

III. *Ad l. 4. in pr. & l. 45.*] Parens ſubſtituendo filio impuberi in alterum caſum in utrumque ſubſtituiſſe intelligitur, ſive filius non extiterit heres, ſive extiterit & impubes deceſſerit. *l. 4. pr. & §. 2.* hoc eſt, quod dicitur vulgo, ſubſtitutione vulgari pupillarem tacitam contineri & vice verſa, niſi aliud teſtator voluerit. *l. 4. C. de Impub. & al. ſubſt.* Et caſu utroque ſubſtitutus matrem excludit, *arg. l. 8. §. 5. D. de Offic. teſt.* niſi mater ſit inſtituta coheres. *l. ul. C. de Inſtit. & ſubſtit.* vel ſubſtitutio vulgaris ſit facta imparibus perſonis. *h. l. 45.* neque etiam illa ſubtilitas juris in teſtamento militis obſervatur. *l. 8. C. de Impub. & al. ſubſtit.* Matrem ſubſtituto etiam prætulit Senatus Sabaudiæ.

IV. *Ad ejusd. l. 4. §. 1.*] Subſtitutio alia eſt vulgaris, alia pupillaris. *l. 1. §. 1. D. de Vulg. & pup. ſubſtit.* Subſtitutio reciproca vel breviloqua non eſt ab his ſpecie diſtincta, ſed eſt adjectitia qualitas ſubſtitutionis vulgaris & pupillaris; dicitur quidem ſubſtitutio reciproca tertium genus conſtituere in *h. §. 1.* verum non alia ratione quam quia habet formulam diverſam, quo reſpectu multa poſſent excogitari ſubſtitutionum genera, at ſi ipſa ſucceſſio, ob quam diverſitas ſubſtitutionum introducta eſt, conſideretur, ſunt tantum duo. *d. l. 1. §. 1.* Neque ſubſtitutio, ut loquuntur, fideicommiſſaria, eſt tertium genus; nam illa opponitur ſubſtitutioni in *§. fin. Inſt. de*

Pupill. ſubſtit. Rubr. C. de Inſtitut. Subſtit. & Reſtitut. licet interdum abuſive ſubſtitutionis precariæ mentio fiat, veluti in *l. 16. C. de Pact. l. 14. C. de Fideicommiſſ.*

V. *Ad l. 7. 14. 15. & 41. §. 3.*] Verbis civilibus ceu directis poſt annum decimum quartum ſubſtitutio pupillaris fruſtra fit. *h. l. 7.* finitur. *h. l. 14.* evaneſcit. §. *pen. Inſt. de Pupill. ſubſtit.* neque igitur flectitur in vim fideicommiſſi, licet ſpeciali favore in datione libertatis verba directa trahantur in vim fideicommiſſi. *l. 24. §. 10. D. de Fideicomm. lib.* & ſubſtitutio pupillaris facta in codicillis jure fideicommiſſi ſuſtineatur. *l. 76. D. Ad SC. Trebell.* non vulgaris. *l. 6. C. de Iur. codicill.* Poſt annos quatuordecim ex privilegio militum duntaxat pupillaris ſubſtitutio ſuſtinetur, & quidem jure directo. *h. l. 15. l. 6. C. de Teſtam. mil.* licet propter effectum eundem veluti ex cauſa fideicommiſſi bona hîc ad ſubſtitutum tranſire dicantur in *l. 8. in fin. C. de Impub. & al. ſubſtit.* quatenus ſola teſtatoris non impuberis bona poſt pubertatem ad ſubſtitutum devolvuntur. *h. l. 41. §. 3.* ne privilegium militum ad jacturam legitimorum heredum porrigatur, contra *l. 40. D. de Admin. tut.* Moribus ſcrupuloſitas iſta non eſt neceſſaria; Imò multum imminutâ patriâ juris Romani poteſtate ſubſtitutio pupillaris exiguum uſum habet; Et præſertim moribus patriæ, limitata teſtamenti factione, ſubtilis hæc ſubſtitutionum materia

non

non frequenter occurrit; ſed quibus caſibus, v. g. de bonis feudalibus teſtamenti factio conceſſa eſt, ſubſtitutiones quoque recipiuntur, uti fuit deciſum in Comitiis in hac civitate habitis Anno 1651. Quomodo & Hollandi diploma ſuum ſunt interpretati.

VI. *Ad l. 34. & 37.*] Si teſtator ex liberis impuberibus ei, qui noviſſimus moreretur, ſubſtituerit pupillariter, liberi inter ſe non ex ſubſtitutione, ſed ab inteſtato ſuccedunt, ceu jus legitimarum hereditatum inter eos integrum cuſtodiri voluit. *h. l. 37. §. 6. Inſt. de Pupill. ſubſtit.* aliud obtinet in collibertis, qui abſque ſubſtitutione ſibi non ſuccedunt. *l. 87. §. 2. D. de Legat. 2.* Quod ſi autem uterque noviſſimus ſimul moriatur, ſubſtitutus ad partem utriuſque ſimul admittitur. *h. l. 34.* niſi aliud voluerit teſtator. *l. 34. D. Ad SC. Trebell.* Si autem teſtator duos impuberes ſimul inſtituat, & ſi uterque impubes deceſſerit, Titium ſubſtituat, utroque demum mortuo ſubſtitutus admittitur. *l. 10. C. de Impub. & al. ſubſtit.* Controvertitur, an, ſi filio impuberi noviſſimo ſubſtituatur, mater, quæ ex *Nov.* 118. *c.* 2. unà cum fratribus defuncti ad legitimam ſucceſſionem vocatur, etiam jus legitimæ ſucceſſionis retinuerit? Quidni? Subſtitutus igitur hoc caſu ad eas tantum partes admittitur, quæ in hereditate noviſſimi inveniuntur, & ſi e lege hîc ad matris excluſionem fideicommiſſum tacitum reciprocæ ſubſtitutionis excogitatur.

VII. *Ad*

VII. *Ad l. 41. in pr. & 47.*] Subſtitutus ſubſtituto etiam eſt ſubſtitutus inſtituto, atque & inſtituto & ſubſtituto ſuccedit, licet ſubſtitutus coheres ſimul ante inſtitutum moriatur. *h. l.* 41. §. 3. *Inst. de Vulgar. ſubſtit.* quæ quidem regula comprobatur in ſubſtitutione vulgari, non autem obtinet in pupillari *h. l.* 47. Succedit autem ſubſtitutus utrique, ſubſtitutionis, non accreſcendi jure, quod à ſubſtitutione planè diſtinctum eſt; nam ſubſtitutio deferri ſolet ex voluntate teſtatoris expreſſa. *l.* 8. §. 1. D. *h. t.* jus accreſcendi etiam contra ejus voluntatem §. 5. *Inst. de Her. inst.* ſubſtitutio defertur perſonæ, ad heredem non transfertur. *l.* 9. *D. de Su. & legit. hered.* jus accreſcendi ad heredem quoque transit. *l.* 59. *D. de A. H.* vid. etiam *l. un. in pr. C. de Caduc. tollend.*

VIII. *Ad l. 1. 6. 16. & 27.*] Si quis inſtituatur heres ſub hac conditione, *ſi reliquias teſtatoris in mare abjiciat*, detrahitur conditio, neque eam in forma ſpecifica heres adimplere debet; imò laudandus eſt magis quàm accuſandus heres, qui reliquias teſtatoris non in mare ſecundùm ipſius voluntatem abjecit, ſed memoria humanæ conditionis ſepulturæ tradidit. *h. l.* 27. cum nimis ineptæ defunctorum voluntates circa ſepulturam non ſint ſervandæ. *l.* 113. §. *fin. D. de Legat.* 1. putà ſi ornamenta quædam, aurum, argentum, gemmas, margaritas ſecum humi condi teſtator jubeat, quod homines ſimpliciores

quan-

quandoque faciunt. *l.* 14. §. 5. *D. de Religioſ.* id præceptum heres impunè negligit. *l. ult. in fin. D. de Aur. & arg. leg.* neque ideò ei ut indigno hereditas auferetur. *l.* 5. *C. de His quib. ut indign.* Præterea ſi quis ſit inſtitutus ſub conditione, *ſi monumentum intra triduum poſt mortem teſtatoris fecisſet*, conditio evaneſcit, quaſi impoſſibilis. *h. l.* . non quod ſit inſtitutio inutilis. *h. l.* 1. ſed quod conditio pro non adjecta habeatur. §. 11. *Inst. de Her. inſt.* niſi pœnæ nomine, h. e. coërcendi heredis cauſa impoſſibile quid de jure adjectum ſit. *§. ult. Inſt. de Legat.* quò reſpicit *l.* 1. *de His quæ pœn. cauſ.* ibi, *illicite vel proboſe datum eſt, nullius momenti legatum eſſe reſpondit*, vel ſi impoſſibilitas non ſit in ſola conditione, ſed in diſpoſitione, quod contingit in conditione perplexa. *h. l.* 16. Si conditio impoſſibilis obligationibus adjiciatur, contractus vitiantur. *l.* 7. *D. de V. O. §.* 11. *Inſt. de Inutil. ſtipul.* quia duorum voluntate peraguntur, qui facilius præſumuntur nihil voluiſſe agere, quam erraſſe ſe- queoneraſſe, *l.* 31. *D. de O. & A.*

DE JURE DELIBERANDI.

X. *Ad l.* 1. §. *fin. l.* 2. 3. *&* 4.] Ne temerè heredes ſubjiciantur oneribus hereditariis comparata ſunt duo remedia, Inventarii ex *l. ult. C. h. t.* & juris deliberandi, quo lentè feſtinantes & perluſtrantes hereditatem, deliberant, utrum expediat adire hereditatem nec ne. *h. l.* 1. §. 1. *l.* 23.

§. 1. *D.*

§. 1. *D. de Her. Instit.* Tempus autem deliberandi relinquebatur arbitrio prætoris. *h. §. fin. l. 9. C. h. t.* qui tamen heredi deliberaturo non minores quam centum dies præstituere debuit. *h. l. 2.* sed hodie quando id postulatur à magistratu, conceditur spatium novem mensium, vel unius anni, si à Principe. *l. fin.* §. 13. *C. h. t.* Cæterum nonnunquam semel, nonnunquam sæpius dies ad deliberandum fuit datus. *h. l. 3.* licet hoc impetrari non potuerit nisi ex magna causa, *h. l. 4.* Imò tempora deliberandi hodie semel & non sæpius petuntur. *d.* § 13. ubi tamen casus gravissimæ causæ excipiendus videtur, ne lex præcidat omnem exceptionem in re, quæ ex circumstantiis variatur, quas expendere ad magistratum pertinet. Quod si heres intra tempora deliberationi præfixa moriatur, jus deliberandi ad heredes ejus transmittitur, qui intra illud tempus, quod superest ex novem mensibus vel anno deliberare atque hereditatem adire possunt. *l. 19. C. h. t.* Verùm in hac transmissionis specie requirimus scientiam heredis, quod sibi hereditatem delatam esse sciverit, ignorans non transmittit. *d. l. 19.* ibi, *& si quidem is, qui sciens hereditatem vel ex testamento vel ab intestato sibi esse delatam,* quam sententiam judicando probavit Senatus Frisiæ.

DE TESTAM. MILIT.

X. *Ad l. 4.*] Miles mutus & surdus ante cau-

sariam

ariam missionem in numeris manens jure militari non prohibetur. *h. l.* quod intelligendum est de eo, qui facultate loquendi & audiendi propter aliquod infortunium caret; & hoc tributum est militibus, ut necesse non habeant eo nomine Principem adire; paganus mutus aut surdus, ut liceret sibi testamentum facere, à Principe implorare debuit. *l.* 7. *D. de His qui testam. fac.* Hodie sine hac impetratione mutus vel surdus sui juris testamentum facit, & surdus & mutus simul ex accidenti, testatur, si literarum peritus, surdus vel scriptum vel nuncupativum facit testamentum; mutus tantum scriptum, si literarum non sit rudis. *l.* 10. *C. Qui testam. fac. poss.*

X. *Ad l.* 15. §. 2. *& l.* 20. §. 1.] Testamentum pagano minus solenniter confectum per subsequentem militiam confirmatur, si novæ voluntatis extent argumenta, veluti si testator tabulas inciderit, aperuerit, testamentum legerit, ac suo signo rursus signaverit. *h. l.* 20. §. 1. §. 4. *Inst. h. t.* modò voluntas iis argumentis expresse ne sit contraria, quomodo intelligunt *h. l.* 15. §. 2.

XI. *Ad l.* 21. *&* 26. *in pr.*] Testamentum factum à milite post missionem honestam & causariam intra annum valet jure militari, ignominiosè missus privilegio anni non fruitur. *h. l.* 26. modò beneficium istud quantum ad verba constitutionis attinet, ad eos duntaxat pertinet, qui mitti

mitti solent, atque ideo neque Præfecti neque Tribuni aut cæteri, qui successoribus acceptis militare desinunt, hoc privilegium habent. *h. l.* 21. ex mente autem & interpretatione legis eò non sine fundamento id extenditur, nam & centurio, præfectus cohortis, vel alæ, vel legionis, vel tribunus sive cohortis sive legionis mitti dicuntur. *l. 2. in pr. D. de His qui not. infam.* Add. *l. 4. & fin. C. de Testam. mil.*

XIII. *Ad l. 24. & 40.*] Scrupulosa regularum observatio in testamentis ordinandis remissa est militibus, eorumque sola voluntas spectatur, quæ quoquo modo inveniatur, sive scripta sive sine scriptura non observatis solennibus valet. *h. l. 40. l. 3. C. eod.* Reperiuntur tamen aliquæ leges quæ in testamento militis locum obtinent: Quò pertinet 1° edictum de bonorum possessione, ut intra certum tempus agnosci debeat, quod in testamento militis locum habet. *l. 15. §. fin. h. t.* 2° Lex Julia de fundo dotali, si miles legaverit fundum dotalem. *l. 16. D. eod.* 3° Edictum prætoris, quo jusjurandum heredibus institutis legatariisque remittitur. *l. 29. §. 2. D. d. t.* 4°. Lex Ælia Sentia, ut in fraudem creditorum à milite manumissi non habeant libertatem, aut à minore 25. annis. *d. l. 29. §. 1. l. 4. C. eod.* Sic denique SCtum quod captatorias institutiones improbavit. *l. 70. D. de Hered. instit.* in testamento militis locum habet. *l. 11. C. h. t.* Non aliter autem testamentum militis quoquo modo

confectum ſuſtinetur, quam ſi hoc ita itum eſſe legitimis probationibus oſten- *h. l.* 40. legitima verò probatio non tan- ducitur duobus teſtibus, qualis facti ſpe- oponitur in *h. l.* 24. §. 1. *Inſt. de Teſtam.* l & ſcriptura, *l.* 15. *C. de Fid. inſtrum.* vel- uid miles in vagina aut clypeo literis ſan- uo rutilantibus adnotaverit, aut in pulvere ſerit gladio ſub ipſo tempore, quo in præ- æ ſortem derelinquit. *l.* 15. *C. de Teſtam.*

X V. *Ad l.* 37.] Si duobus à milite ſcriptis bus alter omiſerit hereditatem, pro ea miles videtur inteſtatus deceſſiſſe, nec deficientis heredi ſcripto accreſcit, niſi oluntas defuncti probata fuerit, ut omit- ano ad alterum vellet redire hereditatem. Add. *l.* 1. *&* 2. *C. de Teſtam. mil.* atque hæc tas præſumitur interveniſſe, quando miles navit partes hereditarias, veluti ex uncia, vel triente, ut in *l.* 3. *C. eod.* ſed ſi unum ex ſcripſerit heredem, quantum ad reſiduum nonium inteſtatus deceſſiſſe intelligitur. *. d. t.* quod etiam moribus hodiernis in te- ntis paganorum obſervatur abrogatâ *l.* 8. R. I.

DE ACQUIR. HER.

XV. *Ad l.* 1. 2. 10. *&* 75.] Heres ex plu- partibus inſtitutus non poteſt quaſdam

partes agnoſcere, quaſdam repudiare. *h. l.* 2. & qui ex ſemiſſe ſcriptus heres per errorem ex quadrante adiit hereditatem, nihil egit. *h. l.* 75. ita qui totam hereditatem acquirere poteſt, pro parte eam ſcindendo adire non debet. *h. l.* 1. ſi quis tamen ex aſſe heres deſtinaverit partem hereditatis habere, in aſſem videtur pro herede geſſiſſe. *h. l.* 10. An igitur filius retentâ legitimâ à reliquis bonis paternis ſe rectè abſtinet? Neg. *arg. dd. text. junct. Nov.* 115. *c.* 3. Mores id non omninò ſervant, & tot ſunt hereditates, quot bona diverſis territoriis obnoxia, ut, ſi uno loco repudiare expediat, in altero tutò adire liceat, quod tamen non eſt univerſale. Controvertitur, an ſi in hereditate feudum inveniatur, repudiato allodio feudum retineatur? Filius, ait Feudiſta, in *c. un. de Capitan. qui cur. vend. c.* 3. *verſ. filius.* non poteſt recuſare patris hereditatem retento feudo, poteſt autem propinquus, ſeu agnatus ut habet *c. un. An agnat. vel fil.* qui textus adeò ſunt generales, ut non admittant diſtinctionem inter feudum ex pacto & providentia, & feudum hereditarium.

XVI. *Ad l.* 13. 19. 21. §. *fin. l.* 32. *&* 34. §. 1.] Qui hereditatem vel bonorum poſſeſſionem adire valet, debet certus eſſe, defunctum eſſe teſtatorem. *h. l.* 19. imò qui putat vivere teſtatorem, qui jam defunctus ſit, adire nequit. *h. l.* 32. *in pr.* neceſſe item eſt, ut ſciat, quomodo ſit inſtitutus purè an ſub conditione. *h. l.* 13. ſi

ſub

ſub conditione ſit inſtitutus, conditio extiterit nec ne. *h. l.* 32. §. 1. *l.* 21. *D. de C. & D.* ſi quis tamen pro parte ſit inſtitutus heres, pro parte ſubſtitutus ſub conditione, hoc caſu licet ignoraverit conditionem extitiſſe, recte adit hereditatem. *h. l.* 21. §. *fin.* ſed hîc error ſive opinio heredis in acquirenda hereditate ei non nocet, veluti heres, qui, purè inſtitutus putat ſe ſub conditione inſtitutum, paruit conditioni, recte adiit. *h. l.* 34. §. 1.

XVII. *Ad l.* 20. *&* 88.] Geſtio pro herede requirit factum gerentis, ut aliquid gerat quaſi heres, *h. l.* 20. veluti vendendo, locando res hereditarias. §. *fin. Inſt. de Hered. qual. & diff.* item qui retinet non hereditarium quaſi hereditarium; atque ita in *h. l.* 88. ſtrictius accipitur, quando pro herede ſe gerere dicitur is, qui animo agnoſcit ſucceſſionem, licet nihil attingat hereditarium. Et in hac geſtione pro herede requiritur quoque inprimis, ut heres animo gerendi ſe pro herede actus iſtos explicuerit. *d. l.* 20. Non enim cenſetur ſuſcepta hereditas propter ceſſionem vel in ſolutum dationem bonorum hereditariorum, ſi proteſtatur is qui cedit vel in ſolutum dat, ſe non acquirendæ hereditatis animo hoc facere, *arg. ejusd. l.* 20. *in pr. &* §. 1. *l.* 14. §. 8. *D. de Religioſ.*

XVIII. *Ad l.* 37.] Heres ſuccedit in omne jus mortui. *h. l.* quod non cohæret perſonæ; quod perſonæ cohæret, ad heredem non tranſit. *l.* 8.

§. 3. *D. de Lib. legat.* quare hereditas non adita non tranſmittitur ad heredis heredes. *l.* 4. *C. Qui admitt. ad bon. poſſ. l. un.* §. 5. *C. de Caduc. tollend.* §. *fin. Inſt. de SC. Orphit.* excipiuntur ſui heredes, qui hereditatem teſtamento derelictam in heredes etiam extraneos tranſmittunt. *l.* 7. §. 1. *D. h. t. l. un. C. de His qui ante apert. teſtam. tabb.* quæ etiam tranſmiſſio ex ſententia DD. ad heredes ab inteſtato venientes extenditur: Sed deſtituuntur lege, imò contraria eſt *l.* 2. *C. Ad SC. Orphit.* Moribus hodiernis abſque aditione tranſmittitur hereditas, ſive heres ſciens ſive ignorans hereditatem ſibi delatam eſſe deceſſerit. *LL. Ruremund. p.* 3. *tit.* 7. §. 6. *art.* 5. *LL. Antwerp. tit.* 47. *art.* 7. Poſt aditionem dicitur hereditas, per abuſionem vel potius διακελτικῶς, ἀναφορικῶς, per relationem. vid. *l.* 18. §. 1. *D. Ad l. Falcid. l.* 8. *D. de Su. & legit. her.* propriè vocatur hereditas, quæ nondum eſt adita, quæ enim eſt adita confunditur cum bonis ejus, qui adivit. *l.* 10. §. 2. *D. de Vulgar. & pupill. ſubſtit.* Vid. ſupr. *Exerc.* 6. *aſſ.* 23.

XIX. *Ad l.* 38.] Sui heredes ſunt liberi, qui fuerunt in poteſtate morientis eo tempore quo quis moritur, & qui tempore delatæ hereditatis proximiorem gradum obtinent, οἱ γνήσιοι καὶ αὐτοκληρονόμοι. §. 2. *Inſt. de Hered. qual.* quia parenti ſtatim ipſo jure heredes exiſtunt, & illicò apparent heredes etiam ante apertas teſtamenti tabulas. *l. fin.* §. 2. *C. de Curat. furioſ.* ut nec aditionis

onis aut cretionis solemnitas iis sit necessaria. *l.* 14. *D. de Su. & legit. her.* add. *l.* 1. §. 7. *D. Si quis omiss. caus. testam.* Non adeunt hereditatem, sed retinent. *l.* 12. *§. ult. D. de Bon. libert.* interdum tamen etiam, sed abusivè, dicuntur sui adire hereditatem, ut in *h. l. & l.* 4. *C. de Instit. & subst. l. fin. C. de Repud. her. l.* 10. *D. de Collat.* Ex his autem qui adeunt, nemo cogitur adire hereditatem. *l.* 16. *C. de Iur. delib.* quales sunt extranei. §. 5. *Inst. de Hered. qual.* Filius quidem dicitur heres existere matri suæ ipso jure in *l. pen. D. de Su. & legit. her.* sed hæc verba, *ipso jure*, non excludunt factum aditionis aut pro herede gestionis, sed ad cretionis solennitatem, & bonorum possessionem respiciunt. *l.* 3. *C. Ad SC. Orphit.*

XX. *Ad l.* 52. *&* 63.] Filiusfam. heres institutus adit hereditatem patris jussu, ne parens invitus æri alieno obligetur. *l.* 6. *D. h. t.* & hic jussus si præcesserit, acquirit filius ex aditione hodie sibi proprietatem, patri usumfructum. *l. fin. C. de Bon. quæ liber.* Ex quâ constit. filius etiam patre reluctante hereditatem adire potest, plenamque proprietatem consequitur: Constante patris furore filio cum heres institutus est, jus adeundæ hereditatis à Principe conceditur, atque hæc hereditas filio acquiritur, cui ideo permittitur servos hereditarios manumittere. *h. l.* 52. sed & patri furioso per filium, quem in potestate habet, commodum hereditatis acqui-

 ritur.

ritur. *h. l. 63.* quando filius forte interveniente auctoritate curatoris hereditatem adiit. *l. ult. C. de Curat. furiof.*

XXI. *Ad l. 57.*] Hereditatem repudiat heres extraneus deftinatione contraria, quando declarat voluntatem vel verbis, vel fcripto aut etiam nutu teftatur. *l. 95. D. h. t. l. 6. D. Ad SC. Trebell.* aut re & facto aliquo. *l. 17. §. 1. l. 77. D. h. t.* Semel autem acquifita hereditas repudiari nequit. *l. 88. D. de Her. inftit. l. 4. C. de Repud. her.* nifi minor 25. annis damnofam adierit hereditatem, qui poftea remedio reftitutionis eam repudiat. *h. l. l. 7. §. 10. D. de Minor. d. §. 5. Inft. de Her. qual.* fed hoc cafu fubftitutus vulgariter in hanc hereditatem non fuccedit, quia fubftitutio vulgaris aditione hereditatis exfpirat. *l. 5. C. de Impub. & al. fubftit.* aliud autem obtinet in pupillari fubftitutione. *d. l. 7. §. 10. l. 44. D. de Re jud.* quæ non immixtione fui heredis, fed pubertate evanefcit, ut probatum fupr. *aff. 5.*

XXII. *Ad l. 79. & 82.*] Per fervos acquiritur dominis etiam invitis. *§. 3. Inft. Per quas perfon. nob. acq.* hoc ad jus pertinet, quatenus ne momento quidem aliquo in fervi perfona fubfiftere poteft. *h. l. 79.* Sed dominus legatum fervo relictum repudiare non prohibetur. *l. 7. D. de Legat. 1.* Ut autem inftitutio fervi fuftineatur, requiritur, ut dominus fit capax acquirendæ hereditatis. *§. 4. Inft. de Hered. qual.* quia teftamenti

renti factio passim cum servis ex persona dominorum introducta est, unde si dominus sit in totum incapax, nec servus ejus recte heres institui-tr. *l.* 31. *D. de Her. inst.* secus est si dominus secundùm quid tantum fuerit incapax. *h. l.* 82.

XXIII. *Ad l.*84.] Si omisso posthumo filius filus sit institutus eique nemo substitutus, posthmus autem dein nascatur, certum esse incipit, neminem ex eo testamento heredem fore, hic igitur filius natus ab intestato patri heres existet. 16. *D. de Lib. & posth.* quia destitutione testamenti res ad causam intestati redit. *l.* 181. *D. de R. I.* sed in eventum vel casum futurum posthumi nati vel nascituri bonorum possessione filio succurritur. *h. l.*

XXIV. *Ad l.* 90.] Sola animi destinatione acquiritur hereditas. *l.* 6. *C. de Iur. delib.* §. *fin. Inst. de Her. qual.* sed est necesse, ut hæc voluntas verbis exprimatur, nam propositum in mente retentum nihil operatur, *arg. l.* 7. *C. de Condict. ob caus. dat.* Non igitur per procuratorem acquiritur hereditas; adire hereditatem intelligitur, qui mandat adiri, & nihil remanet faciendum per procuratorem: Et vel maximè cum aditio hereditatis referatur inter actus legitimos, qui alieno nomine expediri nequeunt. *l.*77. & 123. *D. de R. I.* unde non malè legitur *h. l.* pro *per curatorem, per procuratorem*; est hoc præcipuum in procuratore Cæsaris, si is heres instituatur, ut immiscendo se hereditati procurator

heredem Cæſarem faciat. *l.* 1. §. *fin. D. de Offic. procurat. Cæſ.* ſed bonorum poſſeſſio rectè per procuratorem petitur. *l.* 3. §. 7. *D. de Bon. poſſeſſ.*

SI QUIS OMISS. CAUS. TESTAM.

XXV. *Ad l.* 1. §. 3.] Servus factum aditionis præſtare præcisè non compellitur, *arg.* §. 2. *Inſt. de Stipul. ſerv.* & recuſando efficere poteſt, ne dominus per ipſum acquirat hereditatem, ad hunc effectum, ut excluſo domino ſubſtitutus admittatur. *l.* 3. C. *de Her. inſt.* ſed in favorem legatariorum à magiſtratu adire cogitur ad excludendam fraudem domini, qui ab inteſtato hereditatem poſſidere malebat. *h.* § 3.

XXVI. *Ad ejusd. l.* §. *ult. l.* 2. §. 1.] Qui per fraudem omiſit hereditatem, ut ad legitimum perveniat, legatorum portione tenebitur, non poſſeſſor. *h.* §. *fin.* exemplo ejus qui omiſsâ causâ teſtamenti ab inteſtato poſſidet hereditatem, utique ſi pretio accepto prætermiſerit hereditatem. *h. l.* 2. ubi verò gratis repudiavit, in fraudem tamen eorum quibus quid relictum eſt, poſſeſſor utili actione conveniendus eſt. *h.* §. 1.

DE JURE CODICILL.

XXVII. *Ad l.* 6. §. 3. *l.* 8. §. 2.] Qui teſtamentum facere prohibetur, nec codicillos facere poteſt. *h.* §. 3. exigitur in eo qui codicillos facere vult, ut jure teſtamenti factionem habuerit; cæterum, ſi, qui jure teſtamenti factionem habuit,

de

d facto impediatur testari, fortè quia sufficien-
tem testium facultatem non habet, codicillos
rectè facit. *h.* §. 2. ubi sufficiunt testes quinque,
licet non sint specialiter rogati. *l. ult.* §. *ult.* C.
d. Iur. codicill. atque eò respicit *pr. Inst. de Co-
dicill.*

EXERCITATIO XXI.

RESPONDENTE

PETRO à SANEN.

DE LEGAT. I.

Ad *l.* 1.] Scrupulosa verborum obser-
vantia in legatis est sublata. *l.* 21. C. *de
legat.* sed legata fideicommissis particularibus
sunt per omnia exæquata. Constit. Justin. in *l.* 2.
C. Comm. de legat. §. 3. *Inst. de Legat.* nisi fortè
differentia à manifestâ testatoris voluntate pro-
cedat, qualis occurrit in casu libertatis relictæ
directè aut per fideicommissum, secundùm §. 2.
Inst. de Singul. reb. per fideicommiss. rel. quod igi-
tur dicitur in *h. l.* legata per omnia esse exæqua-
ta fideicommissis, non est adscribendum Ulpia-
no, neque restringendum ad interdictum quod
legatorum, aut imputationem quartæ Falcidiæ,
in quam ea duntaxat imputantur quæ jure here-
ditario acquiruntur, non quæ jure legati vel fi-
deicommissi vel conditionis implendæ causa ac-

cipit heres. *l. 91. D. Ad l. Falcid.* Fideicommissa tamen largâ appellatione legati continentur. *l. 87. D. de Legat. 3.*

II. *Ad l. 8. 22. 44. §. 2. & 4. l. 65. §. fin.*] Si fundo legato testator aliquid adjecerit, augmentum cedit legatario. *h. l. 8.* unde si areæ legatæ post testamentum factum ædificium impositum sit, utrumque debebitur & solum & superficies. *h. l. 44. §. 4. l. 39. D. de Legat. 2.* nisi constet testatorem ideo aream inædificasse, ut legatum adimeret, quæ mutatæ voluntatis probatio heredi injungitur, qui dicit mutatam voluntatem testatoris, id debet probare. *l. 2. D. de Probat.* Ad hunc casum verisimiliter refertur *l. 79. §. 2. D. de Legat. 3.* Et si insula legata sit combusta, adhuc area vindicabitur. *h. l. 22.* sed si destructa domo aliam testator eodem loco ædificaverit, interit legatum, nisi testator mutaverit voluntatem suam. *h. §. fin.* Lanâ autem legatâ, vestis, quæ ex ea facta est, non debetur. *l. 88. D. de Legat. 3.* nisi constet testatorem id voluisse, quò ref. *d. l. 44. §. 2.*

III. *Ad l. 16. inpr. & §. ult. l. 33. l. 34. §. 9. l. 114. §. fin.*] Quantum attinet ad jus accrescendi intererat olim inter legatum damnationis & vindicationis; si conjunctis re tantum (qui dicuntur disjuncti oppositivè ad reliquos conjunctos, quos rei & nominum complexus jungit) legatum sit per damnationem, concursu partes non faciebant, sed singulis solidum debebatur;

batur; ſed ſi ita legatum ſit per vindicationem, concurſu partes faciebant: In conjunctione mixta, ſi per damnationem conjunctim ſit legatum, deficientis pars non accreſcebat alteri, ſed remanebat in hereditate, quò *h. l.* 16. *in pr. l.* 34. §. 9. ſin per vindicationem, accreſcebat aliis. *h. l.* 16. *§. fin.* Vid. *Vlp. in fragm. tit.* 24. §. 11. *&* 12. Hodie indiſtinctè concurſu ſcinditur legatum, niſi evidentiſſimis probationibus oſtendatur, teſtatorem ſingulis ſolidum dari voluiſſe. *l. un. §.* 11. *C. de Caduc. toll.* quò *h. l.* 33. *&* 114. §. *fin.* Add. *ſupr. Exerc.* 9. *aſſ.* 16.

IV. *Ad l.* 24.] Quod adhuc actu non eſt in rerum natura legari poteſt, veluti, *quicquid illa ancilla peperiſſet*, vel ita, *ex vino quod in fundo meo natum fuerit. h. l. §.* 7. *Inſt. de Legat.* Et hoc legatum rei futuræ eſt purum, quatenus nondum natis fructibus vel partu decedente legatario legatum ad heredes tranſmittitur. *l.* 25. §. 1. *D. Quand. di. legat.* eſt etiam conditionale, reſpectu diſpoſitionis, obligationis & actionis, quatenus antequam quicquam natum eſt, præmaturè agitur. *l.* 73. *D. de V. O.* Quomodo autem heres teneatur, ſi nihil naſcatur, aut non tantum quantum teſtator legaverat, dicam ad *l.* 8. §. 2. *de Legat.* 2.

V. *Ad l.* 20. 32. *§.* 1. *l.* 37. *in pr. &* §. 1. *l.* 39. §. 6. *l.* 71. 108. *§.* 2. *l.* 110.] In generali & alternativa obligatione electio tribuitur debitori. *l.* 106. *D. de V. O.* §. 33. *Inſt. de Action.* ratio eſt

in

in *l.* 38. §. 18. *& l.* 99. D. *de V. O.* sed in legato generis electio conceditur legatario. *h. l.* 20. 71. *&* 108. *§.* 2. §. 22. *Inst. de Legat.* quod tamen ita intelligitur, ne optimum vel pessimum accipiat legatarius. *h. l.* 37. *in pr. & l.* 110. Interdum electionem habet heres, quando hoc testator voluit, veluti in *h. l.* 32. *§.* 1. *l.* 37. §. 1. *l.* 39. §. 6. quando usus est verbis damnationis, ceu verba sua direxit ad heredem, ut in *l.* 19. *l.* 43. §. *ult.* D. *de Legat.* 2. *l.* 29. *§.* 1. *in fin.* D. *de Legat.* 3.

VI. *Ad l.* 39. *§. fin. l.* 40. *&* 114. §. 5.] Si legentur res, quæ absolute hominum commercio sunt exemptæ, vel quarum commercium non est, nisi jussu Principis, ne quidem æstimatio est præstanda. *h.* §. *fin.* §. 4. *Inst. de Legat.* sed si heres rem, cujus commercium non habet, jubeatur præstare ei, qui ejus commercium habet, obligatur in ipsam rem vel in ejus æstimationem. *l.* 49. *§.* 3. D. *de Legat.* 2. *jung. l.* 34. D. *de V. O.* sed si legatarius ejus rei commercium non habeat, adeo inutile est legatum, ut ne quidem æstimatio debeatur. *d. l.* 49. §. 2. nisi forte legatarius de facto impediatur, veluti si propter vitium corporis sui rem legatam habere non possit. *h. l.* 114. §. 5. Per fideicommissum etiam si relinquatur ei cujus quidem commercium fideicommissarius habet, sed cui possidendi jus non est, æstimatio debetur, veluti si mancipium Christianum Judæo legetur, isque rogetur, ut id restitue-

ſtitueret Chriſtiano. *h.l.* 40. ſi quis ſervo alieno ſciens legaverit militiam, quæ non eſt in ſervi commercio, æſtimatio debetur. *l.* 11. §. 16. *D. de Legat.* 3. militiâ legatâ æſtimatio cenſetur legata. *d. l.* 49. §. 1. *D. de Legat.* 2. Moribus hodiernis non debetur æſtimatio rei legatæ contra ſtatutum, quod prohibet teſtamenti factionem vel ultimæ voluntatis diſpoſitionem ſuper re immobili patrimoniali, quomodo pronuntiavit Senatus Friſiæ.

VII. *Ad l.* 41. *§.* 2.] Si purè legetur legatario res, quæ jam ejus eſt, adeo legatum eſt inutile propter regulam Catonianam, ut, licet poſtea legatarius eam alienaverit, nec ipſa res, nec ejus æſtimatio debeatur. *h.* §. *§.* 10. *Inſt. de Legat.* ſed ſi ſub conditione mihi res propria legetur, valet legatum, ſi exiſtentis conditionis tempore res non ſit mea, quia ad legata conditionalia regula Catoniana non pertinet. *h.* §. 2. *l. pen. D. de Regul. Caton.* quo referri ſolet. *l.* 1. §. *fin. D. eod.*

VIII. *Ad l.* 43. *§. pen. l.* 65. §. 1. *& l.* 75.] Inſtitutio heredis alieno arbitrio permiſſa, eſt vitioſa, quia teſtamentorum jura ab alieno arbitrio pendere non debent. *l.* 32. *D. de Her. inſtit.* Valet autem legatum quod in voluntate tertii ponitur. *h. §. pen.* non quidem ut ab eo pendeat vis legati, ut is ſit quaſi arbiter & dator legati, quomodo in alienam voluntatem legatum poſſe conferri negatur in *l.* 52. *in fin. D. de C. & D.* ſed

con-

conferri debet in arbitrium extranei tanquam conditionem. *l.* 1. *D. de Legat.* 2. si aliquando eum velle & voluntatem suam declarare contingat, *arg. l.* 11. §. 5. *D. de Legat.* 3. add. *l.* 46. §. 2. *D. de Fideicomm. lib.* Neque in heredis voluntate legatum poni potest. *h.* §. *pen.* quod iterum accipiendum est de pleno arbitrio & mera heredis voluntate, nam valet legatum vel fideicommissum si ita sit relictum, *si æstimaverit heres, si comprobaverit, si justum putaverit*, quoniam hoc ei quasi viro bono commissum est. *h. l.* 75. *d. l.* 11. §. 7. Legatarii autem arbitrio facilius legatum committitur. *h.* §. 1. *l.* 69. *D. de C. & D.*

IX. *Ad l.* 69. §. 2. *& l.* 84. §. 6.] Si pater pro filia dotem promiserit genero, mortuo patre agit maritus contra heredes soceri actione ex stipulatu. *l.* 5. *C. de Dot. promiss.* sed mulieri cujus nomine dos est legata, datur actio ex testamento, quia maxime interest mulieris. *h.* §. 2. convenire autem inter eos oportet, ut alterutra actione sint contenti. *h.* §. 6. imò marito actio ex testamento conceditur, si ei dos nondum debita legetur, & constet legatum in arbitrio utriusque & mariti & uxoris. *l.* 48. §. *fin. D. de I. D. l.* 71. §. 3. *D. de C. & D.*

X. *Ad l.* 71. §. *pen. & ult.*] Cui jus est donandi, ei & vendendi & concedendi jus est. *l.* 163. *D. de R. I.* sed hæc regula non est perpetua, nam curiales sine decreto res immobiles vel mancipia rustica vendere prohibentur, donationes autem vel

el permutationes vel quoslibet alios contra-ctus ſine decreto celebrant. *l. ult.* C. *de Præd. de-cur. lib.* 10. Eodem modo licet Emphyteutæ in-conſulto domino directo emphyteuſin donare. *l.* 1. C. *de Fund. patrim. lib.* 11. legare. *bb.* §§. 219. *D. de V.S.* § .3. *Inſt. de Locat. Conduct.* etiam-num hodie, *arg. l.* 32. *in fin.* C. *de Appell.* Si em-phyteuta extraneum præferre velit deque eo be-ne mereri malit, atque dominum beneficio affe-ctum nolit, durum fuerit, ejus liberalem ani-mum metu commiſſi cohibere, cùm amicis ut plurimum donare & legare ſoleamus. *l.* 9. *D. pro ſoc. l.* 9. *D. Si quid in fraud. patron.* Et ſi ſit le-gatus fundus vectigalis ſeu emphyteuticarius, ante præſtitum legatum vectigal, tributum, vel aliud onus temporis præteriti ſolvere tenetur heres. *l.* 39. §. 5. *h. t.* verum legatarius, poſt-quam legatum accepit, ob non ſolutum vectigal temporis præteriti condemnandus eſt. *l.* 5. §. *fin. D. de Cenſib.* quia in vectigalibus ipſa prædia non perſonæ conveniuntur, & ideo poſſeſſores etiam præteriti temporis vectigal ſolvere debent. *l.* 7. *D. de Publican.* Emphyteuta autem ſua ἐμπονήματα ceu meliorationes ſine domini conſenſu vendere & jus ſuum pretio accepto in alium transferre prohibetur, ſed debet dominum ad-monere venditionis, eique teſtatò denuntiare, quo pretio fundum venalem habeat, quanti ſit jus ſuum, quantumque ab alio in rei veritate ac-cipere poſſit; & dominus intra duos menſes te-

netur

netur jure ſuo uti, paremque quantitatem offerre; alioquin emenſo bimeſtri ſpatio libera alienandi facultas competit emphyteutæ, atque ſilentium pro conſenſu habetur. *l.* 3. *C. de Iur. emphyteut.* Habet igitur dominus iſto caſu ſi velit jus προτιμήσεως, atque præfertur extraneo emptori; ſed jus illud regulariter eſt prohibitum conſtitutione *l.* 14. *C. de Contrah. empt.* quamvis ab Imp. Frederico in uſum revocatum 5. *Feud. tit.* 13. *& ſeq.* & ubivis fere gentium conſuetudine receptum ſit. *LL. Transiſul. p.* 2. *tit.* 8. §. *pen. & ult. Ordin. Friſic. l.* 1. *tit.* 12. Add. *Levit.* 25. *v.* 25. *Hierem.* 32. *v.* 7.

XI. *Ad l.* 79.] Si mihi & Titio ſtipuler decem, ſola quinque debentur, pars aliena deducitur, ut quod extraneo inutiliter ſtipulatus ſum, non augeat meam partem. *l.* 38. §. 19. *& l.* 110. *D. de V. O.* aliud eſt in legatis, ubi ſi teſtator teſtamento ſuo decem dari juſſerit Titio & Seio, ſingulis decem debentur. *h. l. l.* 44. *in fin. D. de Legat.* 2. ſtipulationes ſtrictiorem recipiunt interpretationem, *l.* 99. *D. de V. O.* teſtamenta pleniorem, *l.* 12. *D. de R. I.*

XII. *Ad l.* 92. *&* 120. §. 1.] Si propter æs alienum fundus legatus ſit diſtractus præſente & aſſignante eo, cui legatum vel fideicommiſſum debebatur, nihilominus legatarius petitionem precii habet. *h. l.* 92. quando tanquam teſtis aut ſignator interfuit venditioni, atque ea mente venditioni conſentit, ut ex pretio, quod debetur, con-

consequatur. *l.* 88. *§.* 14. *D. de Legat.* 2. sed si omnes, quibus legatum vel fideicommissum relictum est, simpliciter, palàm & disertè ad distinctionem consentiant, nulla fideicommissi aut legati petitio superest. *h. §.* 1. Vid. quæ supra notavi ad *l.* 39. *D. de Pignor. act.*

XIII. *Ad l.* 114. *§.* 8.] Qui in testamento liberos suos emancipare rogatus fuit, non cogitur hoc facere. *h.* §. 8. secundùm vulgarem juris formam, quæ verba transponi solent ex *fin. §.* 7. *h.l.* nam extra ordinem constitui debet, eum, qui agnovit id quod sibi relictum est hac contemplatione, ut liberos suos emanciparet, cogendum emancipare, ne circumveniatur testantium voluntas. *l.* 92. *D. de C. & D.* Ita qui desiderant emancipari, sæpius causa cognita audiuntur, veluti impubes, qui adoptatus est, pubes factus. *l.* 32. *D. de Adopt.* vel si alia justa causa subsit, ut si patres lenones filiabus peccandi necessitatem imponant. *l.* 12. *C. de Episcop. aud.* si liberi à parente male contra pietatem afficiantur. *l. ult. D. Si à par. qu. man.* unde non facile nec ullo prætereà modo parentes sunt cogendi. *l.* 8. *in fin. D. de lib. §. fin. Inst. Quib. mod. jus pot. patr. solv.* Add. *l.* 4. *C. de Emancip. lib.* unde limit. *l.* 31. *D. de Adopt.*

XIV. *Ad l.* 124.] Si heredes nominatim emancipati dare quid damnati sunt, viriles partes præstabunt, quia personarum enumeratio hunc effectum habet, ut exæquentur in legato

præſtando. *h.l.* quod procedit, quando ſunt expreſſa propria ſingulorum heredum nomina: ſi omnes heredes ſint nominati, non tamen propriis nominibus, quomodo etiam nominatim legatum accipiendum eſt, licet nomen proprium pronuntiatum non ſit. *l. 90. D. de Legat. 3.* heredes pro portionibus hereditariis obligati ſunt. *l. 54. §. fin. D. h. t.* Eodem ſenſu omnes heredes, omnes heredes excepto aliquo, certæ perſonæ heredum ſint nominatæ in *l. 17. D. de Duob. re.*

DE LEGAT. 2.

XV. *Ad l. 8. §. 2. & l. 12.*] Si quantitas, pecunia legata in bonis legantis non ſit, ſolvendo tamen hereditas ſit, heres pecuniam legatam dare compellitur. *h. l. 12.* Hodie licet non ſit ſolvendo hereditas, heres ſolida legata præſtat, ſi non confecto inventario adierit hereditatem. *l. fin. §. 12. C. de I. Del. Nov. 1. c. 1. §. 2.* Quando autem fructus naſcituri ſunt legati, ſi nihil naſcatur, nihil quoque debetur, vel ſi non naſcatur tantum quantum teſtator legavit, heres non tenetur ad præſtationem totius, ſed ad id quod natum eſt, perinde ac ſi teſtator quaſi per modum limitationis vel taxationis, ſi hoc vel ſi tantum fuerit, legaſſe videatur. *h. §. 2. l. 5. D. de Trit. vin. leg.* aliud dicendum eſt, ſi fundus ſolum ponatur ad deſignationem vel demonſtrationem, quando deſignat duntaxat teſtator, unde fructus

ſint

fit sumendi, quo ref. *l. 27. §. fin. D. de Legat. 3. l. 2. D. de Alim. leg.*

XVI. *Ad l. 17. & 60.*] Si quis restituere sit rogatus capaci, sed qui mortis tempore fideicommissum prohibetur capere, etiamsi deficiat fideicommissum, non tamen id legatum legatario ademptum esse censetur. *l. 10. §. 1. D. de His qui ut indign.* Eadem ratione si quis Titio decem legaverit, & rogaverit, ut ea restituat Mævio, isque mortuus fuerit, legatum non est ademptum, sed remanebit penes legatarium. *h. l. 17.* quia in fideicommissis potiorem causam habere eum, cujus fides electa est, Senatus voluit. *h. l. 60.* quæ præsumptio legati non adempti fundatur in eo, quod testator alias Titio legatarius non fuisset, sed rectâ heredem de præstando fideicommisso rogasset, excipitur nisi Titius duntaxat ut minister ὑπεργὸς electus sit. *d. l. 17.* quod præsumitur in *l. pen. §. 1. D. de Alim. leg.*

XVII. *Ad l. 29. in fin. l. 61. §. 1.*] Quibus legatis est heres institutus, eadem repetita esse intelliguntur in substitutione, quæ etiam regula porrigitur ad coheredem, qui cum suo onere consequitur accrescentem portionem, ut legata & fideicommissa à coherede relicta præstare teneatur. *h. l. 61. §. 1. l. 78. D. Ad l. Falcid. l. 4. C. Ad SC. Trebell.* add. *l. un. §. 11. C. de Caduc.* nisi non fuerit evidens diversa voluntas testatoris, *l. 74. D. de Legat. 1. l. 2. D. de His quæ in testam. del.* quæ præsumitur, quando nominatim

ſeu reſtrictivè ab aliquo legatur, & heres proprio nomine non ſub appellatione heredis deſignatur. *h.* §. *fin.* quæ diſtinctio jus interdum variat. *l.* 24. *D. Ad. SC. Trebell.*

XVIII. *Ad l.* 34. §. 3.] Si teſtator nominatim annulos & veſtes uxori reddi juſſerit, quaſi propria uxoris fuerint, ea legandi animo uxori dediſſe videtur, niſi contrarium ab herede approbetur. *l.* 18. *D. de Aur. arg. leg.* falſa enim demonſtratio non vitiat legatum. *l.* 17. & 33. *D. de C. & D.* ſed ſi maritus teſtator cum de domo ſua res quaſdam in portorium mulieris tranſtuliſſet, & generaliter uxorem inſtitutam cum aliis vetuerit inquietari, non ideò heredes ea quæ in uxoris domum delata ſunt repetere prohibentur, & neceſſe habet mulier contrariam teſtatoris fuiſſe voluntatem oſtendere, quod niſi fecerit, in hereditate mariti & hæc remanere oportet. *h.* §. 3.

XIX. *Ad l.* 49. *in pr.*] Mortuo bove corium & caro per in rem actionem recte petuntur, quia quod ex re mea ſupereſt, illud meum eſt, ejuſque vindicandi jus habeo. *l.* 49. §. 1. *D. de R. V.* ſed cum peto quod mihi debetur, perempto principali, id quod ſupereſt non petitur, hîc mortuo bove qui legatus eſt, neque caro neque corium debetur. *h. l.* Interitu enim rei naturali ante moram debitor liberatur, & obligatio extinguitur. *l.* 23. *D. de V. O.* unde quia mortuo pecore fructuario extinguitur uſusfructus, ideò

nec

ne in carne nec in corio fructuarius jus habet. *l.* 30. *D. Quib. mod. usufr. amitt.* Alii referunt *h. r.* ad casum, quo vivo testatore bos mortuus est, ad bovem sub conditione legatum, & ante existentem conditionem mortuum, vel denique ad bovem alienum legatum. In condictione furtiva bove subrepto & occiso, condictio & bovis & corii & carnis domino competit. *l.* 14. *§.* 2. *D. de Condict. furt.*

XX. *Ad l.* 76. §. *pen. & l.* 80.] Pro legato consequendo competunt legatariis tres actiones. *l.* 1. *&* 2. *C. Commun. de legat.* §. 2. *Inst. de Legat.* actio in personam ex testamento, actio in rem, & hypothecaria; olim tantum legatum damnationis petebatur actione personali ex testamento. *l.* 14. *D. de Usufr. leg.* legatum vindicationis petebatur variis actionibus, actione in personam ex testamento, in rem, ad exhibendum, & in factum. *h.* §. *l.* 63. *h. t. l.* 108. § 2. *D. de Legat.* 1. *l.* 38. *D. de Iudic.* Datur autem actio personalis ex testamento, quà heres ex aditione hereditatis obligatur ex quasi contractu legatariis & fideicommissariis. §. 5. *Inst. de Obligat. quæ quasi ex contr.* actio in rem, quà dominium morte testatoris rectâ viâ transit ad legatarium. *h. l.* 80. & hypothecaria, quà habet hypothecam tacitam, non quidem in rebus legatis, sed in aliis bonis hereditariis extra res legatas, *arg. l.* 45. *D. de R. I.* atque hæc actio est in rem (licet actioni in rem, quâ utitur dominus, opponatur

in *d. l.* 1. *C. Commun. de Legat.*) ac inſtituitur adverſus quemvis poſſeſſorem. *§.* 7. *Inſt. de Action. l.* 17. *D. de Pignor. l.* 18. *C. eod. junct. l.* 36. *D. de R. V.* & comparatur tantum actioni perſonali in *d. l.* 1. *in fin. C. Commun. de legat.* reſpectu quantitatis debitæ, non ratione ejus, qui ſit conveniendus. Hoc laudavit judicando ſuprema Friſiæ Curia: Concurſus autem harum actionum eſt electivus, non cumulativus, adeoque ſi legatarius una actione ſolidum conſecutus fuerit, quæ superſunt conſumuntur. *h. §. pen.* ratio eſt in *l.* 57. *D. de R. I.*

XXI. *Ad l.* 77. §. 29.] Qui oneratur legatis quaſi futurus heres ex aſſe, ſi idem præter ſpem teſtatoris ex parte ſuccedat, pro portione tantum ea præſtat legata. *h. §. add. l. pen. D. de Iur. codicill.* ſed ſolida legata ille præſtabit, ſi partem ademptam rogaverit alteri per fideicommiſſum reſtitui. *l.* 40. *D. de Legat.* 3.

XXII. *Ad l.* 82.] Multa ſubſiſtunt, etiamſi extiterit ille caſus, à quo initium capere non potuerunt. *l.* 85. §. 1. *D. de R. I.* unde ſi, quod in diem vel ſub conditione debetur, legetur, & vivo teſtatore ſuperveniat dies vel conditio, legatum ſubſiſtit. *l.* 5. *D. Ad l. Falcid.* §. 14. *Inſt. de Legat.* quod legatum hodie tum demum eſt ſine utilitate, quando creditori proſpectum eſt pignore vel conventionali vel legali, veluti in caſu §. 15. *Inſt. eod.* aliàs propter annexum jus tacitæ hypothecæ utilitatem adfert creditori: ſi

tamen

tamen quantitas, (veluti decem) sit legata, non est inutile hoc legatum, quatenus ea non vindicatur quo solent restringere *h. l.* In quantitate legata non habet locum rei vindicatio, nisi certo loco sit demonstrata, veluti, decem, quæ in arca habeo, do, lego. *l.* 51. *D. de Legat.* 1. *l.* 1. §. 17. *D. ut legat. nom. cav.*

DE LEGAT. 3.

XXIII. *Ad l.* 3. §. 2. *& l.* 7. *§. fin.*] Si quis creditori suo legaverit id quod debet, fidei ejus committi non poterit, nisi commodum aliquod ex tali legato consequatur. *h. §. fin.* veluti propter repræsentationem, quomodo lex Falcidia quoque in eo commodo locum habebit. *l.* 1. §. 10. *D. d. l. Falcid.* sed ubi commodum est tale, quod sine ulla diminutione hereditatis legatario accedat, veluti si res quæ ex stipulatu debetur legetur creditori, ejus fidei committi nequit, licet ex legato commodum sentire videatur, quatenus ex legato statim nascitur dominium nec exspectat legatarius ex stipulatu actionem. *h. §.* 2. Neque Falcidia hoc legatum minuit. *l.* 28. §. 1. *D. de Legat.* 1.

XXIV. *Ad ejusd. l.* 7. *princ.*] Sicut deportatus non potest institui heres. *l.* 1. *C. de Her. inst.* ita nec ei legatum jure relinquitur, *arg.* §. 4. *Inst. de Legat. junct. l.* 1. §. 2. *D. de Legat.* 3. Si tamen deportato servo fideicommissum adscriptum fuerit, ad fiscum pertinet, ex

cujus persona legatum hoc sustinetur. *h. l.* 7. qui eo mortuo quoque in bona post deportationem quæsita succedit. *l.* 2. *C. de Bon. proscript.* Hodie hoc esse mutatum probavi supr. *Exerc.* 13. *ass.* 24. In multis etiam Gelriæ partibus publicationi bonorum non est locus, sed hereditate condemnati fruuntur proximi heredes. De *l.* 14. *h. t.* dicam ad *l.* 22. *de C. & D.*

XXV. *Ad l.* 38. §. 6.] Ubi legatum relictum est civitati, ut ex reditibus quotannis in ea civitate memoriæ defuncti conservandæ gratia spectaculum, ludi funebres, celebrentur, si in ea civitate spectaculum celebrare non licet, pecunia legata non cedet lucro heredum, sed eadem pecunia in aliud licitum genus convertetur. *l.* 16. *D. de Usufruct. legat.* sed legatum relictum alicui collegio, propter præsumptam affectionem singularem ad ordinem talem, eo soluto non est ad alium transferendum, sed penes legatarium manebit, utique si per eum non stetit, parere defuncti voluntati. *h. §.* Moribus dissolutis monachorum collegiis, ubi sunt licita, bona eorum piis usibus destinantur.

XXVI. *Ad l.* 68. & 101.] Si testator legaverit prædia omnia, quæcunque in Syria possidebat, prædia, quæ pignori habuit, reliquisse non videtur, si modo in proprium patrimonium non sint redacta, quod fit, ubi ferè spes luitionis est decollata. *h. l.* 101. at ubi testator omne prædium Sejanum reliquit, eam quoque partem ejus-

ejusdem fundi reliquisse videtur, quam ex pignoris causa nactus est, salvo tamen jure debitoris. d. l. 68.

DE ANN. LEGAT.

XXVII. *Ad l.* 4. 5. *&* 11.] Stipulatio *in annos singulos* (licet sit plurium pensionum diversis temporibus exigendarum & solvendarum. l. 58. D. *de Fidejussor.*) est una, perpetua, morte stipulatoris non finitur, sequitur ejus heredes in infinitum. *l.* 16. §. 1. *D. de V. O.* ejusque conditio semel & initio contractus inspicitur. *l.* 78. D. *eod.* Sed si in annos singulos alicui legatum relinquatur, sunt plura legata, & per singula legata jus capiendi inspicitur. *h. l.* 11. primi quidem anni legatum est purum, sequentium conditionale cui inest hæc conditio, si vivat, quare mortuo legatario sequentium annorum legatum non transit ad heredem. *h. l.* 4. *&* 5. *l.* 12. §. 1. *D. Quand. di. leg. d. l.* 16. §. 1. *D. de V. O. l.* 22. *D. de ann. leg. l.* 1. C. *Quand. di. leg.* quod judicando secutus est Senatus Frisiæ. Except. vid. *in l.* 12. §. 1. *l.* 26. D. *eod. l.* 5. C. *d. t.* Rationem differentiæ inter stipulationem & legata licet colligere ex *l.* 9. *D. de Probat. junct. l.* 9. *D. Pro soc.* In præscriptione quoque annuarum præstationum *Iaerlÿckſche Renten*, ab initio cujusque anni, mensis vel alterius singularis temporis fit computatio, non autem ab exordio obligationis tempora præscriptionum computantur, sed hîc

non diſtinguitur, utrum ex contractu, an ex legato annui reditus debeantur. *l.* 7. §. *fin.* C. *de Præſcript.* 30. *ann.* Ita ſæpius fuit judicatum in Camera Spirenſi & in Friſia. Verum hîc ſufficere ad debitorem omnino liberandum præſcriptionem trientis ſeculi, *een verjaringhe van een derdendeel van hondert jaren*, probari videtur ex *LL. R.* Velaviæ, Ruremundenſium, Daventrienſium, Hollandiæ, Galliæ & Cathaloniæ. *Ref. Velav. tit.* 25. §. 2. *ll. Rurem. p.* 3. *tit.* 4. §. 1. *art.* 6. *Stat. Daventr. p.* 3. *tit.* 15. §. 2. De *l.* 21. §. 1. *h. t.* dicam ad *l.* 32. §. *pen. Ad l. Falcid.*

DE USUFR. LEG.

XXVIII. *Ad l.* 5.] Regulariter ſtipulatio, *cum moriar*, eſt valida. *l.* 45. §. 1. *D. de V. O.* §. 15. *Inſt. de Inutil. ſtipul. l.* 15. *C. de Contrah. ſtip.* ratio eſt in *l. un. C. Vt act. ab. her.* niſi tale quid in ſtipulatum deducatur, quod cum perſona extinguitur, quomodo fruſtra quis uſumfructum ſtipulatur, *cum morietur*, ne uſusfructus eo incipiat, unde debet extingui, inutiliter etiam uſusfructus ita legari intelligitur in id tempus collatus, quo perſona diſcedere incipit. *h. l. l.* 51. *D. de Vſufr.*

XXIX. *Ad l.* 27.] Matrimonio illicito pronuntiato, quæ mulier nomine uſusfructus à marito legati poſſedit, ab ea repetuntur. *h. l.* qui enim contra legum præcepta nuptias contraxerunt, in teſtamento quicquam ſibi relinquere pro-

prohibentur, & quod ita relictum est indigno indignæve, sublatum fisco vindicatur. *l.* 13. *& seq. D. de His quæ ut indign.* nisi justo errore ducti aut ætatis lubrico lapsi talem conjunctionem diremerint. *l.* 4. *C. de Incest. nupt.* quo casu non tantum legata ad mulierem ignorantem pertinent. *l. fin. D. de Legat.* 1. sed & donata, *arg. d. l.* 4. Verum licet titulus ille *de His quæ ut indign.* apud plerisque gentes abrogatus sit, non tamen hereditas aut legatum indigno relictum penes eundem remanebit, sed vel heres testamentarius legatum retinebit, vel heres legitimus ab intestato occupabit hereditatem agentemque scriptum heredem vel legatarium indignum exceptione doli mali removebit. *arg. l. pen. §. ult. D. de Bon. poss. contr. tabb.*

DE DOT. PRÆLEG.

XXX. *Ad l.* 1. *§.* 7.] Falsa demonstratio non vitiat legatum, *l.* 17. *in fin. D. de C. & D.* §. 30. *Inst. de Legat.* dummodo quod ita demonstratur sit in rerum natura, secus est si testator fecerit relationem ad non ens. *l.* 40. *§. pen. D. de C. & D.* quare si quis ita legaverit, centum quæ in arca habeo, aut, quæ ille apud me deposuit, si nulla sint, nihil debetur, cum corpora nulla sint. D. §7. Sed centum debentur per fidei commissum *l.* 88. §. 10. *D. de Legat.* 2. Plane quando testator certam summam, vel certum corpus, quod non acceperat, uxori legavit, valet legatum.

tum. *l.* 75. §. 1. *D. de Legat.* 1. §. 15. *Inst. de Legat.*

XXXI. *Ad d. l.* 1. §. 12.] Cum dotem maritus legaverit extraneo, ut uxori restituatur, non habet locum lex Falcidia in ipsa dote. *l.* 57. *D. Ad l. Falcid.* quia suam rem mulier recipere videtur. *l.* 81. §. 1. *D. eod.* sed propter commodum repræsentationis in prælegato dotis Falcidiam obtinuisse non malè asseritur, quatenus actione legati dos una solutione ab herede præstanda erat, actione autem rei uxoriæ dos reddebatur, annuâ, bimâ, trimâ die. *Vlpian. in fragm. tit.* 6. §. *dos si pondere.* h. e. tribus annuis pensionibus, quod tempus dicitur legibus statutum in *l.* 17. *D. de Pact. dot.* fuit igitur hoc legatum unum, in tres pensiones divisum. *l.* 3. *in pr. D. de Ann. legat.* Hodie annuâ die dos redditur si sint res mobiles datæ in dotem, res immobiles illico sunt restituendæ *l. un.* §. 7. *C. de R. V. A.*

DE OPT. LEGAT.

XXXII. *Ad l.* 18.] Homine generaliter legato nihil agit legatarius, si Pamphilum repudiaverit, atque ideo idem recte eligitur, quia frustra repudiatur, quod peti nequit. *h. l.* sed si paciscar, ne velim petere Pamphilum, si eundem iterum petam, removebor exceptione pacti. *l.* 27. §. 7. *D. de Pact.* Pacto enim jus futurum rectè remittitur *l.* 46. *D. eod.* quod quomodo intelligatur vid. supr. *Exerc.* 3. *ass.* 23.

XXXIII. *Ad*

XXXIII. *Ad l. 19.*] Si cui res generaliter legata sit, & legatarius, antequam eam vindicet, decesserit, ad heredem suum legitimum legatum transfert. *l. 12. §. pen. D. Quand. di. legat.* legatum optionis ante Justin. constitutionem fuit conditionale, h. e. si vivus legatarius non optasset, ad heredem nihil transmittebatur, hodie transmittitur ad heredem legatarii, qui vita demigravit, antequam elegerit. *l. 3. C. Commun. de legat.* §. 23. *Inst. de Legat.* quò respicit *h. l.* nisi quis eam malit referre ad legatum alternativum. Aliæ differentiæ inter legatum optionis & generale occurrunt passim, veluti quod in legato optionis expressa electio legatario concedatur, quo, cui optio est legata, optimum possit eligere, quod optio sit actus solennis; quæ in legato generali locum non obtinent. vid. §. 22. *Inst. eod.* *l. 16. §. 2. D. de Legat. 1. l. 77. D. de R. I. l. 37. D. de Legat. 1. l. 9. §. 1. D. de Dol. mal.*

DE INSTUCT. VEL INSTRUM. LEG.

XXXIV. *Ad l. 1. 5. 8. & 12. §. 23. & 27. l. 18 §. 2. & l. 26. §. 1.*] In instrumento fundi sunt ea, quæ fructus quærendi, cogendi, conservandi gratia parata sunt. *h. l. 8.* Fundo instructo continentur ea, quæ ibi paterfamilias habuit, ut fundus esset instructior; non igitur agri instrumentum, sed proprium suum instrumentum reliquisse videtur. *h. §. 27. & seq.* Instru-

ſtrumento autem legato non veniunt ſtatuæ adfixæ, quæ ſunt portio domus. *h. l.* 23. non quâ ædes perficiantur, ſed quæ ornatus ædium cauſa parentur. *l.* 245. *D. de V. S.* Neque etiam inſtrumento fundi legato mola continetur. *h. l.* 18. *§.* 2. ſed molæ manuariæ ſunt inſtrumentum ædium. *h. l.* 26. §. 1. Fundo autem cum inſtrumento legato & alienato inſtrumentum non vindicabitur ex ſententia defuncti. *h. l.* 1. aliud eſt ſi fundus inſtructus, vel fundus & inſtrumentum legetur, quibus caſibus fundo alienato nihilominus inſtrumentum debebitur. *h. l.* 5. atque hinc eſt enucleandus §. 17. *Inſt. de Legat.*

EXERCITATIO XXII.

RESPONDENTE

GERHARDO VAN ALTENA,

DE AUR. ARGENT. &c. LEG.

I. Ad *l.* 7.] Si quis legaverit fundum cum alio communem non adjecta portione, pars legata eſſe cenſetur. *l.* 5. §. 1. & 2. *D. de Legat.* 1. *l.* 74. *D. de Legat.* 3. ſed ſi teſtator partem poſt teſtamentum conditum à ſocio redemerit, pars etiam redempta legatario acquiritur. *l.* 24. §. 2. *D. de Legat.* 1. *l.* 10. *D. de Legat.* 2. quod quidem procedit in acceſſione partis, quæ cum re legata unitur, non in acceſſione corpo-

rum

[...]um [...]paratorum, quomodo si vestem meam, [...]rge[...]um meum legavero, præsens, non futurum [...]temp[...]s comprehensum est. *h. l.* Jus tamen ge[...]neral[...]; hypothecæ etiam ad res futuras produci[...]ur *l.* [...]*n. C. Quæ res pign. oblig.*

I[...] *Ad l. 9. 19. §. 1. & l. 35.*] Cum certum [...]auri [...]el argenti pondus legatum est, quantitas [...]vide[...]r legata. *h. l. 19. §. 1.* non præcisè debet [...]præ[...]ri materia. *h. l. 35.* pretium autem præsen[...]is t[...]nporis præstari debet ceu potest. *h. l. 7.* [...]quo[...]intelligitur de tempore conditi testamenti, [...]quan[...]o quæritur, quid quale, vel quantum præ[...]tan[...]m sit. *l. 41. §. 4. D. de Legat. 3.*

DE LIBER. LEG.

I[...]I. *Ad l. 3. §. 3. l. 15. & 20. in pr.*] Si libe[...]ati[...]it relicta, debitor si conveniatur, utitur ex[...]cept[...]ne; si non petatur, agit, ut per acceptila[...]tion[...]m liberetur. *h. §. 3.* atque hoc etiam lega[...]um [...]rodest heredi, si simpliciter liberatio sit re[...]licta [...]*. l. 15.* non etiam si testator noluerit debi[...]tore[...] molestari, quamdiu viveret. *h. l. 20.*

DE ADIM. LEG.

I[...]. *Ad l. 4. 15. 18. & 24. §. 1.*] Legatum [...]dim[...]tur contraria voluntate, *pr. Inst. de Adim.* [...]*egat.* ambulatoria enim est voluntas defuncti [...]usque ad supremum vitæ exitum. *h. l. 4.* Adem[...]tio [...]utem ista fit, non tantum re, sed & facto, [...]velut si testator rem legatam alienaverit, utique

si con-

ſi conſtet rem alienatam fuiſſe adimendi animo. §. 12. *Inſt. de Legat.* qui animus adimendi colligitur ex alienatione, quæ fit ex cauſa voluntaria, qualis caſus proponitur in *h.l.* 15. *l.* 8. *in pr. D. de Legat.* 1. Secus, ſi teſtator preſſus neceſſitate rei familiaris legaverit. *h. l.* 18. *&* 24. §. 1. de qua alienatione exaudiri poteſt *l.* 27. §. 3. *D. de Inſtruct. vel inſtr. leg.* Cæterum iſta præſumptio non eſt neceſſaria, nam heres, ſi probare poſſit, teſtatorem hac alienatione legatum adimere voluiſſe, audiendus eſt, *l.* 11. §. 12. *D. de Legat.* 3.

DE REB. DUB.

V. *Ad l.* 4. *&* 10.] Legatum incertis perſonis relictum eſt invalidum. *h. l.* 4. §. 25. *Inſt. de Legat.* veluti ſi ſeparatim duobus filiis ejusdem nominis legetur, neque appareat, cui datum ſit, neutri legatum debetur. *l.* 3. §. 7. *D. de Adim. leg.* ſed heres ſi ſolvere paratus ſit, eligere poteſt, cui ſolvat. *l.* 8. §. 3. *D. de Legat.* 2. ſolutum, licet per errorem, non repetit. *d.* §. 25. *in fin.* ſubeſt enim debitum naturale, quod impedit indebiti condictionem. *l.* 13. *&* 29. *D. de Condict. indeb.* ſingulari tamen favore pietatis & religionis legatum relictum pauperibus, vel in cauſam redimendorum captivorum conſiſtit, neque ut incertis perſonis relictum evaneſcit. *l.* 24. *&* 29. *C. de Epiſcop. & cler.* Uti autem regulariter legatum incertis perſonis relictum non valet, ſi duobus ejuſdem nominis Titiis legetur, ita ſi in

eodem

eodem casu Titio singulari nomine legatum adi-
natu, utrique legatum ademptum esse intelli-
itur h. l. 10. quando conjunctim legatum fuit,
ecus separatim. d. §. 7. Unde Senatus Frisiæ
adicavit, legatum intercidisse, legatariis non de-
gnatis scedula, in qua se distributurum legata
estator dixerat. An hodie valet legatum reli-
tum incertis personis? Sic videtur, modò vel
nunc vel ex futuro eventu certitudo aliqua appa-
rere possit. §. 27. *Instit. de Legat.*

DE CONDIT. & DEMONSTR.

V. *Ad l.7. in pr. & §.1.l.18.67.72.§.2.l.77.
2. l.*101. §. *pen. & l.* 106.] Cautio Muciana in
conditionibus negativis consistentibus in non
faciendo locum habet, veluti *si Capitolium non as-
cenderit, si Titium non manumiserit, vel si servum
hereditarium non alienaverit. h. l. 7. in pr. & 67.*
4. §. 1. *D. de Condit. instit.* sed ea non interpo-
itur in iis conditionibus, quæ morte alterius,
quam heredis aut legatarii, cui sunt adscriptæ,
possunt impleri; exempla occurrunt in *h. l.* 72.
2. *3. seqq. alleg.* In stipulationibus ista cau-
tio locum non habet, *l.* 115. §. 1. *D. de V. O.*
Cavendum autem est ei, ad quem jure civili de-
ficiente conditione hoc legatum eave hereditas
pertinere potest. *h.l.* 18. quod intelligendum est
de iis ad quos ex voluntate defuncti devolvitur
hereditas veluti de coheredibus & substitutis vel
fideicommissariis universalibus; unde si quis ex

asse sit institutus heres, hæc cautio non præstatur, quoniam non est cui caveatur. *h. l.* 7. §. 1. *d. l.* 4. §. 1. heredibus enim ab intestato eo cas non cavetur, nisi conjunx ex asse fuerit institutus heres sub conditione non transeundi ad nuptias, quo casu ex nova Justin. Constitutione heredibus ab intestato venturis, qui tempore aditæ à conjuge hereditatis proximi fuerint, cavetur. *Nov.* 22. *c.* 44.

VII. *Ad l.* 17. *l.* 33. *in pr. l.* 34. 72. §. *ult.*] Multum interest inter falsam conditionem & falsam demonstrationem, quod sub falsa conditione legatur, non debetur, veluti *decem quæ mihi Titius debet lego*, si Titius nihil debet, nullum est legatum. *l.* 75. §. 1. *D. de Legat.* 1. falsa demonstratio non vitiat legatum, dummodo constet de voluntate testatoris. *h. l.* 17. 33. & 34. sed nec falsa demonstratio facit legatum, veluti *ex centum, quæ Titio legavi, quinquaginta heres Sejo dato*, si Titio nihil sit relictum, Sejo nihil debetur. *h.* §. *ult.*

VIII. *Ad l.* 22.] Si legetur uxori, si non nupserit, & ejusdem fideicommissum sit, ut Titio restituat, si nubat; restituere cogitur, si nupserit, *l.* 14. *D. de Legat.* 3. sed si ita indefinite legetur mulieri, hæc etiamsi nubat, fideicommissum præstare non tenetur. *h. l.* Ex *l. Iulia Miscella* remittebatur mulieri conditio viduitatis, modò juret intra annum à morte viri se liberorum procreandorum causa nuptias contrahere, post an-

non aliter legatum capiebat quam præstitâ cautione Mucianâ. *Nov.* 22. *c.* 43. Hoc postea sublatum est, licet mulieri sine juramento aut cautione sobolis procreandæ gratia impunè ad secundas migrare nuptias. *l.* 2. C. *de Indict. vid.* Verum jure novissimo Justinianus ad *l. Iul. Miscellam* ferè redivit, & mulieri contra conditionem nubenti legatum ademit; quæ autem ad secunda vota transire non vult, legatum consequetur præstitâ cautione de re cum fructibus restituenda, si contra fecerit. *d. Nov.* 22. *c.* 44. *Authent. Cui relictum.* C. *d. t.*

IX. *Ad l.* 40. *§. ult. & l.* 80.] In legatis & fideicommissis etiam modus adscriptus pro conditione observatur. *l.* 1. C. *de His quæ sub mod.* quatenus modo & conditioni parendum est; differt aliâs modus à conditione, unde parem non dicimus eum, cui ita datum est, si monumentum fecerit, & eum, cui ita datum est, ut monumentum faciat, legatum enim conditionale potius agentem repellit. *h. l.* 80. ubi, quia constat de varietate lectionum, ita legendum, *fideicommissum pro conditionalibus*, adeoque legatum conditionale non transit ad heredem *l.* 4. *D. Quand. di. leg.* Legatum sub modo relictum purum, & statim peti potest, modo postea satisfiat voluntati defuncti, in quam rem cautio est præstanda à legatario, *h.* §. *ult. & d. l.* 80. *l.* 41. *D. de Contrah. empt. l.* 20. *§. ult.* D. *de Manumiss. l.* 19. D. *de Legat.* 3.

X. *Ad l.* 94. §. 1.] Appellatio heredis non tantum refertur ad proximum heredem, ſed & ad ulteriores. *l.* 65. *D. de V. S.* etiam per longiſſimam ſucceſſionem. *l.* 70. *&* 170. *D. eod.* unde in conditione teſtamento inſerta, *ſi heredi dederit,* etiam heredis heres comprehenditur. *h.* §. 1. Ita Innocentius quartus Pontifex Romanus dicit, ſe eſſe immeritum ſucceſſorem Apoſtoli Petri in *c.* 1. *de Homicid. in* 6°. Add. *l.* 22. *C. de Legat.* Interdum tamen ſtrictius vocabulum heredis ſumitur, ut primus duntaxat heres denotetur, veluti in pupillari ſubſtitutione. *l.* 8. §. *fin. D. de Vulgar. & pup. ſubſt.* & ſi deducto uſufructu proprietas legetur. *l.* 14. *C. de Vſufr.* In feudis etiam idem vocabulum reſtringitur ad maſculos: *c. un.* §. 2. *verſ. profectò de l. Conrad.*

AD LEG. FALCID.

XI. *Ad l.* 1. §. 5. *l.* 15. §. 1. *& fin. l.* 17. *&* 46.] Ceſſat detractio quartæ Falcidiæ variis caſibus, veluti quando heres ſolvit integra legata cum ſciret legi Falcidiæ locum eſſe. *l.* 9. *C. h. t.* quia voluntati teſtatoris parere voluiſſe intelligitur. *l.* 5. §. 15. *D. de Donat. int. vir. & ux. l.* 45. *D. Ad SC. Trebell.* & quia ſciens volenſque donaſſe intelligitur, quod retinere poterat, *l.* 53. *D. de R. I.* Eadem eſt ratio ſi cautionem ſuper integra legatorum ſolutione fecerit. *l. ult. C. eod.* quò reſpiciunt, *h. l.* 46. *& l.* 20. §. 1. *D. de Donat.* ſi teſtator eam prohibuerit, *Nov.* 1. *c.* 2. *circ. fin.* abro-

abrogata *h. l.* 15. §. 1. *& ult.* Eundem quoque effectum in tacita prohibitione agnosco, modò testator tali formula sit usus, ex qua animus prohibendi cognosci possit, nihil enim interesse videtur. v. g. inter hanc, *Volo heredem meum omnia legata præstare sine ratione Falcidiæ*, & istam, *Volo heredem meum omnia legata integra præstare, & absque ulla diminutione*, *arg. d. c. 2. junct. l. 12. D. de Reb. dub.* An & Trebellianum testator prohibere potest? Ajo, *arg. ejusd. c. 2. in fin.* quæ sententia multis Curiæ Frisicæ præjudiciis comprobata est. Cessat item Falcidia in testamento militis. *h. l. 17. l. 7. C. Ad l. Falcid. l. 12. C. de Testam. mil.* Sed ad legata, quæ Deo piis causis relinquuntur, lex Falcidia pertinet, *h. §. 5.* add. *l. 49. D. de Episcop. & cler.* ubi contra legem Falcidiam consilium tale suppeditatur, ut ipsi captivi, pauperes, aut ipsorum curatores heredes instituantur, quod consilium non fuisset necessarium, si Falcidia in legato piis causis relicto cessaret, qui textus cum non inveniantur correcti, cur stare prohibentur? *l. 27. C. de Testam.* Hoc tantum inductum est jure novissimo, ut, si heres in legatis præstandis morator vel tergiversator sit, vel dolo malo per mendacium affirmet, vires patrimonii non sufficere, Falcidia cesset. *Nov. 131. c. 12.* unde malè descripta est *Auth. similiter. C. Ad l. Falcid.* Atque hanc sententiam sequitur usus. Alios casus, quibus cessat Falcidia, recensui in *Disput. 8. de Domin. ass. 11. & seqq.*

XII. *Ad ejusd. l.* §. 11. *l.* 14. §. 1. *l.* 15. §. 1. *l.* 26. 73. §. *ult.* & *l.* 93.] Legata per legem Falcidiam ipso jure minuuntur, pars quarta legatariis detrahitur. *h.* §. *ult.* per retentionem. *h. l.* 14. §. 1. *l.* 15. §. 1. & *l.* 93. imò dabatur etiam actio heredi, ut id, quod supra dodrantem est, offeratur. *h. l.* 1. §. 11. & quæ plus ultra Falcidiam legantur excepta à lege & non debita revocantur. *l.* 67. *D. h. t.* quemadmodum è contrario legata, quæ deductionem, cui obnoxia esse cœperant, effugiunt, dicuntur aucta & debita esse. *h. l.* 1. §. 13. & *l.* 87. §. 5. *D. eod.* Ex præcedentibus apparet etiam rei vindicationem, non solam retentionem pro consequenda Falcidia competiisse; si enim plus petere dicitur ille, qui hoc casu legatum petit solidum. §. 33. *Inst. de Action.* si ipso jure legata minuuntur, certè non magis vindicatio concedenda est legatario quam heredi in quem jure successionis dominium quartæ translatum est; textus est manifestus, *h. l.* 26. Hodie non dubitatur, quin vindicationem habeat heres. *l. pen. C. Ad l. Falcid.* neque ideò est abrogatum interdictum Quod legatorum; expeditius enim est, uti judicio possessorio quam petitorio. *l.* 24. *D. de R. V.* imo legatarius qui vi & dolo de hereditate quid subtraxit, causa cadit. *l.* 5. *C. de Legat.*

XIII. *Ad d. l.* 1. §. 14. *l.* 77. 78. & 87. §. 4.] In singulis heredibus est ponenda ratio l. Falcidiæ, quo casu si plures sint gravati plus quadrante

penes

enes eos remanebit. *h. l.* 77. §. 1. *Inst. de l. alcid.* quod si portio deficientis vel repudiantis ccrescat coheredi, confunduntur portiones, si uidem pars non onerata accedat oneratæ, sin ortio onerata accrescat non oneratæ, separatim n portione onerata est habenda ratio Falcidiæ. . §. 14. *& h. l.* 78. nisi filius sit datus coheres, qui vivo patre moriatur, hic perinde habetur, ac i alter solus esset institutus. *h. §.* 4.

XIV. *Ad l.* 30. *in pr. & §.* 7. *l.* 45. *in pr.* 73. *&* 91.] In quantitate patrimonii defuncti acquirenda, spectatur tempus mortis. *h. l.* 73. proinde quæ jacente hereditate accesserunt, ad lucrum heredis pertinent. *h. l.* 30. *in pr.* sed imputantur n quartam Falcidiam, quæ post aditam hereditatem heres consequitur, quomodo commodum medii temporis computatur, si quid in diem relictum sit. *h. l.* 45. *in pr.* In quartam Trebellianicam fructus ante aditam hereditatem percepti veniunt. *l.* 27. §. 1. *in fin. D. Ad SC. Trebell.* In quartam Falcidiam ea duntaxat imputantur, quæ heres capit jure hereditario; in quartam autem Trebellianicam (ubi sufficit simpliciter quartam penes heredem remanere) etiam quæ sunt relicta titulo particulari, veluti ex causa legati vel fideicommissi vel quod conditionis implendæ causa datur heredi *h. l.* 81. nisi quod conditionis implendæ causa datum est, ex defuncti patrimonio non sit profectum, quò referunt *h. §.* 7.

XV. *Ad l.* 32. *§. pen. l.* 47. §. *ult.*] Nun-

quam legatarius vel fideicommiſſarius, licet ex SCto Trebelliano ei reſtituatur hereditas, propriè loquendo utitur l. Falcidiæ beneficio. *h. §. fin.* quando ita teſtator fidei eorum commiſit, ut totum, quicquid ex teſtamento cepiſſent, reſtituerent, ſed ſi legati partem quis reſtituere ſit rogatus, hic legatarius quartam Falcidiam detrahere videtur, quatenus ab herede detractam imputat fideicommiſſario, ne ſolus legatarius damnum patiatur. *h. §. pen.* Imò & legatario, à quo fideicommiſſum relinquitur, eo nomine cavendum eſt. *l. 1. §. 13. & l. 5. D. Si cui plus quam per l. Falcid.* Sed alimentorum favore hoc caſu integra legata ſunt præſtanda. *l. 21. §. 1. D. de Ann. legat.*

XVI. *Ad l. 71. & 86.*] Libera legandi poteſtas erat conceſſa. *l. 12. tabb. l. 120. D. de V. S.* quam, ne ſuprema hominum judicia deſtituantur contra *l. 5. D. Teſtam. quemadm. ap.* coarctavit lex Falcidia, quæ hoc intuitu introducta dicitur in gratiam teſtatorum *pr. Inſt. de l. Falcid.* ſed principaliter lex lata eſt heredis cauſa, ut is præter nudum nomen etiam lucrum capiat. *h. l. 71.* atque ideo dicitur inducta contra ſententiam teſtatoris. *h. l. 86. in fin.* ut nec eam teſtator prohibere potuerit. *l. 15. §. 1. D. Ad l. Falcid.* imò nec in teſtamento militis, quod ſimpliciter voluntatem teſtatoris reſpicit, locum obtineat. *l. 12. C. de Teſtam. mil.*

AD

AD SC. TREBELL.

XVII. *Ad l.* 1.] Lex Falcidia ad legata, SCtum Trebellianum ad fideicommissa pertinet. *l.* 2. §. 6. *C. de Vet. jur. enucl.* quod est exaudiendum de fideicommissis universalibus, ad fideicommissa rerum singularum lex Falcidia porrigitur. *h. l. l.* 2. *&* 5. *C. Ad l. Falcid.* non tantum item ad fideicommissa, quæ ex testamento deferuntur, sed & ad intestatorum successiones propter fideicommissa producta est à D. Pio. *l.* 18. *in pr. D. Ad L. Falcid.* & ad donationes mortis causa à Severo. *l.* 5. *C. eod.* Ideo quando dicit Justin. in §. 5. *Inst. de Fideicommiss. her.* ex singulis quoque rebus, quæ per fideicommissum relinquuntur, eandem retentionem esse permissam, non vult hanc detractionem esse acceptò ferendam SCto Pegasiano, sed comparat Falcidiam Pegasianæ in genere, quatenus utrobique quarta deducitur. In mortis causa capionibus lex Falcidia non habet locum. *l.* 1. §. 8. *& l.* 93. *D. Ad l. Falcid.* quia non capiuntur jure legati vel testamenti. *l.* 8. *D. Si quis omiss. caus. testam.* *l.* 54. *D. de C. & D.* Neque istæ ll. sunt correctæ per *l. pen. C. Ad l. Falcid.* cujus decisio casum propositum egredi non debet.

XVIII. *Ad l.* 3. §. 2.] Licet legitima fideicommisso gravari non debeat. *l.* 30. 32. *&* 36. *C. de Inoffic. test. Nov.* 39. non tamen ideo filius fideicommisso gravatus Legitimam & Trebel-

lianicam ſimul deducere poteſt, *arg. l. 6. C. Ad SC. Trebell.* ubi enim ex alia lege fit deductio alicujus portionis, Falcidia & Trebellianica ceſſant. vid. *l. 1. §. pen. D. Si cui plus quam per l. Falcid. l. 8. §. 15. D. de Inoffic. teſt.* Una tamen hæc quarta deduci poteſt ex rebus diverſis, veluti ex fideicommiſſo univerſali & relictis particularibus. *h. §. 2.* Jure Canonico detractio utriuſque & Legitimæ & Trebellianicæ eſt permiſſa. *C. Raynutius. X. de Teſtam.* quod ſequuntur mores hodierni.

XIX. *Ad l. 9. §. fin. & l. 10.*] Quod debetur in diem, etiam ante adventum diei creditori invito recte ſolvitur. *l. 38. §. 18. l. 137. §. 2. in fin. D. de V. O.* ſed qui fideicommiſſo oneratus eſt, pendente conditione vel die, ſi ſit reſtituere paratus, nihil agit. *h. §. fin.* neque, ſi ante diem vel conditionem ſit reſtituta hereditas, actiones transferuntur, *h. l. 10.* ſi quis tamen poſt mortem ſuam ſit reſtituere rogatus, ſi voluerit ante mortem ſuam judicio defuncti ſatisfacere non prohibetur. *l. 12. C. de Fideicomm.* utique quando reſtitutio eſt facienda certæ perſonæ; ſin incertæ perſonæ, reſtitutio ante mortem facta non valet. *l. 77. §. 10. D. de Legat. 2.*

XX. *Ad l. 19. §. fin. & l. 22. §. 3.*] Uti legitima accipitur deducto ære alieno, *l. 8. §. 9. D. de Inoff. teſt.* ita in ponenda ratione Falcidiæ & Trebellianicæ, ante detrahitur æs alienum, *l. 5. C. Ad SC. Trebell.* quod tamen non pertinet ad actua-

actualem & realem deductionem, sed ad subductionem rationum & computationem, ut sciatur, quantum heres fiduciarius ex bonis defuncti debeat retinere, sed nihilominus successionis onera pro competenti portione ad heredem fiduciarium & fideicommissarium spectant. *l.* 2. *eod.* Fiduciarius etiam, si quem sumptum fecit in res hereditarias, detrahet. *h.* §. 3. atque pro rata portione sumptum, qui factus est in distrahendis conservandisque rebus hereditariis, heredi fideicommissario imputabit. *h.* §. *fin.* quod si æs alienum totam absorbeat hereditatem, nec legata, nec fideicommissa debentur, nec per consequens Falcidia est præstanda. *l.* 16. *C. Ad l. Falcid.*

XXI. *Ad l.* 73.] Non tenetur emptor hereditatis actionibus hereditariis, licet ita inter eum & venditorem convenerit. *l.* 2. *C. de Pact.* *l.*.. *C. de Her. vend.* sed ex SCto Trebelliano actiones utiles transferuntur in fideicommissarium universalem. §. 4. *Inst. de Fideicommiss. her.* si tamen heres nomine suo non hereditario pignora acceperit, actiones non competunt ei, cui restituta fuerat hereditas adversus ipsa pignora, sed hic habet actionem contra heredem, ut ei cedat pro pignoris commodo actionem. *h. l.*

XXII. *Ad l.* 78. §. *fin.*] Remedium *l.* 2. *C. de Rescind. vend.* non habet locum in transactione, veluti si fundum petas valentem centum, & postea transigatur acceptis pro fundo triginta.

h. §.

h. §. Nam ut ſit locus iſti beneficio, duplo plus datum eſſe oportet, quam ſit acceptum. *d. l.* 2. quæ tamen ratio applicari non poteſt tranſactioni, qui tranſigit quaſi de re dubia, & lite incerta atque finita tranſigit. *l.* I. *D. de Tranſaction.* dubius autem litis eventus æſtimari nequit, *l.* 39. §. 3. *D. Ad L. Aquil.* ſed ſi præter læſionem immodicam dolus ex propoſito intervenerit, transactio reſcinditur, *l.* 5. *C. de Dol. mal.* Et ſecundùm hanc ſententiam in Camera Spirenſi aliquoties judicatum eſt; contrarium cenſuit ſuprema Hollandiæ Curia: Senatus Friſiæ pronuntiavit in caſu, quo vendita re, cujus æſtimatio tempore venditionis plane erat incerta, licet ex eventu probata fuerit læſio ultra dimidium, non obtinere remedium. *d. l.* 2.

QUAND. DIES LEGAT.

XXIII. *Ad l.* 5. §. 1. *l.* 22. *&* 26. *§.* 1.] Dies legati puri cedebat olim ex die apertarum tabularum; Ulp. *in fragm. tit.* 25. *verſ. legatorum*, cujus juris veſtigia paſſim occurrunt, veluti in *l.* 31. *D. de C. & D. l. ult. D. de Don. mort. cauſ. cum ſimm.* hodie dies legati puri ex die mortis teſtatoris cedit. *l. un.* §. 1. *&* 5. *C. de Caduc. toll.* quò reſpicit *h. l.* 5. §. 1. nec igitur apertura tabularum, nec aditio hereditatis expectatur, imò ne ſcientia quidem legatàrii requiritur. *l. ult. C. Quand. di. legat.* Si dies legato certus adjiciatur, idem obſervatur, quod in legato puro quod ad ceſſio-

cessionem *d. l. un.* §. 1. sin incertus, veluti, cum pubes factus fuerit, cum quartum decimum annum attigerit, prius veniat dies oportet, quam cedat, h. e. non ante diem à testatore præstitutum diei cessio ad transmissionem valet, quemadmodum in legatis conditionalibus observatur. *h.* 21. & 22. *l.* 46. §. 2. *D. de Legat.* 1. quod tamen ita intelligendum est, quando legatum & dies incertus una enuntiatione comprehenduntur; secus est, ubi ab initio legatum est purum & sola legati petitio in diem differtur, veluti decem do lego, quod legatum accipere debebit, quando ad legitimam ætatem pervenerit. *h. l. pen.* §. 1. *l. un. C. eod.*

UT IN POSSESS. LEGAT.

XXIV. *Ad l.* 13.] Missio quæ fit ex causa damni infecti non decernitur in universa bona, sed in rem eam, de qua damnum timetur, secus est, si quis ventris nomine, aut legatorum servandorum gratia mittatur, ubi missio dirigitur in universa bona. *h. l. l.* 1. *D. Quib. ex caus. in possess. eat.* Neque hoc corrigitur per *Novel.* 53. *c.* 4. §. 1. modo verba ejusdem §. 1. *secundùm mensuram declarati debiti*, πρὸς τὸ μέτρον τοῦ διαφαινομένου χρέους, ad effectum & executionem decreti prætoris referantur.

DE BONOR. POSSESS.

XXV. *Ad l.* 1. 2. & 3.] Bonorum possessio, quæ

quæ hîc non ſignificat actualem rerum detentionem, ſed inſtar hereditatis ſignificat univerſitatem rerum, quæ fuerunt defuncti. *h. l.* 3. *in pr.* non tribuebat dominium quiritarium, ſed bonitarium, prætor uti non heredem ita nec dominum facere poteſt. *l.* 3. *D. Si Vſusfr. pet. h. l.* 1. *§.* 2. & poſſeſſorem tantum jure dominii uſucapio, quæ à lege eſt, facit, *arg. l.* 15. §. 16. *&* 33. *D. de Damn. infect.* re ipſa & effectu bonorum poſſeſſio hodie dominum facit, atque ideò refertur inter modos acquirendi per univerſitatem in §. *ult. Per quas perſ. nob. acq.*

XXVI. *Ad l.* 7. §. *ult. & l.* 8.] Liberis & parentibus tam adoptivis quam naturalibus in petenda bonorum poſſeſſione anni ſpatium, cæteris autem agnatis & cognatis centum dierum ſpatium datur. *§.* 4. *in fin. Inst. de Bonor. poſſeſ.* largius tempus parentibus liberiſque petendæ bonorum poſſeſſionis tribuitur in honorem ſanguinis, qui artandi non erant, quia pænè ad propria bona veniunt. *l.* 1. *§.* 12. *de Succeſſor. edict.* Tempus illud currit ſcienti, *l.* 10. *h. t. l.* 2. *C. Qui admitt. ad bonor. poſſeſſ.* Impuberes ſine tutore agentes nihil ſcire intelliguntur. *l. ult. D. de Iur. & fact. ign.* quæ igitur tutores ſciunt & pupilli ſcire videntur, unde licet tutori bonorum poſſeſſionem pupillo competentem expreſſe repudiare non ſit permiſſum, *h. l.* 8. tacite tamen poteſt, patiendo tempora bonorum poſſeſſioni agnoſcendæ præſtituta præterlabi, *h.* §. 8. *ult.*

ſed

sed pupillus pubes factus tutorem recte convenit, & in integrum restitutionem postulat, ne scientia tutoris noceat pupillo contra *l.* 5. *D. de Iur. & fact. ign.* quomodo jus petendæ bonorum possessionis furioso nunquam deperit, *l.* 1. *D. de Bon. poss. fur. infant.*

De Bon. poss. contr. tabb.

XVII. *Ad l.* 3. *&* 5.] Filius emancipatus sine patris consensu uxorem ducere potest. *l.* 25. *D. de R. N.* & si sine patris consensu uxorem acceperit, revera matrimonium contrahit, etiam ducendo indignam, & tam ignominiosam, ut sit dedecori tam ipsi quam patri talem habere, & nepos admittetur ad bonorum possessionem contra tabulas avi, sed avus jure suo uti eumque exheredare potest. *h.* §. Filiafamilias, quæ mavult vitam luxuriosam degere, quam patri, maritum cum dote dare volenti, consentire, jure exheredatur; si tamen sit egressa annum 25. & parens eam distulerit marito copulare, si sine patris consensu nuptias contraxerit, hoc ei ad ingratitudinem non imputabitur. *Nov.* 115. *c.* 3. §. 11. De filio silet Novella, ideoque simpliciter eum ob causam prædictam exheredari posse nego, exemplo enim pessimum est fœminino vocabulo etiam masculos contineri. *l.* 45. *in fin. pr. D. de Legat.* 2.

XVIII. *Ad l.* 8. *& l.* 10. §. 5.] Liberi exheredatione notati non admittuntur ad bonorum

rum

rum possessionem contra tabb. ne quidem edicto per alios commisso, sed instituere debent querelam de inofficioso. *h. l.* 8. *& h.* §. 5. Si tamen testamentum ipso jure sit nullum, forte altero filio, qui est in potestate, præterito, cum eodem ad successionem ab intestato vocantur. *l. ult. D. de Lib. & posthum.*

EXERCITATIO XXIII.

RESPONDENTE

BERNHARDO à WELDEREN,

DE LEGAT. PRÆSTAND. CONTR. TABB. BON. POSS.

I. *Ad l.*20. §. 1.] Intestato patre mortuo super donationibus immensis mortis causa factis filius queri non poterit, *h.* §. bonorum possessione contra tabb. sed utetur querela inofficiosæ donationis. *l.* 3. *C. de Inoff. donat.* qua quidem ad similitudinem querelæ inofficiosi testamenti donatio rescinditur. *l.* 2. & 4. *C. eod.* sed quatenus minuitur portio liberis debita, i. e. quadrans, vel hodie pro numero liberorum triens aut semis legitimæ portionis ab intestato debitæ. *l.* 5. 7. & 8. *C. d. t.*

DE COLLATION.

II. *Ad l.* 1. §. 16.] Si militia, cujus commodum

n annua quantitate consistit, patris pecunia: empta, ea conferri debet. *l. pen. in. pr. C. d Collat.* sed quæ parentes dedere vel promisere adipiscendi honoris causa, ea non conferri æquum est, propter onera dignitatis, quæ sustinet filius *h. §. 16.* onera enim honoribus cohærent *l. 2. §. 1. D. de Vacat. muner.* solebat in honores fieri erogatio, uti, si filius esset Senator, Præfectus urbi, Prætor, &c. sumptibus propriis spargebantur missilia in vulgus, & ludi edebantur. *l. 45. D. de N. G. l. ult. D. de Petit. hered. l. 41. D. de Donat. int. vir. & uxor.* quæ igitur pater ita dedit, non confert frater fratri; si pater promiserit, onus omnibus erit commune, *arg. l. 2. C. de Collat.* Neque etiam sumptus studiorum & ea quæ ad disciplinam pertinent (licet sub legato alimentorum extraneo relicto non contineantur. *l. 6. D. de Alim. leg.*) sunt conferenda, nisi parens credendi animo ea subministraverit. *l. 50. D. Fam. ercisc.* Loquitur quidem lex de filio emancipato, idem tamen & multò magis dicendum est de filio in patria potestate constituto, pro quo militat major præsumptio. Quæro, an sub studiorum sumptibus studiosorum libri contineantur, ut nec eos filius conferre teneatur. Ex sententia quorundam libri sunt conferendi, quamdiu filius est in cursu studiorum, quod illa librorum datio aut suppeditatio à parente vocari possit: At si pater libros, quos filio comparaverat, non exegerit, postquam titulum
 Docto-

Doctoris filius adeptus est, ex eo tempore peculio q. castrensi adscribuntur, atque ideo collationis immunes. Ego simpliciter sub sumptibus studiorum comprehendo libros studiorum causa comparatos, neque collectioni obnoxios esse judico, *arg. d. l.* 50. *l.* 5. *C. Ad SC. Maced. l. ult. C. de Alim. pupill. præstand.* licet sit bibliotheca ingentis pretii; neque enim omninò pater inter liberos æqualitatem facere tenetur. *l.* 1. *& tot. tit. C. de Inoffic. donat.* quod tamen intelligo si pretium non sit nimis enorme, atque universam ferè patris substantiam exhauriat.

DE CARBON. EDICT.

III. *Ad l.* 1. §. 9. *l.* 3. §. 13. *& l. pen.*] Exheredatio facta à patre, quod diceret filium ex adulterio conceptum, valet. *l.* 3. *in pr. D. de Lib. & posth.* nisi probetur, patrem circa causam exheredationis errasse. *l.* 14. §. *ult. & l. seq. D. eod.* atque hoc casu si filio impuberi controversia fiat, an inter liberos sit, ex edicto Carboniano ei bonorum possessio competit, & judicium in tempus pubertatis causa cognita differtur. *h.* §. 9. Consequitur autem ex illo edicto veram rerum hereditariarum possessionem. *h. l.* 3. §. 13 *& l. pen.* sicut qui mittitur in *l.* 3. *C. de Edict. D. Hadr. toll.* sed cum legatorum vel fideicommissi servandi, vel damni infecti causa, vel ventris nomine prætor aliquem mittit in possessionem, non tam veram possessionem, quam custodiam rerum

& ob-

& observationem concedit. *l.* 5. *inpr. D. Vt legat. cauſ. cav. l.* 12. *D. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat.*
IV. *Ad l.* 1. §. *fin.*] Non utique crimen adulterii, quod mulieri objicitur, infanti præjudicat, cum poſſit & illa adultera eſſe, & impubes ex matrimonio legitimo non ex adulterio defuncti patrem habuiſſe. *l.* 11. §. 9. *D. Ad l. Iul. de adulter.* In favorem quoque ventris ſeu fœtus qui in utero eſt, differtur accuſatio adulterii, ne quid præjudicium fiat nato, ſi mulier ventris nomine miſſa ſit in poſſeſſionem. *l.* 8. *D. de Ventr. in poſſeſſ. mitt.* ſi matri crimen oppoſiti partus objiciatur, hæc cauſa capitalis in tempus pubertatis pueri differri non debuit. *l.* 1. *C. Ad l. Cornel. de falſ.* mater utique integra fide & majori conſtantia cauſam defenſura recenti tempore. *h.* §. h. e. in præſenti. *l.* 2. *h. t. l.* 31. §. 2. *D. de Reb. auct. jud. poßid. l.* 25. *D. de Pœn.* neque tamen filio, ſi in ætate pupillari permaneat, ſatisdatione impletâ, ſecundùm formam edicti Carboniani bonorum poſſeſſio deneganda eſt. *l.* 1. *C. h. t.* ſed poſt eventum cognitionis, ſeu poſt ſententiam contra matrem latam, ſi ſuppoſitum partum eſſe apparuerit, actiones hereditariæ puero non ſunt concedendæ, & omnia perinde habenda, ac ſi is heres ſcriptus non eſſet. *h.* §. *fin.*

SI A PARENT. QUIS MANUMISS.

I. *Ad l.* 1. *in pr. &* §. *pen. l.* 2. *&* 4.] Parens exemplo patroni ad contra tabulas bonorum

possessionem admittitur, si testamento facto à filio emancipato sit præteritus. *h. l. 1. in pr.* succedit eidem ab intestato. §. *ult. Inst. de Legit. agn. success.* tutelam nanciscitur impuberis emancipati, *tit. Inst. de Legit. par. tut.* atque quod ad hos effectus dicuntur eadem jura tribui parenti quæ patrono in *§. 6. Inst. Quib. mod. jus pot. patr. solv.* in cæteris distinguitur à patrono; non enim usque adeo exæquandus est parens patrono, ut & filii ejus veniant ad contra tabulas bonorum possessionem. *h. §. pen.* aut Faviana vel Calvisiana actio ei detur. *h. l. 2.* aut operas ei à filio stipulari liceat. *h. l. 4.*

UNDE COGNAT.

VI. *Ad l. 2. & 8.*] Spurii, vulgo quæsiti admittuntur ad matris legitimam hereditatem. *h. l. 2. l. 1. §. 2. D. Ad SC. Tertull.* quod etiam obtinet in bonis aviæ maternæ *h. l. 8.* non autem invenio idem datum spuriis jus succedendi avo materno, neque hodie matri succedunt, si sit illustris persona, & liberos ex legitimo matrimonio natos relinquat. *l. 5. C. de Natur. lib.* Moribus hodiernis indistinctè tales liberi ad successionem matris vocantur, juxta illud vulgatum, *de Moeder baert geen Bastarts.*

UNDE VIR ET UXOR.

VII. *Ad l. un.*] Quotiens deficit omnis parentum liberorumve seu propinquorum legitima

vel naturalis successio, filio excluso superstes conjux vocatur ex edicto prætoris, non jure civili. *h. l.* quâ parte edicti cum prætor de marito & uxore loquatur, consequens est ad sponsum & sponsam id non pertinere, *arg. h. l.* §. 1. add. *l.* 1. *D. de Sponsal. l.* 13. §. 3. *D. Ad l. Iul. de adulter.* Edictum prætoris comprobatur *l. un. C. h. t.* Jure *Novell.* uxor indotata & inops mariti locupleti succedit unà cum liberis communibus vel alterius matrimonii in quartam, si sint tres vel pauciores, sin plures in portionem virilem, ut tamen liberis ejusdem matrimonii proprietas servetur, si supersint; quod si liberi non extent, plenum dominium consequitur. *Nov.* 53. *c. ult. Nov.* 117. *c.* 5. *Auth. præterea. C. h. t.* Et si uxori maritus in testamento minus quarta reliquerit, atque plus exigi vetuerit, prohibitione ista non obstante, ad supplementum aget uxor superstes *arg. dd. text. junct. l.* 55. *D. de Legat.* 1. Marito quoque si supersit ac inopia laboret, idem beneficium tribuebatur. *d. Nov.* 53. *c. ult.* Verum constitutione posteriori hoc abrogatum est *Nov.* 117. *c.* 5. ibi, *virum in talibus casibus quantam ex substantia mulieris accipere modis omnibus prohibemus.* In feudis nulla est successio viri & uxoris. *c. un. in pr. An marit. succed. uxor. c. un. de Institut. quam Tit. accep. ab uxor.* successio item conjugum moribus passim obsolevit, licet eam admiserint Hispani, Galli, Saxones, Gelria superior. *ll. Ruremund. p.* 3. *tit.* 7. §. 4. *in fin.* Ant-

werpia *tit.* 47. §. 15. *& tit.* 41. §. 79. Omlandia *p.* 3. §. 64.

DE SUIS ET LEGITIM. HERED.

VIII. *Ad l.* 2. §. 2.] Si fratrum filii soli supersint, hereditas non in stirpes, sed in capita dividitur, neque repræsentatione ulla aut privilegii concessione hîc opus est, cum ex ratione juris communis proximitatis nomine ad patrui successionem jure vetustissimo ex l. 12. tabb. vocentur. *h.* §. 2. *l. pen.* §. 1. *& l. ult.* §. 3. *C. de Legitim. hered.* §. 4. *Inst. de Legitim. agnat. success.* neque hoc correctum est *Nov.* 118. *c.* 3. ubi jus repræsentationis quidem concessit Imper. fratrum liberis, sed hoc beneficium, ac, ut ipse vocat προνόμιον seu privilegium limitatè ac definitè indulsit, ut tunc demum eo fruantur, quando concurrunt cum propriis θείοις. *d. c.* 3. *vers. sed & tum.* Atque hæc sententia à Carolo V. in Comitiis Spirensibus Anno 1529. est confirmata & centumviralis Curiæ Parisiensis arresto peculiari, priori contrario rescisso, comprobata. Add. Constitut. Trajectinam latam Anno 1594. 22. Mart. Ref. *Zutphan. tit.* 17. §. 3. *ll. Ruremund. d. p.* 3. *tit.* 7. §. 4. *art.* 3. *Transisul. p.* 2. *tit.* 6. §. 7. Cæterum hi fratrum germanorum filii, & si soli sine thiis suis supersint, etiam excludunt fratres ἑτεροθαλεῖς, h e. fratres ex uno latere defuncto conjunctos, eorumque liberos, *d. Nov.* 118. *c.* 3. *vers. unde consequens est*; quod laudavit Senatus

Frisiæ.

..isiæ. Et si concurrant cum patruis vel avunculis defuncti eosdem quoque excludunt, licet u..ique pariter in tertio gradu defuncto sint conj..cti. *d. c. 3. vers. illud palam est. Auth. post fra..s. C. de Legitim. hered. Ref. Zutphan. d. tit.* ..: §. 3.

DE OPER. NOV. NUNTIAT.

IX. *Ad l.* 1. §. 1. *&* 13. *l.* 5. §. 2. *l.* 20. §. 2. ..*l.* 21. §. 3.] Novum opus nuntiari potest, sive ..ovum opus fiat in loco, qui antea vacuus fuit, ..ve ædificio antea facto aliquid adjiciatur. *h. l.* ..o. §. 2. sed nuntiatio est facienda in re præsenti, .. e. eo loci, ubi opus fit, sive quis ædificet, sive ..choet ædificare. *h. l.* 5. §. 2. atque ita non nun..atur ei, qui opus fieri destinavit, nisi simul de..inatio ad aliquem actum sit deducta, veluti si ..uis locum operi novo destinatum curet purga.., lapides & cæmenta convehi. *h. l.* 21. §. 3. quo ..nsu remedium operis novi nuntiationis adver..is futura opera pertinet, non adversus præteri... *h. l.* 1. §. 1. Unde ædificium vetus fulcienti ..pus novum nuntiari non potest. *h.* §. 13.

X. *Ad l.* 8. §. 6. *& l.* 20. §. 6. *& ult.*] Nun..iatio ex parte ejus qui nuntiavit est personalis, ..deoque morte ejus, qui nuntiavit, extinguitur, ..tiamsi quis pro se & successoribus suis nuntia..erit. *h. l.* 8. §. 6. & alteri post mortem nuntian..is ædificare licet; quod procedit, quando nun..ians decessit re adhuc integra, & hoc casu heres

nuntiationem renovare debet. *arg. d. §. 6.* ſed quando conſideratur interdictum de opere jam facto demoliendo, ſi vivo nuntiante & ante ſatisdationem quid ædificatum fuerit, interdictum id nuntianti quæſitum perpetuò datur. *h. l.* 20. §. 6. & heredi cæteriſque ſucceſſoribus competit. *h.* §. *ult.*

XI. *Ad l.* 14.] Jus habet novum opus nuntiandi, qui aut dominium verum vel quaſi, aut ſervitutem habet. *l. un. §. 3. D. de Remißion.* quod intelligendum eſt de ſervitute urbana, *l.* 5. *in pr. D. de Oper. nov. nuntiat. l.* 15. *D. de S. V. P.* non ruſtica, unde qui viam habet, ſi opus novum nuntiaverit adverſus eum, qui in via ædificat, nihil agit. *h. l.* ratio differentiæ probabilis eſt, quia ædificatio in via exiguum incommodum adferre ſolet, cum per alium locum iter fieri poſſit, ſed opus contra impoſitam ſervitutem urbanam factum ſemper nocet, *arg. l. 2. §. pen. D. de Relig. l. fin. D. de Riv.*

DAMN. INFECT.

XII. *Ad l.* 32. 39. *&* 43. §. 1. *&* 2.] Si ædes communes ſocio vel vicino ruinam minentur, cautio damni infecti non poſtulatur, ſed impenſæ pro parte actione pro ſocio vel judicio communi dividundo repetuntur, & cautio damni infecti interponitur inutiliter, *h. l.* 32. h. e. ex abundanti, nam ſi ultro cautio ſit præſtita, actio ex eadem dabitur. *h. l.* 43. Interdum tamen cautio

est necessaria, veluti cum aut alter solus ædificat, aut alter pretiosiora ædificia habet. *h. l.* 39.

DE DONAT.

XIII. *Ad l.* 1. 27. *&* 32.] Heredes donatoris si cui sit gratuitò concessa habitatio hospitii vel cœnaculi, mutare voluntatem non prohibetur, licet donationi adjecta sit hæc clausula, quamdiu vellet donatarius. *h. l.* 32. quod accipiendum est de donatione propria & absoluta, quam propter nullam aliam causam facit donator, quam ut liberalitatem & munificentiam exerceat. *h. l.* 1. sed heredem tenet donatio remuneratoria, facta à discipulo præceptori, quæ non est adeo restrictè accipienda, cum remunerationis potius, quam meræ donationis loco fungatur, *h. l.* 27. & quasi pro solutione, *l.* 10. §. 7. *D. de In rem vers.* aut permutatione habeatur. *l.* 25. §. 11. *D. de Petit. hered.* Moribus nostris donatio ista absoluta inter vivos permissa est, sed simulata, qua in fraudem legis testamentifactionem de bonis immobilibus prohibentis res donantur ac simul retinentur (vulgò vocant *geven en houden*) prohibita.

XIV. *Ad l.* 2. §. 6. *l.* 4. 10. 13.] Donatarum rerum possessio per procuratorem domino acquiritur. *l.* 1. *C. de A. P.* modò procurator sit ejus animi, ut nobis non sibi velit acquirere. *l.* 1. §. 20. *D. eod.* Si tamen procuratori hoc animo res tradatur ex causa donationis, ut domino ac-

acquirat, etiamſi ille quaſi ſibi acquiſiturus acceperit, hæc malignitas domino non nocet. *h. l.* 13. *in fin.* Inter abſentes donatio per interpoſitam perſonam celebratur. *h. l.* 4. ſed non aliter abſenti donatio confirmatur, quam ſi abſens rem ſibi miſſam acceperit, vel penes ſe conſtitutam ſibi donatam ſcierit, atque ita donantis liberalitatem agnoverit. *h. l.* 10. *l.* 8. §. 3. *verſ. cæterum. D. de Bon. libert.* ſine acceptione talis donatio non valet, nec jus accipiendi vel agnoſcendi ad heredes tranſmittitur. *h.* §. 6. Hoc judicando ſecutus eſt Senatus Friſiæ. Add. ll. Ruremund. *p.* 3. *tit.* 5. §. 2. *art.* 1.

XV. *Ad l.* 9. §. *ult. & l.* 18. §. *ult.*] Donari non poteſt, niſi quod ejus ſit, cui donatur. *h. l.* 9. §. *fin.* id eſt, hoc agi oportet, ut in donatarium dominium rei transferatur, ad quod compelletur vel actione ex ſtipulatu, ſi ſit donatio perfecta ſtipulatione, vel hodie condictione ex lege, ſi pactum nudum intervenerit. *l.* 35. §. 5. *C. de Donat.* ſi quis autem bona fide rem alienam pro ſua donaverit, hactenus donatio ſuſtinebitur, ut mediante uſucapione donatarius dominium conſequatur. *tot. tit. D. Pro donat.* ante cujus complementum ſi fortè res donata evincatur, nulla evictionis nomine contra donatorem actio competit. *h. l.* 18. §. *ult.* ne ſuæ liberalitatis pœnam patiatur. *l.* 62. *D. de Æd. ed.* & (verba ſunt *Pauli* 5. *Recept. Sentent. tit.* 11.) quia lucrativæ rei poſſeſſor ab evictionis actione ipſa juris ratione depel-

depellitur nisi se nominatim obstrinxerit. *l. 2. C. de eviction.* vel dolo malo sciens rem alienam donaverit. *d. §. ult.* Et hoc in judiciis observatur.

XVI. *Ad l. 15.*] In reatu constitutus seu reus criminis postulatus bona sua administrare potest, nihilque prohibet interim ei recte pecuniam à debitoribus solvi, ac ab eo creditoribus solvi. *l. 41. & seq. D. de Solut. l. 46. §. 6. D. de Iur. fisc.* sed post contractum crimen capitale donationes tam mortis causa, quam inter vivos tanquam in fraudem fisci factæ non valent, si condemnatio sit secuta *h. l.* imò & ante sententiam si in reatu constitutus donavit, donationes sunt in suspenso, ut absoluto reo retro censeantur validæ, sed revocentur tanquam imperfectæ, si reus pœnâ capitis fuerit affectus. *l. 7. D. de Mort. caus. donat. l. 24. C. de Donat. int. vir. & ux.* neque hodie, postquam bona damnatorum non amplius publicantur, hoc est correctum, quia non in gratiam damnatorum hæc publicatio est sublata, sed descendentibus & ascendentibus usque ad tertium gradum favor ille conceditur. *Nov. 134. c. ult.* add. *Nov. 22. c. 17.*

XVII. *Ad l. 21. §. 1. & l. 24.*] Lex Cincia, exceptis quibusdam cognatis, donationem supra modum fieri prohibebat, sed si plus donatum esset non rescindebat, atque ideò lex illa erat imperfecta, quæ vetat aliquid fieri, & si factum sit, non rescindit; perfecta autem lex dicebatur,

quæ

quæ prohibebat ſive vetabat cum clauſula reſciſſionis. *Vlp. in fragm. tit.* 1. *verſ. quæ prohibet.* Hodie hæc diſtinctio eſt ſublata, & conſtitutum, ut quod contra leges eſt factum, inutile & pro infecto habeatur, licet legiſlator fieri tantum prohibuerit. *l.* 5. *C. de LL.* & nominatim Lex Cincia in deſuetudinem abiit. *Nov.* 162. *c.* 1. licet ſuppreſſo nomine in LL. Pandectarum ejus mentio fiat, quando legitimus donationum modus inculcatur, vel donatio facta ſupra modum legis, ſupra modum legitimum, in fraudem legis habetur, ut in *hh. ll. l.* 11. *D. eod. l.* 27. *D. de Probat. l.* 5. *§.* 5. *D. de Dol. mal. except.* Quæ donatio excedit ſummam quingentorum ſolidorum, indiget inſinuatione. *l. pen. §. fin. C. h. t.* alioqui donatio annullatur non quidem in totum, ſed pro ea parte quæ definitum à jure modum excedit. *l.* 34. *& l. ſeq. C. eod.* quod comprobavit judicatum Friſiæ. Ruremundenſes non deſiderant inſinuationem. *ll. Ruremund. d. loc. §.* 1. *art.* 1. *&* 4. nec Antwerpienſes inter divites. *ll. Antwerp. tit.* 53. §. 4. Neque etiam de jure civili inſinuatio eſt neceſſaria in donatione ante nuptias. *Nov.* 119. *c.* 1. (vid. tamen *Nov.* 127. *c.* 2.) in donatione mortis cauſa. *l. fin. C. de Mort. cauſ. donat.* in donatione remuneratoria, *arg. d. Nov.* 119. *c.* 1. *junct. l.* 27. *D. h. t.* neque in aliis quibuſdam donationibus de quibus *d. l.* 34. *Auth. ſeq. & l.* 36. *C. h. t.* An donatio ad pias cauſas inſinuari debet? Affirm. *d. l.* 34. *§.* 1.
niſi

nisi quid donetur in causam redimendorum captivorum. *d. l. 36. in pr.*

VIII. *Ad l. 22. & 28.*] Donatio est doni dati. *l. 35. §. 1. D. de Mort. caus. donat.* ubi vocabulum dationis paulò generalius sumitur non tantum pro dominii translatione, sed & pro conventione de re transferenda. *arg. l. 14. & seq. D. de ID. l. 1. C. de Dot. caut. non num.* Certe frustra disputatur in *h. l. 22.* num donationis species in bonæ fidei contractibus sit deputanda? cum ne quidem sit contractus, nisi modum consideres, quo donatio interdum perficitur, qualis est stipulatio, quomodo inter contractus numeratur & contractus dicitur. *l. 7. C. de His quæ vi metúve caus. l. 17. C. de Fid. instrum.* vel si donatur sub lege, ut aliquid fiat, quemadmodum si pater filiæ emancipatæ donaverit ea lege, ut satisfaceret creditoribus hereditariis, si illa contra fidem negotii gesti versata fuerit, tenetur actione præscriptis verbis. *h. l. 28.* vel condictio ob causam datorum causa non secuta ad repetitionem rerum donatarum decernitur. *l. 2. C. de Condict. ob caus. dat.* quæ sunt notæ & effectus contractuum innominatorum. *l. 5. §. 1. D. de Præscript. verb.* Cæterum donatio qualicunque modo perfecta est stricti juris, neque si quis pecuniam donationis causa promiserit, atque moram fecerit, usuræ liberalitatis ab eo exiguntur. *h. l. 22.* etiamsi liberalitas in Rempub. facta sit. *l. 16. D. de Usur.* & ad opus publicum. *l. 1. D. de Pollicitat.*

DE

DE MORT. CAUS. DONAT.

XIX. *Ad l.* 13. *§.* 1. *l.* 27. 35. *§.* 4. *& l.* 42. §. 1.] Ubi ita mortis causa donatur, ut nullo casu revocetur, est in rei veritate donatio simplex, inter vivos, quæ ob solam munificentiam fiat. *h. l.* 27. appellatur quidem donatio mortis causa, sed secundùm dici, in figura duntaxat externa verborum in *h. l.* 13. *§.* 1. *& l.* 35. §. 4. *Nov.* 87. *in fin. pr. & c.* 1. quomodo si quis in extremis vitæ constitutus donat absolutè, non factâ mentione mortis, non tam mortis causa, quam moriens inter vivos donasse intelligitur. *h. l.* 42. §. 1. Atque ita in simili judicavit Senatus Frisiæ.

XX. *Ad l.* 15. *&* 17.] Mortis causa donationes ad exemplum legatorum sunt revocatæ. *h. l.* 15. legatorum instar obtinent. *h. l.* 17. quæ tamen exæquatio non est accepto ferenda Juliano, sed constitutioni Justin. in *l. ult.* C. *de Donat. mort. caus.* §. 1. *Inst. de Donat.* licet & ante in quibusdam convenerint legata & donationes mortis causa, veluti, sicut legata, ita & donationes mortis causa minuuntur per L. Falcidiam. *l.* 5. C. *Ad l. Falcid.* sicut dominium rei legatæ recta via post mortem testatoris transit in legatarium. *l.* 64. D. *de Furt.* ita etiam transit dominium in donatarium. *l.* 1. *in fin. & l.* 2. D. *de Public. in rem act.*

XXI. *Ad l.* 29. 30. *&* 35. *§.* 3.] Donatio mortis causa ex parte donantis revocatur pœni-

tentia

-entia vel periculi, cujus intuitu facta est, sublatione, *§. 1. Inst. de Donat.* Ex parte donatarii, si hic ante donatorem moriatur. *d. §. 1.* ll. Ruremund. *d. tit. 5. §. 3. art. 7.* Agit autem donator directa vindicatione, si quidem quis sic donavit, ut, si mors contigisset, haberet is cui donatum est, *h. l. 29.* At si sic ut jam nunc haberet, & redderet si donator convaluisset, agitur condictione. *h. l. 30.* quasi re non secuta. *h. §. 3.* vel utili in rem actione. *d. l. 30.* quò ref. *d. l. 29.* ibi, *potest defendi.* quæ actio utilis non arguit dominum esse eum qui ita agit, *arg. l. 5. §. 3. D. de R. V. §. 34. Inst. de R. D. & A. R. D.*

De Statuliber.

XXII. *Ad l. 29. §. 1.*] Emptio-venditio est contractus, quo id agitur, ut dato certo pretio dominium in accipientem transferatur, *arg. l. 80. §. ult. D. de Contrah. empt.* alienatio ipsa non est, *arg. l. 20. C. de Pact.* multò minus venditio quamlibet alienationem inspectâ hujus vocabuli proprietate complectitur. *arg. l. 1. D. de Contrah. empt. l. ult. C. de Pact. int. empt.* sed ex justa interpretatione ICtorum similes alienationum causas continet, quomodo in *h. l. 12. tabb. Vendendi statuliberos jus potestasque esto*; statuliberi vendi & alio quocunque modo alienari possunt. *h. §.* Add. casum similem in *l. 8. §. 11. D. Quib. mod. pign. solv.*

QUI & A QUIB. MANUMITT.

XXIII. *Ad l.* 12. *§.* 1.] Ubi verborum legis & ſententiæ pugna nulla, & verba legis adeo clara & perſpicua ſunt, ut ſalva ratione recti ſermonis interpretationem aliam recipere nequeant, lex ſcripta eſt ſervanda, etiamſi nobis dura videatur, *h.* §. ut quos latet, quæ legiſlatorem movit ratio. *l.*20. *& ſeq.* D. *de LL.* hic ſolius Principis eſt rigorem juris ſcripti mitigare. *l.* 1. C. *eod.* quemadmodum duritiem legis Juliæ de adulteriis. *h.* §. Principes moderati ſunt in *l.* 32. C. *Ad l. Iul. de adulter.* Hoc Princeps facere poteſt, non judex, qui jus ſcriptum ſequi debet, quamvis prædurum videatur: Verum in his, quæ palam ſcripto non ſunt comprehenſa, judex neglecto jure ſtricto (quod propriè non tam jus quàm ſumma crux, ſumma injuria eſt) æquitatem ſequi debet, in omnibus præcipua eſt juſtitiæ, æquitatis, benignitatis, humanitatis ratio, quàm ſtricti juris, maxime cum lex ſcripta non eſt manifeſte contraria. *l.* 8. C. *de Iudic.* Æquitas eſt benignior & humanior legis interpretatio, ſententiam legis retinens, τὸ ἐπιεικές ἐστιν ἐπανόρθωμα τοῦ νομίμου δικαίου. Add. ſupr. *exerc.* 1. *aſſert.* 10.

DE ACQUIR. RER. DOMIN.

XXIV. *Ad l.* 5. §. *fin. l.* 16. *&* 51. §. 1.] Homines ab hoſtibus capti non aliter cedunt ca-

pienti-

mntibus, quam ſi in præſidia noſtra pervene-
ri:. *l.* 5. §. 1. *D. de Captiv. & poſtlim. rev.* Sed
b na ab hoſtibus capta ſtatim capientium fiunt.
h. . *fin. & h. l.* 51. §. 17. *Inſt. eod.* quod tamen
e udiendum eſt de rebus mobilibus, quæ fla-
g nte adhuc bello extra miniſterium publicum,
p vatis excurſionibus ſunt direptæ, ſed præda,
q æ capitur, hoſtibus jam devictis & bona im-
n bilia publicantur vel diſtrahuntur, vel victo-
r cquiruntur, ceu partim veteranis in præmia
a gnantur, pars etiam interdum victori reſti-
t tur, vid. *h. l.* 16. *l.* 15. *§.* 2. *D. de R. V. l.* 11.
D de Evict. l. pen. §. 1. *junct. l.* 1. *D. Ad l. Iul. pe-*
c. l. 31. *D. de Iur. fiſc. l.* 20. *§.* 1. *D. de Captiv. &*
p tlim. rev. Uti autem expulſis hoſtibus ex agris,
c os ceperunt, dominia eorum ad priores do-
n nos redeunt. *d. l.* 20. §. 1. *l.* 16. *D. Quib. mod.*
usfr. am. ita civitas bello capta, ſi in libertatem
r tituatur, priſtinum ſtatum recuperat, *arg. dd.*
t t. & l. 12. §. 6. *D. de Captiv.*

XXV. *Ad l.* 7. *§.* 3. *l. pen.* §. 1. 2. *& ult.*] Si
a er ſit limitaneus, inſula cedit occupanti. *l.* 1.
§ 6. *D. de Flumin.* aliàs in flumine nata, ſi qui-
c m mediam partem fluminis tenet, & uſu &
p oprietate communis eſt eorum, qui ab utra-
q e parte fluminis prædia poſſident. *h.* §. 3. §. 1.
& 2. niſi virgultis aut levi materia ita ſuſtineatur
i flumine, ut ſolum ejus non tangat, qualis in-
ſ la eſt publica uti flumen. *d. §.* 2. Plane ſecun-
d m quid quatenus extremitas inſulæ conſidera-

tur, & id exigit publica neceſſitas eorum, qui ſecundùm jus gentium flumine utuntur, inſula etiam publica dici potuit in *h. §. ult.* Moribus hodiernis otioſa eſt hæc inveſtigatio, cum non amplius dominium acquiratur privatis agrorum vicinorum poſſeſſoribus, ſed Principi, vel ejus, ut nunc eſt, ſucceſſoribus, veluti, ordinibus Gelriæ, Hollandiæ, modò non ſit agro continenti ita annexa, ut plauſtro onerato adiri poſſit, verum ita aquis ſit circumflua, ut cymba circumnavigari queat.

XXVI. *Ad ejusd. l.* §. 5. *l.* 30. §. 3. *& l.* 38.] Si flumen relicto priori alveo ad alium fluere cœperit, excavando alterius agrum, deinde ad priorem alveum redierit, ager derelictus non domino priori, sed vicinis poſſeſſoribus acquiritur. *§. 23. Inſt. de R. D. & A. R. D.* quod tamen temperandum eſt ex verbis final. *h.* §. 5. ibi, *ſed vix eſt ut id obtineat.* h. e. non eſt hoc perpetuo verum, ſed ex bono & æquo judex interdum aliter judicabit, quomodo ager, ſi flumen non paulatim, ſed ſubito ad priorem alveum redierit, prioribus dominis reſtituetur. *h. l.* 38. In inundatione rejicitur hæc diſtinctio, ſive enim paulatim ſive non paulatim, ſed eodem impetu, receſſu fluminis, ager reſtituatur, ad priſtinum dominum pertinet, quo referunt *h. l.* 30. *§.* 3. ſi tamen inundatio ſit perpetua, & tanta, ut alicujus agrum in formam ſtagni aut paludis mutet, proprietas eſt amiſſa. *l.* 10. §. 2. D. *Quib. mod. uſusfr. am.*

XXVII. *Ad*

XXVII. *Ad l. 7. §. 12.*] Qui in alieno solo ex sua materia ædificavit sciens solum alienum esse, sua voluntate amisisse proprietatem materiæ intelligitur, ut ne quidem diruto ædificio vindicatio ejus materiæ competat. *h.* §. 12. 30. *Inst. de R. D. & A. R. D.* præsumptio hîc est contra ædificatorem, quod donandi animo ædificaverit; interdum fortior est pro ædificatore, non donandi animo ædificium alieno solo impositum esse, & dissoluto ædificio repetitio materiæ conceditur. *l.* 2. *C. de R. V.* veluti si quis bona fide fundum emerit, superveniente ante completam usucapionem mala fide si ædificaverit, donasse non videtur, cum spem habeat fore, ut aream usucaperet, *arg. l.* 37. *D. de R. V. l.* 25. *. ult. D. de Usur.* Idem est, si colonus vel inquilinus in area conducta ædificaverit. *l.* 55. §. 1. *. Locat.*

XXVIII. *Ad l.* 11.] Si nummi, quos pupillus inconsulto tutore mutuos dedit, extent, vindicantur. §. 2. *Inst. Quib. alien. lic.* atque ita pupillus potest amittere naturalem possessionem sine tutoris auctoritate. *l.* 29. *D. de A. P.* quæ ibi sumitur pro corporali quadam detentione; sed animo, atque eo modo quo alius qui est legitimæ ætatis, possessionem per se amittere nequit. *l.* 11.

XXIX. *Ad l.* 31. §. 1.] Olim fodiendorum retinendorumque thesaurorum facultas impetrari debuit à Principe, alioqui quicquid inven-

tum erat, nisi indicatum esset, fisco inferebatur; hodie liberum est unicuique in suo sibi agro thesaurum fodere, aut deprehensum servare, aut alii fodiendi potestatem facere ex edicto D. Hadriani, & thesaurus totus inventori conceditur. *h.* §. si in fundo proprio inveniatur. *l. un. C. de Thesaur. lib.* 10. ubi dicitur beneficium Dei, alibi donum fortunæ. *l.* 63. §. 1. *D. h. t.* Cæterum ad fossionem thesaurorum adhiberi non debent divinationes, artes magicæ aliæque legibus odiosæ. *d. l. un.* qualis fuit apertura sepulchrorum ad eruendos thesauros, per quam sepulchra ritu suo in perpetuum clausa nefariè violantur. Si thesaurus in loco religioso privato inveniatur, totus inventori acquiritur. §. 39. *Inst. de R. D. & A. R. D.* sed in loco fiscali religioso, vel publico, vel civitatis, vel alieno casu fortuito non data opera inventus dividitur inter inventorem & dominum soli. *d.* §. 39. *l.* 3. §. *pen. D. de Iur. fisc.* Quid si in prædio emphyteutico vel feudali inveniatur? Idem sentio, quod de loco alieno, *arg. d.* §. 39. *junct. l.* 1. §. 1. *D. Si ag. vect. c. un.* §. *fin. de Investit. de re al. fact.* In hisce regionibus thesaurus in publico loco vel publica via repertus, acquiritur dominis territoriorum in solidum, quemadmodum alia bona ἀδέσποτα seu vacantia: In loco autem privato ab extraneo inventus dividitur plerumque inter dominum & inventorem. In Gallia thesaurus in proprio fundo inventus pro parte dimidia cedit Regi, & in-
ven-

ntori pro altera parte, uti habent varia judi-
ta. Ex legibus Regni Hispaniæ thesaurus re-
rtus cedit Regi, quarta tantum ejus parte con-
ssa inventori.

XXX. *Ad l. 36.*] Mutuum ab initio invali-
um ex post facto propter consumptionem con-
liatur, ut inde condictio certi nascatur, veluti si
ummi alieni vel proprii ab eo qui jus dandi non
abet, sint mutuo concessi. *l.* 11. §. *fin. & l.* 13.
. 1. *D. de* R. C. Idem est, si in causis dandi & ac-
ipiendi sit dissensus; quomodo si quis pecuniam
uasi donaturus dederit, & alter eam quasi mu-
uam accipiat, nec donatio nec mutuum ab ini-
o contrahitur, sed si accipiens nummos con-
umpserit, condictione tenetur; quia autem
ummi secundum voluntatem dantis sunt con-
umpti, condictio propositâ exceptione doli
eddetur inanis. *l.* 18. *D. de* R. C. atque ita manet
roprietas efficaciter penes accipientem. *h. l.*

XXXI. *Ad l.* 48. *§.* 1.] Si tempore tradi-
ionis putet emptor rem vendentis esse, licet
ostea cognoverit alienam esse, perseverat per
ongum tempus capio. *h. l.* modò & tempore
ontractus adfuerit bona fides. *l.* 48. *D. de Vsucap.*
. 2. *in fin. D. Pro empt. l.* 7. §. 4. *D. eod.* ubi ita
egendum, *Nec dissimilis est ei, qui emptionis qui-
lem tempore*, &c. In aliis causis sufficit bonam fi-
lem initio adfuisse ἐν ἀρχῇ τῆς συστάσεως τῆς νο-
μῆς, quod exaudiendum est de tempore traditæ
ossessionis. *l.* 15. *§. ult. l.* 44. §. 2. *D. de Vsucap.*

Superveniens autem ſcientia rei alienæ non interpellat uſucapionem. *h.* §. 1. *l. un.* C. *de Vſucap. transfer.* Idem fuit cautum jure Canonico veteri. *cauſ.* 16. *quæſt.* 3. *c. placuit.* ſed jure recentiori exigitur, ut, qui præſcribit, in nulla temporis parte rei habeat conſcientiam alienæ. *c. ult. Extr. de Præſcript.* quod etiam in Camera Spirenſi receptum.

EXERCITATIO XXIV.

RESPONDENTE SIMONE RAM, DE ACQUIR. POSSES.

I. *Ad l.* 1. *§.* 4. *& l.* 16.] Quod uxor viro & vir uxori donavit, non poſſidetur jure civili. *l.* 26. *D. de Donat. int. vir. & ux.* inter virum enim & uxorem nulla poſſeſſionis donatio eſt. *l.* 46. *D. eod.* ſed, quod ita donatum eſt, poſſidetur. *h. §.* 4. pro poſſeſſore. *h. l.* 16. *l.* 13. *in pr. D. de Petit. her.* Effectus hujus naturalis poſſeſſionis eſt, ut ad exemplum bonæ fidei poſſeſſoris fructus induſtriales percipiendo uxor vel vir ex re donata ſuos faciat. *l.* 45. *D. de Vſur.* Imò donatio etiam fructuum, ut & uſurarum, eſt licita. *l.* 17. *D. de Donat. int. vir. & uxor.*

II. *Ad* §. *ſeq. & l.* 3. §. 11. *l.* 24. 34. *§. ult. & l.* 44. §. 1.] Per liberam perſonam ignorantibus

tiius dominis acquiritur possessio, & postquam
scientia intervenerit, conditio usucapionis in-
cobatur. *l. 1. C. de A. P. l. 47. D. de Usucap.* §. 5.
Inst. Per qu. pers. nob. acq. Cæterum ita demum
per procuratorem possessio quæritur si ea mente
sit procurator, ut velit nobis operam suam ac-
commodare, verum si procurator suo nomine
nanciscatur possessionem, nobis quæsita non est.
h. l. 1. §. 20. Add. quæ notavi supr. *ad l. 2. de
Donat.* Per servos autem, licet proprietas ac-
quiratur domino ignoranti & invito, sive obve-
niat ex causa peculiari sive non. §. 3. *Inst. Per qu.
pers.* non tamen idem est in possessione, quæ
scientiam domini exigit, excipitur causa pecu-
liaris, ubi singulari jure utilitatis causa rece-
ptum, ut per servum ignorantibus possessio quæ-
ratur. *h.* §. 11. *& h. l. 44. §. 1.* & de tali casu
supponimus agi in *h. l. 24. & 34. §. ult.*

III. *Ad ejusd. l.* §. 21. *l. 3.* §. 1. *l.* 8. 18. §. 2.
l. 30. §. 5. *l. 44. & l. 51.*] Nulla possessio nisi in
animo & corpore acquiritur. *h. l. 3.* §. 1. *h. l.* 8.
3. §. 5. *& l. 44.* ubi tamen per corpus non in-
telligitur præcisè ipsa rei apprehensio vel con-
tactus manuum, sed quodcunque corporis mi-
nisterium, uti & adspectus, oculi hîc sufficiant.
h. §. 21. *h. l. 18. §. 2.* & apprehensio signi pro re
nata suppleat vicem corporalis apprehensio-
nis, exempla occurrunt in *d.* §. 21. *in fin. l. 9.*
§ 6. *D. de A. R. D. l. 74. D. de Contrah. empt. l.*
1 *& 28. C. de Donat.* neque est necesse ut corpo-

re nostro apprehendatur possessio, sufficit si corpore alieno id fiat; quomodo si acervum lignorum emero, appositio custodis habetur pro corporali quadam lignorum traditione. *h. l.* 51.

IV. *Ad l.* 3. §. 4. *& l.* 10.] Ubi non est vera possessio, sed nuda duntaxat detentio, inspicitur quod novissime factum est, unde qui ante conduxit, & postea rogavit precario, à conductione decessisse videbitur, nec simul ex utraque causa rem tenebit. *h. l.* 10. Neque titulus possessionis duplicari potest. *l.* 4. *C. de Contrah. empt.* ubi vel per possessionem intelligitur proprietas ceu dominium, uti in *l.* 2. *D. Pro su. l.* 78. *D. de V. S.* quod non nisi ex una causa acquiritur. *h.* §. 4. *l.* 159. *D. de R. I.* §. 10. *Inst. de Legat.* vel agitur de dominio jam acquisito, ubi frustra titulus possessionis duplicatur; Cæterum durante usucapione completa causa, quæ superest, cessat, licet in apparentia & secundum dici adhuc superesse videatur, quomodo qui rem ex causa emptionis usucepit, pro suo possidere dicitur. in *l.* 1. §. 1. *D. Pro suo.*

V. *Ad d. l.* §. 5. *& l.* 17.] Uti dominium, sic possessio, penes duos in solidum esse nequit. *h.* §. *l.* 5. §. *ult. D. Commod.* ut neque naturales neque civiles, neque justæ neque injustæ possessiones concurrere possint. *l.* 19. *in pr. D. de Precar.* sed qui precario rogavit, ut sibi possidere liceat, veram consequitur possessionem, & qui precario dedit tantum animo possidere videtur. *l.* 15. §. 4. *D. eod.*

). *eod.* quatenus interdicto de precario agit, ut es concessa restituatur. *l. 2. in pr. D. d. t.* quemadmodum qui vi dejectus est de possessione, perinde haberi debet ac si possideret, cum interdito de vi recuperandæ possessionis facultatem abeat. *h. l. 17.* Ita creditor pignus revera posdet naturaliter. *l. 22. §. 1. D. de Noxal. act.* sed ebitor possidere videtur civiliter quod ad quosam effectus. *l. 15. §. 2. D. Qui satisd. cog. l. 16.*). *de Vsucap.*

VI. *Ad ej. l. §. 6. & 7. l. 6. §. 1. l. 8. l. 17. §. 1.* . 18. *in pr. & l. 25. §. 2.*] Quemadmodum ulla possessio acquiri nisi animo & corpore poest, ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque in contrarium actum est. *h. l. 8.* quando corpus sumitur pro tali insistentia rei, quæ simul constiuat possessionem, sed quando significat nudam corporalem rei detentionem citra affectum, corpus nihil ad retinendam possessionem facit, atque ita possessio recedit, quando quis constiuit se nolle possidere. *h. l. 17. §. 1.* item quod neo nomine possideo, possum alieno nomine possidere. *h. l. 18.* & hic amissa est possessio solo nimo. *h. §. 6.* verum retinetur animo solo, etiamsi alius sit in fundo *h. §. 7.* quamdiu superest libera facultas, ubi quis volet rem ipsam apprehendi vel eam sibi superesse probabiliter exitimat. *h. l. 25. §. 2.* unde si quis occupaverit possessionem ejus qui ad nundinas profectus est, & revertentem dominum non admiserit, posses-

ſio amiſſa eſt priori & poſterior magis vi quam clam poſſidet. *h. l. 6. §. 1. & l. ſeq.*

VII. *Ad l. 3. §. 14.*] Piſces qui ſunt in piſcina, nec ſunt ædium nec fundi. *l. 15. in fin. D. de A. E.* non magis quam pulli, & cætera animalia quæ ſunt in fundo. *l. 16. D. eod.* ſed qui piſces in piſcinas conjecit, eos poſſidet; qui autem in lacu aut ſtagno ſunt, non poſſidemus, non magis quam feras quæ in ſylvis circumſeptis vagantur, quoniam & hæ ſunt relictæ in naturali ſua libertate. *h. §. 14.* In lacu tamen qui mei dominii eſt, aliquem piſcari prohibere poſſum. *l. 13. §. fin. D. de Injur.* ne ingrediatur, ſed piſces etiam contra prohibitionem capti nihilominus capienti cedunt. *arg. d. §. fin. junct. l. 3. §. 1. D. de A. R. D.*

VIII. *Ad ejusd. l. §. 21.*] Unum eſt genus poſſidendi, ſpecies ejus infinitæ. *h. §. 21.* h. e. tituli & cauſæ poſſeſſionum ſunt multæ, cum quibus ſi poſſeſſio conferatur, dicitur eorum poſſeſſio una eſſe; cæterum poſſeſſio eſt duplex, naturalis & civilis. *l. 3. §. fin. D. Ad exhib. l. 1. §. 9. D. de Vi & vi arm. l. 2. §. 1. D. Pro hered.* ceu, alia eſt quæ conſiſtit corpore ſine animo domini, quam naturalem vocant, alia quæ jure. *l. 10. C. de A. P.* h. e. animo ac opinione domini. *d. l. 22. §. 1. D. de Noxal. act.* hæc civilis appellatur: non tamen exiſtimandum eſt, in naturali poſſeſſione requiri, ut, qui ita poſſidet, ſemper rem corporaliter tenere debeat, nam &

credi-

cÌditor retinet possessionem naturalem pignori, licet convenerit, ut debitor precario aut pro conducto hoc utatur. *l.* 35. §. 1. *& l.* 37. *D. de Pignor. act.* Omnis autem possessio civilis apprehensa bona fide ex justa dominii acquirendi causa est justa, naturalis vel est injusta, veluti ejus qui sciens rem consecutus est à non domino, mariti possidentis rem ab uxore donatam; alia justa, veluti creditoris, & qui precario accepit, ut sibi possidere liceat. *d. l.* 22. §. 1. *l.* 13. §. 1. *D. de Public. in rem act.*

IX. *Ad l.* 13. §. 4. *& ult.*] Diutina possessio quæ prodesse cœpit auctori, continuatur quoque successori & universali & singulari. *h.* §. 4. §12. *Inst. de Usucap. l.* 2. §. 20. *D. Pro empt.* sub hoc tamen discrimine, ut in successore universali sufficiat justum possidendi initium; in singulari, ut uterque, v. g. & venditor & emptor, bona fide possederit, *d. l.* 2. §. 17. nam si alterutrius possessio sit vitiosa, procedit regula *h.* §. *fin.* ne vitiosæ quidem possessioni ulla potest accedere, sed nec vitiosa ei, quæ vitiosa non est, & successorem auctoris sui culpa comitatur. *l.* 11. *C. de AP.* Atque ita vitium auctoris non prodest successori; sed nec eidem nocere debet, quatenus emptor à sua persona inchoat usucapionem, ac suæ tantum possessionis tempora computare vult. *l.* 5. *D. de Divers. temp. præscript.* Est igitur successor hic melioris conditionis quam auctor fuit, contra reg. *l.* 175. §. 1. *D. de R. I.* & sic plerum-

rumque non semper emptoris eadem causa esse debet, quæ fuit auctoris. *l.* 156. *§. pen. D. eod.* An idem jus habeat donatarius dicam ad *l.* 4. §. 29. *de Dol. mal. except.*

X. *Ad l.* 19. §. 1.] Nemo sibi potest mutare causam possessionis. h. e. qui corpore & animo incumbit possessioni, sua destinatione efficere nequit, ut alia ex causa possideat. *h.* §. 1. sed interveniente facto vel detentoris, vel ejus qui jus in re habet, possessio vel detentio mutari potest, quomodo nuda detentio mutatur in veram possessionem, veluti si depositario res vendatur. *l.* 3. §. 20. D. *de A. P.* si colonus negando se colonum sibi possidere incipiat. *l.* 12. *&* 18. D. *de Vi & vi arm.* Possessio item injusta mutatur in justam, si qui pro possessore possidebat, rem à possessore comparaverit. *l.* 33. *§.* 1. *D. de Usucap.* & denique possessio injusta mutatur in aliam injustam, veluti si quis clam occupaverit possessionem, & revertentem dominum non admiserit, ex possessore clandestino fit violentus. *l.* 6. §. 1. *h. t.*

XI. *Ad l.* 25. §. 1. *& l.* 30. §. *fin.*] Si commodatarius rem commodatam alteri commodaverit, furti tenetur commodatori. *l.* 54. *§.* 1. D. *de Furt.* nomine usus non possessionis interversæ. *arg. l.* 8. D. *Commod.* Commodator enim nihilominus possidet. *h.* §. *fin.* Idem est si depositarius vel colonus rem alteri locet. *h. §.* 1. sed interpellatur deponenti & commodatori usucapio, si res

ſi res commodata vel depoſita ex cauſa habili ali tradita fuerit ab eo, qui commodatum vel depoſitum accepit. *d. l.* 33. §. 1. *D. de Vſucap.*

XII. *Ad l.* 32. §. *fin.*] Pupillus, ſi ſit ejus ætatis, ut intellectum capiat, ſine tutore acquirit poſſeſſionem. *l.* 1. §. 3. *D. de A. P.* in infante licet nullus ſit ſenſus accipiendi poſſeſſionem talis, qualis eſt in pupillis majoribus, eſt tamen ſcintilla, principium judicii, quod in poſſeſſione acquirenda per tutorem ſuppletur. *h.* §. *fin.* ſed donatarum rerum à quacunque perſona infanti vacua poſſeſſio tradita corpore ſuo quæritur. *l.* 3. *C. de A. P.* Per ſervum etiam res donata infanti acquiritur. *l.* 26. *C. de Donat.*

De Usucap.

XIII. *Ad l.* 3.] Uſucapio eſt adjectio dominii *h. l.* neque tamen adjicitur dominium dominio ſed poſſeſſioni; qui enim rem à vero domino ex cauſa habili animo alienandi dominii acquiſivit, non uſucapit, quia dominium non niſi ex una cauſa contingere poteſt. *l.* 3. §. 4. *D. de A. P.* ac ideo ſi, quæ mari, cœlo, terra capiuntur, aut quæ alluvione fluminum noſtra fiunt, poſſideri pro ſuo dicuntur, ad titulum generalem pro ſuo hoc referendum eſt, & poſſeſſionis vox paulo pinguius ſumenda eſt in *l.* 2. *D. Pro ſuo*, add. *l.* 115. *D. de V. S. l.* 12. §. 1. *D. de A. P.* quo etiam ſenſu dicitur dominium poſſeſſionis in *l.* 2. *C. Vbi in rem act.* titulus autem ſpecialis pro ſuo

obti-

obtinet, quando res alicui tradita est ex justa & probabili errandi causa, hîc usucapio pro suo locum habet. *l. ult. in fin. D. Pro suo. l. 11. D. Pro empt.*

XIV. *Ad l. 4. §. 6. §. 21. & l. ult.*] Rerum furtivarum usucapionem inhibent ll. 12. tabb. & lex Athonia, quæ sic concepta fuit, *Quod subreptum erit, ejus rei æterna auctoritas esto:* rerum autem vi possessarum usucapio prohibetur à lege Plautia & Julia. *l. 33. in pr. & §. 2. h. t.* quò respicit *l. fin. D. de Vi bon. rapt.* nisi vitium furti eluatur, ut si res furtiva in potestatem domini revertatur. *h. §. 6.* Res pignori obligata postea à debitore distracta quasi furtiva non usucapitur. *l. 6. C. de Usucap. pro empt.* nisi redierit in potestatem domini, h. e. debitoris, si per extraneum sit subrepta. *h. §. 6.* vel creditoris, si subripuerit debitor. *h. l. ult.* qui pignus subripiendo creditori, furtum facit, non proprietatis, quæ penes eum mansit. *l. 10. D. de Distract. pignor.* sed tantum possessionis quam in creditorem transtulit. *l. 1. §. 15. D. Si is qui testam. lib.* sed & hoc casu utiliter cedent tempora usucapionis quod ad ipsum debitorem attinet, non etiam ut in jure quæsito præjudicetur creditori, quò referre solent *h. §. 21. l. 5. D. de Usucap. pro empt.*

XV. *Ad l. 6. & 7.*] Tempus in variis articulis computatur naturaliter, ceu de momento in momentum, veluti in restitutione minorum. *l. 3. §. 3. D. de Minor.* Sic & in actionibus tempora-

po[illegible]libus nisi novissimus totus dies compleatur non finit obligationem. *l. 6. D. de O. & A.* Sed in usucapionibus tempus computatur civiliter, h. l. ut usucapio dicatur completa, sufficit diem ultimum esse inchoatum. *hh. ll.* nec exigitur totus dies ad explendum tempus constitutum. *l. 1. in pr. D. de Divers. temp. præscript.* Olim autem res mobiles Italicæ & Provinciales anno uno usucapiebantur, immobiles Italicæ biennio; Justinianus annum mutavit in triennium. *l. un. C. de Usucap. transform. pr. Inst. de Usucap.* cui consentiunt LL. Transisulaniæ. *p. 2. tit. 10. §. 3.* Stat. Daventr. *p. 3. tit. 15. §. 4.* Ruremundenses sic exigunt spatium quinquennii. LL. Re[illegible]und. *p. 3. tit. 4. §. 3. art. 1.* Res autem immobiles usucapiuntur decennio inter præsentes, vicennio inter absentes, h. e. in alia provincia degentes. *l. ult. C. de Præscript. long. temp.* Nostrates exceptis quod ad res mobiles Ruremundensibus unicam agnoscunt præscriptionem trientis seculi, quam circumscribere solent spatiorium & triginta annorum, additis quatuor mensibus, &, ut quidam volunt, tribus diebus. Ref. Velav. *tit. 25. §. 2.* Ref. Zutphan. *tit. 12. §. 3.* Concordant LL. Hollandiæ, Antwerpiensium &, quod ad immobilia, Transisulania cum simm. sed limitationes hujus consuetudinis sunt variæ.

VI. *Ad l. 18.*] Adversus fiscum usucapio non procedit, *h. l.* sed quæ sunt fisco, ut loquuntur,

tur, jam incorporata, & ab eodem agnita, iis præſcribitur ſpatio 40. annorum. *l.* 4. C. *de Præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Bona item vacantia Græcis *ἀδέσποτα, ἀκληρονόμητα*, Germanis, *erbloſe guter*, nobis, *balmundige*, *onbeheerde goederen*, olim uſucapione, hodie diutina poſſeſſione, ſeu Juſtineanea uſucapione acquiruntur, etiamſi nuntiandi poteſtas expiraverit. *l. un.* C. *de Vſucap. transform.* quò verba Modeſtini reſpiciunt in *h. l.* Fiſci cauſæ criminales & pœnales ſunt odioſæ, atque in dubio contra eas reſpondemus. *l.* 10. D. *de Iur. fiſc.* ac in iis fiſci quæſtionibus viginti annorum præſcriptio cuſtoditur. *l.* 13. D. *de Diverſ. temp. præſcript. l.* 12. C. *Ad l. Cornel. de falſ.* Ideo Senatus Friſiæ quendam abſolvit, qui ante annos viginti octo homicidium commiſerat, ſed in quibuſdam criminibus minora tempora obſervari ſpecialiter conſtitutum eſt. *d. l.* 13. ſic crimen adulterii quinquennio continuo ſopitum excitari non debet. *l.* 29. §. 5. D. *Ad l. Iul. de adult.* neque crimen peculatus ante quinquennium admiſſum objici oportet. *l.* 7. D. *Ad l. Iul. pecul.* neque denique accuſatio, quæ deſcendit ex SCto Silaniano. *l.* 13. D. *de SC. Silan.* Nulla autem reperiuntur crimina, quæ tempus prædictum viginti annorum excedunt: atque ad vicennium reſtringitur, quando parricidii accuſatio dicitur ſemper permitti in *l. ult.* D. *Ad l. Pompej. de parricid.* quo etiam reſpectu accuſatio ſuppoſiti partus nullâ temporis præſcriptione depellitur.

tu. *l.* 19. §. 1. *D. Ad l. Cornel. de fals.* apostatarum criminis indago nullis finita temporibus arcetur. *l.* 4. *C. de Apost.* speciali privilegio adversus civitates in iis, quæ eis legata, per fideicommissum relicta, donata, vendita sunt, non nisi centum annorum præscriptio opponitur. *l.* 3. *C. de SS. Eccles.* Num hoc correctum per *Nov.* 111. *c.* 1. *& Nov.* 131. *c.* 6.? Neg. *arg. l.* 32. *in fin. C. de Appellat.*

XVII. *Ad l.* 37. §. 1.] Usucapio est rerum & immobilium & mobilium, præscriptio immobilium duntaxat. *h.* §. 1. *pr. Inst. de Usucap.* nisi res mobiles cohæreant fundo, veluti est mancipium rusticum, quod pro parte ruris habetur. *l.* 3. *D. de Vi & vi arm.* Item non usucapiuntur servitutes. *l.* 14. *D. de Servit.* Sed iis præscribitur tempore longo ad exemplum rerum immobilium. *l.* 10. *D. Si serv. vind. l.* 2. *C. de Servit.* Add. quæ supra sunt notata *ad d. l.* 4.

DE RE JUD.

XVIII. *Ad l.* 5. §. 1. *& l.* 59. *in pr. &* §. 1.] Sententia debet esse conformis libello. *l.* 18. *D. Commun. div. l. ult. C. de Fideicomm. lib.* neque est difformis libello, quando judex certam sententiam pronuntiavit, quod officium ejus est, si de incerta quantitate actum sit. §. 32. *Inst. de Action.* Sententia autem est certa, si judex expresserit summam in sententia solvique jusserit,

vel præſtari, vel quo alio verbo hoc ſignificaverit. *h. l.* 59. *in pr.* puta per relationem ad chirographum, ad inſtrumentum, quomodo valet ſententia, quod habes ex teſtamento Titii, reſtitues Mævio. *h. l.* 5. §. 1. vel ad libellum, ſolve quod petitum eſt vel quantum petitum eſt. *h. l.* 50. §. 1. ſed non valet hæc ſententia, ſolve quod debes. *l.* 21. §. 3. *D. de Recept. qui arb. rec.* niſi ex actis vel aliqua eorum parte conſtet de debito vel ejus quantitate, atque ita judex pronuntiando acta probatoria approbare videtur, *arg. l.* 3. §. 2. *D. de Test.* ſi apud judicem de eo quod intereſt agatur, in caſibus certis ita æſtimabit id quod intereſt, ne æſtimatio egrediatur duplum pretii ipſius rei; in caſibus incertis, in quantum in rei veritate interſit, atque in dubio minoris condemnabit. *l. un. C. de Sentent. quæ pro eo quod inter. prof.* de qua *l.* difficili dicetur ſuo loco.

XIX. *Ad l.* 9. *&* 47.] De unoquoque negotio præſentibus omnibus, quos cauſa concernit, judicari oportet. *h. l.* 47. quare licet ex quaſi mutuo vel quaſi contractu furioſus obligetur & obligationem acquirat. *l.* 24. *&* 46. *D. de O. & A.* in judiciis tamen, ubi etiam quaſi contrahi videtur. *l.* 3. §. 11. *D. de Pecul.* ordo ſervandus eſt. *l.* 4. *C. de Sentent. & interlocut.* & quia furioſus abſentis loco habetur. *l.* 2. §. 3. *D. de Iur. codicill. l.* 124. §. 1. *D. de R. I.* à judice eidem & in eundem ſententia ferri non debet. *h. l.* 9. vid. ſupr. Exerc. 4. aſſ. 14. Alia eſt ratio minoris,

pro

pro quo sententia sine curatore lata sustinetur. *l. 1. C. de Procurat.* cæterum regula prædicta non est semper vera. *l. 33. §. 2. D. de Procurat. l. 1. §. 2. in fin. C. de Iudic. l. 19. C. Ad l. Iul. de adult.* unde dicit Ulp. in *l. 6. §. 3. D. de Confess.* absens damnari non solet, h. e. non fit hoc regulariter.

X. *Ad l. 12.*] Si culpa non fraude quis possessionem amiserit, quia tenetur quanti res est. *l. 68. D. de R. V.* audiendus est à judice, si desideret sibi cedi actiones, quibus utatur contra novos possessores. *l. 63. D. eod.* sin dolo fecerit, quo minus possideret, actor cavere non cogitur, actiones, quas ejus rei nomine habeat, ei præstaturum. *l. 69. D. d. t.* sed in judiciis commodati vel depositi succurri solet condemnato, ut dominus quanquam dolo adversarii res absit, ei actiones suas cedere debeat. *h. l.* plus igitur habemus in rebus nostris quam in rebus nobis debiti.

DE CESSION. BONOR.

XI. *Ad l. 6.*] Tutor qui pecuniam pupillarem non exercuit, si ad damnum resarciendum non sit idoneus, extra ordinem coërcetur, aut vinclis publicis contineri jubetur. *l. 49. D. de Adm. tut.* pater judicatus propter solutionem exacti. *l. 21. §. 1. D. Ad SC. Vellejan.* & fraudator conventus pœnam solvere dicitur. *l. ult. in fin. D. Quæ in fraud. credit.* & condemnati ex duo-

decim tabulis detrudebantur in carcerem ex caussa debitæ pecuniæ, *arg. l.* 1. *C. h. t.* ex constitutione quoque Caroli IX. debitor condemnatus si post quatuor menses non solvat, carceri mancipatur. Hodie inducias quinquennii à Principe impetrare licet, quæ dilatio, & interstitium & quasi justitium solvendi æris alieni dicitur ἀνακοχὴ, προθεσμία, ὑπερμεσία. *l. fin. C. Qui bon. ced. poss.* Debitor item obæratus evitat squalorem carceris remedio cessionis bonorum. *d. l.* 1. sed condemnato omne quod habet auferri potest, ut nihil ei relinquatur, ne teruncius quidem, & neque ad victum quotidianum parandum necessaria, commiserationis gratia relinquenda est ipsi vestis aliqua vilis & pannicularia, qua tegat nuditatem. *h. l.* Debitor autem qui bonis cessit, licet ex ea causa bona ejus venierint, non notatur infamia. *l.* 11. *C. Ex quib. caus. irrog. infam.* Et bonis cedit non tantum in jure, sed etiam extra jus, per nuntium, aut per epistolam. *l. fin. D. h. t.* sufficit in omni cessione sola voluntatis professio. *l.* 6. *C. Qui bon. ced.* Hodie debitores, qui non sua nequitia, sed vitio fortunæ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος καὶ οὐ ῥαθυμίας sunt facti non solvendo, bonis cedere non coguntur, sed postquam ejurarunt bonam copiam, à molestia creditorum liberantur. *Nov.* 135. Moribus beneficium cessionis à Principe, aut qui eum repræsentat impetrari debet. *Ordin. Frisic. lib.* 3. *tit.* 31. Add. *Instruct. Cur. Holland. art.* 227.

DE

DE SEPARATION.

XXII. *Ad l.* 4. §. 1.] Actio hypothecaria, qua utitur legatarius non in rebus legatis, sed in aliis bonis hereditariis extra res legatas, est inducta constitutione Justin. in *l.* 1. *C. Commun. de legat.* §. 2. *Inst. de Legat.* non autem *§. h.* 1. qui agit de pignore prætorio, quod constituitur in rebus hereditariis missis legatariis in possessionem legati servandi causa, & herede non satisdante, atque ita quodam casu legatarii hypothecam habuerunt. *l.* 59. *D. de Evictíon.*

DE HIS QUÆ IN FRAUD. CREDIT.

XXIII. *Ad l.* 10. §. 20. *&* 22. *l. ult. §.* 4.] In Pauliana actione, per quam, quæ in fraudem creditorum alienata sunt, revocantur, fructus quoque restituuntur. *l.* 38. *§.* 4. *D. de Vsur.* non tantum qui percepti sunt, verum etiam hi, qui percipi potuerunt. *h.* §. 20. quod accipiendum est de fructibus, qui tempore alienationis terræ cohærebant, vel qui post judicium inchoatum recepti sunt, medio autem tempore fructus percepti, h. e. inter alienationis contestationisque tempus collecti non veniunt in restitutionem *h. §.* 4. sed aliud commodum medii temporis, quod quis v. g. consequeretur liberatione non facta, præstandum est. *h. §.* 22.

DE INTERDICTIS.

XXIV. *Ad l.* 2. §. 2.] Nulla ſunt interdicta, quæ duntaxat proprietatis cauſam continent, maxime utimur interdicto, cum de poſſeſſione vel quaſi poſſeſſione inter aliquos contenditur. *pr. Inſt. de Interd.* unde & judicia poſſeſſoria vocantur in *l.* 24. *D. de R. V.* Quædam interdicta ſunt, quæ etiam proprietatis cauſam habent, *h. §.* ut interdictum de itinere actuque privato reficiendo, in quo actor debet probare, &, ſe hoc anno uſum nec vi nec clam nec precario, & ſibi ſervitutem competere. *l.* 3. §. 13. *D. de Itin. act. priv.* item interdictum de aqua, quod datur ei, cui Princeps permiſit ducere in prædium ſuum certum modulum aquæ publicæ ex caſtello, vel rivo aut fiſtula publica, quo tota quæſtio finitur. *l.* 1. §. *ult. D. de Aq. quotid. & æſt.* Ejusdem conditionis ſunt, interdicta de quaſi proprietate divini juris, qualia ſunt, interdictum de locis religioſis, de mortuo inferendo in ſepulchrum quod eſt in fundo meo, &c. *h.* §. 2. Quæ autem competunt, de poſſeſſione vel quaſi, ſunt præparatoria, ubi deſierunt, incipit actio ſecunda proprietatis. *l. ult. C. Quor. bon.* quæ vocari ſolet quæſtio principalis. *l.* 10. *C. de Iudic.* negotium principale. *l.* 7. *C. Vnde vi.* in quo judicio ſecundo fiet reformatio poſſeſſionis, quò reſpicit *l. un. C. Si de moment. poſſ.* Non igitur à ſententia lata in poſſeſſorio datur appellatio. Di-

Distinguunt hic Dd. inter possessorium summarium sive momentaneum, & plenarium sive ordinarium; ab illo denegant appellationem ex sententia *d. l. fin.* hic verò appellationi effectum tribuunt devolutivum licet sententia effectum sortiatur executivum. Distinctio est stolida, *vide Wissenb: consent: disp: 23. th. ii.* nam 1°. omne judicium possessorium est summarium, momentaneum, omnis possessionis controversia mox, celeriter, summatim, cunctique frustrationibus amputatis cognosci debet *l. 8. C. Vnde vi. l. 13. C. de R. V.* Deinde appellatione interposita integer prioris causæ status manet, atque nihil innovandum est. *l. un. D. Nihil innovand. appellat. interp.* scil. verò status manet integer, cum sententia mandatur executioni. Jure Canonico distinctio ista est recepta. *c. ex conquestione 10. X. de Restit. spol. c. significavit. 36. X. de Testib.* quod etiam in Curiis frequentatur.

XV. *Ad ejusd. l. 2. §. ult.*] Interdicta quædam sunt mixta, prohibitoria & exhibitoria. *l. 1. §. 1. D. de Interdict.* quale est interdictum De Liberis exhibendis. *l. 3. §. 1. D. de Lib. exhib.* vel prohibitoria & restitutoria, uti interdictum, *Ne vis fiat ei qui in possess. miss. er.* sed nullum invenitur interdictum, quod sit simul & adipiscendæ & recuperandæ possessionis causa comparatum, sunt hæc interdicta contraria; adipiscimur quod nunc primum nanciscimur, quod nunquam habuimus; recuperamus quod amisimus,

mus, quod habuimus. Sunt autem interdicta duplicia, in quibus uterque est actor, uterque reus, non tantum retinendæ possessionis. *h. l. 2. in pr.* sed & in aliquo casu singulari, illa duplicitas ab initio inspicitur in interdictis adipiscendæ & recuperandæ possessionis. *l. 3. §. 9. D. de Vi & vi arm. l. 1. §. 1. D. de Salv. interd.* quò, si liceat restringere *h. §. ult.* non erit necesse, ut verba *tam recuperandæ quam adipiscendæ possessionis causa* expungantur, certè minus commodè transportantur ad *seq. l. 3.* quia in interdicto recuperandæ possessionis ex die, quo quis dejectus est, fructuum ratio habetur, in cæteris interdictis, ex quo edita sunt, non retro computantur. *l. 1. §. 40. D. de Vi & vi arm.* quò respicit *d. l. 3.*

DE TABUL. EXHIB.

XXVI. *Ad l. 1. §. 5.*] Interdictum de tabulis exhibendis ad omnem omnino scripturam testamenti sive perfectam sive imperfectam pertinet. *h. §.* quod tamen exaudiendum generaliter est de testamento jure civili vitioso, non specialiter & propriè de testamento non signato. *l. 12. §. 1. D. de Bon. possess. contr. tabb. l. 2. §. 1. D. Testam. quemadm. ap.* in quo interdictum de tabulis exhibendis locum non habet. *l. 6. D. Ad l. Cornel. de fals.* Hoc interdictum etiam cum accusatione falsi concurrere potest. *l. 1. §. 3. & l. 3. §. 6. h. t.* Verum pendente hereditatis controversia aut publica falsi quæstione non conce-

r reliquis quorum intereſt, ſed tabulæ interſunt deponendæ in æde ſacra aut apud virum idoneum *l. fin. h. t.*

DE VI & VI ARM.

XXVII. *Ad l.* 1. §. 23. *&* 24.] Naturaliter interrumpitur poſſeſſio, cum quis vi de poſſeſſione dejicitur. *l.* 5. *D. de Vſurp. & uſuc.* & datur dejecto interdictum Unde vi. *h. §.* 23. non etiam interdictum Uti poſſidetis, quod prædii poſſeſſorem tuetur. *l.* 1. §. 6. *D. Vti poßid.* dejectus autem non corpore tantum ſed & animo deſinit poſſidere. *h. §.* 24. *l.* 6. *in fin. D. de A. P.* niſi quis ridiculè animo poſſidere interpretari velit, ita informare animum, ut fingas te poſſidere, licet revera ſcias poſſeſſionem tibi interceptam eſſe: Cæterum dejectus in interdicto Uti poſſidetis ſuperior eſt eo qui dejicit. *l.* 3. *D. Vti poßid.* quando eo interdicto agit is, qui dejecit non is qui dejectus eſt. *arg. d. l.* 1. §. 6.

QUOD VI AUT CLAM.

XXVIII. *Ad l.* 11. *§.*6.] Quæ bona fide à tutore ſunt geſta, rata habentur, nec intereſt tutor ſolvendo fuerit necne. *l.* 12. *§.* 1. *D. de Admin. tut.* ſed quemadmodum dolus tutoris pupillo prodeſſe non debet, eoque nomine is recte convenitur, quatenus ex tutoris dolo locupletior factus eſt. *l.* 15. *D. de Dol. mal. l.* 13. *§.* 7. *D. de A. E.* Ita ſi tutor in geſtione tutelæ doloſè ver-

ſatus ſit, ejuſdem dolus pupillo nocere non debet. *h. §. 6. l. pen. D. de Tabul. exhib.* Neque in interdictis (dicit Javolen. in *l.* 198. *D. de R. I.*) neque in cæteris cauſis pupillo nocere oportet dolum tutoris, ſive ſolvendo eſt, ſive non, ſed hoc caſu pupillus, ſi conveniatur, abſolvendus eſt, quando paratus eſt cedere actiones, quæ propterea ei contra tutorem competunt. *l. ult. D. de Admin. tut.* unde in *l.* 3. §. *pen. D. de Tributor. act.* ita legendum multi judicant, *ſi tutor ſolvendo non ſit.*

EXERCITATIO XXV.

RESPONDENTE

GERHARDO VAN ALTENA,

DE SALVIAN. INTERD.

I. *Ad l.* 1. *in pr. &* §. 1.] Interdictum Salvianum directum competit locatori prædii ruſtici de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigit. §. 3. *Inſt. de Interdict.* contra ipſum conductorem vel debitorem. *l.* 1. *C. de Precar. & Salv. interd.* utile etiam interdictum datur contra tertium poſſeſſorem, qui à conductore cauſam habet. *h. l.* 1. An etiam utili Salviano interdicto adverſus extraneum experiri licet? Affirmativa ſententia non caret fundamento. *arg. h.* §. 1.

DE EXCEPTIONIBUS.

I. *Ad l.* 5. *&* 8.] Nemo prohibetur pluribus exceptionibus uti, quamvis diversæ sint. h. l. . unde qui dixit se jurasse, præter exceptionem jurisjurandi etiam aliis exceptionibus peremptoriis, v.g. rei judicatæ, transactionis vel præscriptionis actoris intentionem excludere non prohibetur. *h. l.* 5. Additur exceptio in *l.* 4. *D. de R. I.* nisi lex impediat, quomodo qui negat calumniose, quod actor intendit; veluti, se possidere, servum in sua potestate esse, à se legatum relictum esse, si mendacii convincatur nullo exceptionis remedio postea adjuvatur. vid. *l. ult. D. de R.V. l.* 1. §. 15. *D. Si quadrup paup. fec. l.* 21. §. 2. *junct. l. seq.* §. *fin. D. de Noxal. act. l.* 29. *C. de Fideicomm.* §. *ult. Inst. de Fideicommiss. her. Nov.* 18. *c.* 10. *Auth. item possessor C. Qui pot. in pign. Nov.* 18. *c.* 8. *Auth. contra qui propriam. C. de Non num. pec.* Moribus multorum tribunalium obtinuit, ut reus teneatur exceptiones suas quascunque, simul peremptorias una cum dilatoriis allegare, quod vocant Pragmatici, procedere ad omnes fines, sed reus protestari consuevit, earum exceptionum cumulatione nihil se damni habiturum, atque defensionem sibi ex illis ordine velle tribui.

II. *Ad l.* 7. *&* 19.] Exceptiones, quæ reo competunt, fidejussori quoque, etiam invito reo, conce-

conceduntur *h. l.* 19. addenda eſt particula *plerumque* ex *§. ult. Inſt. de Replicat.* quia iſta aſſertio diſtinctione eſt temperanda; aut enim exceptiones cohærent perſonæ cujuſque, & non tranſeunt ad alios, neque fidejuſſori tribuuntur, qualis eſt exceptio pacti, quo nominatim convenit, ne à debitore petatur. *l.* 22. *D. de Pact.* exceptio competentiæ, ne quis in ſolidum condemnetur. *h. l.* 7. reſtitutionis minoris lubrico ætatis circumſcripti, de qua dixi ſupr. *Exerc.* 6. *aſſ.* 9. Aut exceptiones cohærent rei, & fidejuſſoribus quoque tribuuntur, qualis eſt exceptio rei judicatæ. *h. l.* 7. *§.* 1. permanet quidem poſtquam quis eſt ſententia abſolutus interdum debitor natura. *l.* 60. *D. de Condict. ind.* ſed ſine effectu, conventus ex priori cauſa tutus eſt exceptione rei judicatæ. *t. t. D. de Except. rei jud.*

IV. *Ad l.* 22.] Exceptio eſt conditio. *h. l.* quatenus à prætore per modum conditionis formulæ inſerebatur, v. c. *ſi paret reum dare oportere, vel centum ex mutuo debere, niſi pactus eſt vel juravit, &c. judex condemna.* quod explicabatur de judiciis ſtricti juris, in judiciis bonæ fidei non fuit neceſſe formulis inſeri exceptiones, quia iis inerant. *l.* 3. *D. de Reſcind. vend.* & ſi omiſſæ apud prætorem, officio judicis reo conſulebatur. *l. ult. D. de Petit. her.* Hodie ſublatis formulis, *tit. C. de Formul. & impetr. ſubl.* & judicum pedaneorum dandorum more. *l.* 2. *C. de Pedan. jud.* cauſa per ſententiam nondum finitâ integræ

ſunt

ſunt reo defenſiones. *l.* 4. *C. de Except.* peremptoriæ exceptiones in initio omiſſæ uſque ad ſententiam opponi poſſunt. *l.* 2. *C. Sent. reſcind. non poſſ.* ſed hoc vel reſtringendum eſt ad judicia bonæ fidei, vel accipiendum de exceptione, non cujus conteſtatio fuit prætermiſſa, verum cujus probatio fuit dilata, poſtquam actor monſtraverit quod aſſeverat, quomodo hoc explicatur de judiciis dilatoriis, quæ merita cauſæ, ut loquuntur, concernunt. *l.* 19. *C. de Probat.* nam etiamnum hodie remanſit ſimplex quædam conteſtatio, ſeu ut in judiciis ſtricti juris exceptiones peremptoriæ in initio ante litem conteſtatam opponantur, earumque conteſtatio habeatur. *l.* 8. *& 9. C. de Except. l.* 9. *C. de Præſcript. long. tempor.*

DE EXCEPT. DOL. MAL.

V. *Ad l.* 2. §. 3.] Uti nuda traditio non transfert dominium ſine aliqua juſta cauſa præcedenti. *l.* 31. *D. de A. R. D.* ita ſtipulatio (quæ dicta eſt à ſtipulo ceu firmo, quia eſt inventa, ut aliæ obligationes firmentur. *pr. Inſt. de V. O.*) per ſe non parit obligationem efficacem, & ſi quis ab aliquo ſine cauſa fuerit ſtipulatus, deinde ex ea ſtipulatione experiatur, exceptio doli mali ei utique nocebit. *h.* §. 3. nihil autem intereſt, ipſo jure actionem quis non habeat, an per exceptionem infirmetur. *l.* 112. *D. de R. I.* quo etiam reſpectu ipſa res dolum in ſe habere

dici-

dicitur in *l. 36. D. de V. O.* add. *l. 1. §. 1. D. de Pollicitat.* atque ideo ſupponimus, ſubeſſe cauſam donationis in *l. 21. D. de V. O.* Moribus hodiernis hæc ſtipulationum ſolennitas ab uſu receſſit, ac obligatio efficax ex pacto nunc oritur.

VI. *Ad l. 4. §. 27. & 29.*] Qui acceſſione auctoris uti vult, ejuſdem dolum pati cogitur. *h.* §. 27. non modo mala fides auctoris etiam nocet ſucceſſori ſingulari, ſed ſi velit à ſua perſona inchoare tempora uſucapionis, vitium auctoris ipſi non nocebit, ſive ex cauſa oneroſa ſive lucrativa rem acceperit. *l. 5. D. de Div. temp. præſcript.* de quo dixi *Exerc. præced. aſſ.* 9. quod quidem procedit ſi uterque conveniatur, ſed ſi quis ex cauſa legati vel donationis rem vindicet, de dolo exceptionem patitur ex cauſa ejus, in cujus locum ſucceſſit, non etiam emptor, ſi nolit uti acceſſione ex perſona auctoris, quomodo explicari ſolet *h.* §. 29.

DE OBLIGAT. & ACT.

VII. *Ad l. 1. §. 1. & l. 38.*] Obligationes ex contractu aut re contrahuntur, aut verbis aut conſenſu. *h.* §. 1. Omiſſa eſt obligatio literarum, fortè ideo, quia, ſi liceat loqui proprie & ἀκριβῶς, non figura literarum, ſed oratione, quam exprimunt literæ, obligamur. *h. l.* 38. ex præſumpta numeratione, cujus vi pecunia quaſi credita petitur. *l. 5. C. de Non num. pec.* &, ſi nundum elapſo biennio creditor agat, non cogitur

tur probare ſcriptum eſſe, ſed intentioni oppoſita exceptione non numeratæ pecuniæ compellitur petitor probare, pecuniam à ſe eſſe numeratam, quo non impleto abſolutio ſequetur. *l. 3. C. de Non num. pec.* quæ eadem intentio eſt inſtituenda poſt biennium neque amplius audietur debitor. *l. 14. in pr. C. eod.* licet debitor, quatenus ponimus numerationem non eſſe factam, ex literis condemnari videatur, quo reſpectu, ſed à paucis, defenditur dici obligationem literarum in *§. ult. Inſt. de Obligat. & tit. Inſt. de Lit. obligat.* vid. quæ notavi *ſupr. ad l. 30. de R. C.*

VIII. *Ad l. 3.*] Inventæ ſunt ſtipulationes & obligationes ad hoc, ut unusquisque acquirat ſibi. *l. 38. §. 17. D. de V. O.* ſed hoc accipiendum eſt de cauſa dominii acquirendi, obligationum enim ſubſtantia non conſiſtit in eo, ut aliquod corpus noſtrum faciat, ſed ut alium nobis obſtringat ad aliquid dandum, faciendum vel præſtandum. *h. l.* & quando res dicuntur pignori obligari in *Rubr. D. Quæ res pign. obl.* eſt locutio impropria; propriè loquendo non tam res pignori obligatur, quam creditori jus in re conſtituitur, quod ei parit actionem in rem, *l. 18. C. de Pignor.* Servianam. *§. 7. Inſt. de Action.* Ac iſto ſenſu obligationes refero ad jus perſonarum. Ad jus rerum referuntur, quà ſunt res incorporales. *§. 2. Inſt. de Reb. corpor.*

XI. *Ad l. 12. & 49.*] Ex dolo defuncti in delictis commiſſo non tenetur heres, niſi lis cum defun-

defuncto fuerit inchoata, vel lucrum ad heredem pervenerit. *l. un. C. Ex delict. defunct.* turpia lucra sunt extorquenda heredibus. *l. 5. D. de Calumniat.* sed in contractibus successores ex dolo eorum, quibus successerunt, non tantum in id quod pervenit, verum etiam in solidum tenentur. *hh. ll. l.* 121. §. *ult. D. de V. O. l.* 152. §. *ult.* & *l.* 157. §. *fin. D. de R. I.* Excipitur, si quid sit depositum tempore tumultus, incendii, ruinæ & naufragii, hoc casu quia actio depositi est mixta, heres de dolo defuncti in simplum tenetur. *l.* 18. *D. Depos.* quò referunt §. 1. *Inst. de Perpet. & temp. act.* ut hæc actio mixta ibi opponatur actioni merè pœnali. *add. l.* 9. §. 1. *D. Quod. fals. tut. l.* 3. §. *pen. D. Si mens. fals. mod. l.* 7. §. *fin. D. de Tribut. act.*

X. *Ad l.* 32. 41. §. 1. *l.* 53. & 60.] Nunquam actiones pœnales de eadem pecunia concurrentes alia aliam consumit. *h. l.* 60. *l.* 130. *D. de R. I.* Hæc tamen regula non est adeo effusè accipienda, sed exaudienda de actionibus pœnalibus, quæ ex pluribus factis descendunt, veluti si quis hominem subripuerit, & occiderit, tenetur legis Aquiliæ & furti, neque altera harum actionum alteram consumit. *l.* 2. §. 1. *D. de Priv. delict.* quod si ex uno delicto plures nascantur actiones, veluti si quis arbores furtim cecîderit, si rem rapuerit, si alienam ancillam virginem flagitaverit, hic interest, utrum prius sit actum actione leniori, & actio gravior non ex-

tin-

tinguitur omnimodo, ſed quod plus eſt in reliqua actione, id feret actor. *h. l.* 41. §. 1. hoc igitur caſu omnibus experiri licet. *h. l.* 32. an gravori, & actio levior extinguitur, ut, ſi ante ſit actum de vi bonorum raptorum, actio furti nec manifeſti in duplum denegetur, non contra. *l.* 1. *D. de Vi bon. rapt.* add. *l.* 1. *& pen. D. Arbor. furt. caeſ.* atque ita non utimur omnibus actionibus ſecundum *h. l.* 53.

XI. *Ad l.* 34. §. *ult.*] Simili modo in concurſu actionis mixtæ & rei perſecutoriæ qui agit, contentus alterutra actïone eſſe debet. *l.* 18. *& l.* 7. §. 11. *D. Ad l. Aquil. l.* 43. *D. Locat.* h. e. ut egiſſe mixta ſatis habeat, neque ſuperſit actio rei perſecutoria; & ſi prius egerit, rei perſecutoria, neque aliquid exegerit, ut eo minus conſequatur mixta actione; ita poſt actionem l. Aquiliæ commodati finitur, ſed poſt actionem commodati remanet actio l. Aquiliæ in eo quod in repetitione triginta dierum amplius eſt, quia ſimplo excedit, & ſimplo ſubducto locum non habet, d. §. *ult.* quæ negatio ſi retineatur, hic erit ſenſus, ſimplo ſubducto non habet locum in eo ſimplo quod per actionem commodati exactum ſit.

XII. *Ad l.* 44. §. *fin.*] Adjectione ſtipulationis pœnalis obligatio principalis non novatur. *l.* 71. *D. Pro ſoc. l.* 28. *D. de A. E. l.* 10. §. 2. *D. de Pact.* Videtur tamen quædam novatio, quatenus præceſſit obligatio faciendi, in qua

poſt moram debitoris fit tranſfuſio in obligationem pecuniæ etiam citra promiſſionem pœnæ. *l.* 72. *D. de V. O.* quæ tamen non eſt vera novatio, nam ante litem conteſtatam mora purgari poteſt. *l.* 84. *D. eod.* quemadmodum ſi teſtator legaverit penum, & ſi heres non dederit, decem, ante moram penu præſtatur, & jure legati petitur, poſt moram transfuſum eſt legatum, & decem debentur, eſt tamen etiam propter prædictam purgationem in præſtatione. *l.* 1. §. 8. *D. Ad L. Falcid. l.* 19. *D. Quand. di. leg.*

DE VERBOR. OBLIGAT.

XIII. *Ad l.* 1. *in pr. &* §. 2.] Stipulatio non conficitur, niſi utroque loquente. *h. pr.* nutu, licet pleraque conſiſtant. *l.* 52. §. *ult. D. de O. & A. l.* 63. §. 1. *D. de A. H. l.* 63. §. 3. *D. Ad SC. Trebell. l.* 21. *D. de Legat.* 3. *l.* 17. *D. de Novat. l.* 22. *C. de Fideicomm.* ſtipulatio non contrahitur *h.* §. 2. neque etiam inter abſentes per epiſtolam celebratur. *h. pr. &* §. *ſeq. l.* 3. *C. de Contrah. ſtip. l.* 3. *C. de Inutil. ſtip.* §. 12. *Inſt. de Inutil. ſtip.* quomodo pecuniâ ex cauſa donationis impropriæ, v. c. uxori numerata, ſtipulatio prius inter præſentes verbis contracta, & deſuper in ſcripturam redacta fuit in *l.* 57. *D. de Donat. int. vir. & ux.* & in dubio, ſi res inter præſentes geſta eſt, præſumimus præceſſiſſe verba ſtipulationis. *l.* 134. §. *pen. D. V. O.* & vocem

ſpondentis ſubſecutam eſſe. *l.* 1. *C. de Contrah. ſtip.*

[IV. *Ad ejusd. l.* 1. §. 3. *&* 4. *& l.* 83. *§.* 3.] Ubi eſt incongruitas, ut ſic loquar, in qualitate vel conditione obligationis, ut ſi ſtipulanti purè reſpondeatur ſub conditione, tota ſtipulatio eſt inutilis. §. 5. *Inſt. de Inut. ſtip.* niſi ſtipulatori diverſitas reſponſionis ilicò placuerit, tunc enim non ſtipulatio contracta eſſe videtur. *h. l.* 1. *§.* 3. ubi autem eſt incongruitas in quantitate, ut ſi ſtipulanti decem viginti reſpondeas, ſtipulatio eſt inutilis. *d. §.* 5. ſed non tota obligatio in decem ſuſtinetur, quia ineſt hîc ſummæ majori ſumma minor. *h.* §. 4. in ſummis id quod minus eſt ſemper ſponderi videtur. *h. l.* 83. *§.* 3. Aliud eſt in fidejuſſione, quæ, licet & ipſa ſtipulatione perficiatur, prædicto caſu in totum eſt inutilis, fidejuſſor omnino non, h. e. nullo modo obligatur. *l.* 8. §. 7. *D. de Fidejuſſ.* fortè quia pro forma in fidejuſſione requiritur, ne accipiatur fidejuſſor in duriorem cauſam *d.* §. 7. vid. ſupr. Exerc. 12. *aſſ.* 1.

[V. *Ad ej. l.* §. *ult. & l.* 126. §. 2.] Decreta à prætoribus Latinè interponi debent. *l* 48. *D. de Re jud.* ſed poſt ampliatum imperium Romanum judices tam Græca quam Latina lingua ſententias proferre poſſunt. *l.* 12. *C. de Sentent.* quemadmodum & ſtipulatio utraque lingua rectè celebratur *h. §. ult.* licet hic contractus ſit inventus à jure civili & obligatio juris gentium, quæ na-

ſcitur ex numeratione, opponatur obligationi civili ex ſtipulatione, ubi plerumque verba, ex quibus obligatio oritur, ſunt inſpicienda, ut congrua & mutuis verbis hinc inde expreſſa requiratur in ſtipulatione interrogatio & reſponſio. *h.* §. 2. quæ obligatio eſt plane inventa à jure civili *l.* 1. *D. Locat.* licet & in pactis, ſed ex accidenti, hæc verba intervenire poſſint. *l.* 7. §. 12. *D. de Pact.* Ejusdem juris debet eſſe acceptilatio, *arg. l.* 35. *D. de R. I.* add. *l. pen. D. de Solut.* quæ etiam fit ſolennibus verbis. *l.* 1. *C. de Acceptilat.* Sed hoc jure utimur, ut ſit acceptilatio, juris gentium. *l.* 8. §. *ult. D. eod.* qui uſus non infert acceptilationem eſſe inventam à jure gentium, vid. *l.* 4. *D. de Tranſact.* patet uſus acceptilationum latè, quà ex formula Galli Aquilii quævis obligationes juris gentium deductæ in ſtipulatum tolluntur acceptilatione §. 2. *Inſt. Quib. mod. toll. oblig.*

XVI. *Ad l.* 2. §. 5. *& 6. l.* 3. *&* 4. *in pr. &* §. 1.] Stipulatio judicatum ſolvi continet tres clauſulas de re judicata, de re defendenda & de dolo malo. *l.* 6. *D. Iudicat. ſolv.* ſed omnium clauſularum non eſt eadem conditio, ſic clauſula de re defendenda eſt dividua, & committitur tantum contra illum heredem, cujus facto res non eſt defenſa. *l.* 32. §. 2. *D. Ad l. Falcid.* ſed ſtipulatio eſt individua, ſi ſtipulatus ſum dolum malum abeſſe à te heredeque tuo & promiſſor relictis pluribus heredibus moriatur. *h. l.* 4. *in pr.* ubi

ubi eadem de hac ſtipulatione dicuntur, quæ in præcedentibus de ſtipulatione *per te non fieri, neque per heredem tuum, quo minus mihi ire agere liceat, mihi heredique meo agere licere; mihi heredique meo habere licere. h. §. 5. & 6. l. 3. in pr. l. 44. §. 4. D. Fam. erciſc.* alia eſt ratio ſtipulationis *Titium heredemque ejus ratum habiturum*, quæ, licet in perſona domini fuerit individua, in perſona tamen heredis fit dividua, atque ita conditio obligationis interdum ex perſona heredum immutatur. *h. l. 4. §. 1.* contra regulam, *h. l. 2. §. ..*

XVII. *Ad l. 6.*] Ut fidejuſſio ſubſiſtat, exigitur præcedens obligatio, cui fidejuſſor accedat. §. 5. *Inſt. de Fidejuſſ.* unde pro furioſo & prodigo, qui ne quidem naturaliter ob defectum conſenſus & voluntatis obligantur. *l. 40. D. R. I.* fidejuſſor quà talis non recipitur. *h. l.* Si quis tamen pro furioſo vel prodigo de facto fidejuſſerit, magis eſt ut ei non ſubveniatur. *l. 25. D. de Fidejuſ.* atque hæc fidejuſſio eſt ſecundum dici, non ſecundum eſſe, quomodo ſunt conditiones ſecundum dici & eſſe in §. *pen. Inſt. de V. O.* Sed proprius eſt fidejuſſor, qui interceſſit pro furioſo jure obligato. *l. 70. §. 4. D. de Fidejuſſ.* furioſus jure obligatur, quoties actio ex re venit, ceu in quaſi contractibus. *l. 46. D. de O. & A.*

XVIII. *Ad l. 8. 10. 27. l. 99. §. 1.*] Stipulatio, *Si Kalendis Stichum non dederis, decem dare ſpondes?* eſt ſub conditione & in diem collata,

 adeo-

adeoque mortuo homine dies actori expectandus eſt. *h. l.* 8. ſed ex ſtipulatione, *ſi intra biennium capitolium non aſcenderis, dari?* nonniſi præterito biennio recte agitur *h. l.* 27. quia etſi verba ſunt ambigua, ſic tamen exaudiuntur, ſi immutabiliter verum fuit, promiſſorem capitolium non aſcendiſſe. *h. l.* 99. *§.* 1. ex ſtipulatione autem, *Si Lucius Titius ante Kalendas Majas in Italiam non venerit, decem dare ſpondes?* non ante agitur, quam exploratum ſit, conditionem ante diem præſtitutum non poſſe adimpleri. *h. l.* 10.

XIX. *Ad l.* 26. 27. 35. 61. *& l.* 123.] Stipulatio doloſa parit actionem, ſed quæ propter exceptionem doli mali reddatur inanis. *l.* 36. *D. de V. O.* quæ autem ſtipulatio eſt facta contra bonos mores, ipſo jure eſt nulla. *hh. ll.* ex hujusmodi ſtipulatione contra bonos mores interpoſita actio denegatur. *l.* 5. *C. de Condict. ob turp. cauſ.* quod procedit, quando turpitudo eſt manifeſta, ſed quando dubitatur de ea, actio inſtituta infirmatur per exceptionem. *l. pen. D. & l.* 1. *C. eod.*

XX. *Ad l.* 29. 134. §. *ult. &* 140.] Quoties non exprimuntur res ſingulæ, ſed generali verbo ſtipulatio concipitur, una eſt ſtipulatio, veluti ſi quis ſtipuletur pecuniam, quæ eſt in conſpectu, vel acervum pecuniæ. *h. l.* 29. At plures ſunt ſtipulationes, ubi plures res & ſingulæ exprimuntur, quomodo dinumeratio rerum

in

in præfationibus facta, in compendio verborum repetita videtur, si ita stipulatio sit facta, *ea omnia, quæ supra scripta sunt, dari? h. l.* 134. §. *ult. & l.* 140. Idem obtinet in legatis. *l.* 2. *&* 6. *D. de Legat.* 2. Sic choro & familia legata perinde est ac si singuli homines legati essent. *l.* 79. *D. de Legat.* 3. divisione capitum plura sunt legata, obligatione & jure unum est legatum. *h. l.* 29.

XXI. *Ad l.* 38. *in pr. l.* 67. §. 1. *l.* 81. *& l.* 83. *in pr.*] De se quemque promittere oportet, qui promisi talium daturum vel facturum, nec obligatur, nec obligat alium. *h. l.* 38. *in pr. &* 83. nisi promiserit, se effecturum, ut alius daret vel faceret. §. 3. *Inst. de Inutil. stipul.* quod interdum tacitè ex qualitate negotii & conditione promittentis subintelligitur, sicut qui alium judicio sisti promisit, hoc promisit, se acturum ut stet. *h. l.* 81. item si procurator ratam rem dominum ejusve heredem habiturum caverit. *l.* 18. *D. Rat. rem hab.* si quis certam personam pro se fidejussuram constituerit. *l.* 14. §. 2. *D. de Constit. pec.* Imo & talis stipulatio valet, si quis stipuletur decem dari sibi curari, & hoc casu non petentur decem, sed promissor liberatur dando reum locupletem ceu expromissorem. *h. l.* 67. §. 1. *l. ult.* §. 1. *D. de R. C.* Quod si heres à testatore jussus sit facere, ut Lucius centum habeat, ipse heres cogendus est centum dare. *l.* 73. *in pr. D. de Legat.* 1.

XXII. *Ad ejusd. l.* 38. §. 12.] Appellatio

heredis regulariter non reſtringitur ad primum heredem, ſed & ad ulteriores heredes extenditur, ita ut heredis heres & deinceps in infinitum heredis appellatione contineantur. *l.* 3. *D. de Petit. hered. l.* 7. *in fin. D. de A. H. l.* 2. *§.* 18. *D. Pro empt. l.* 40. *D. Ad SC. Trebell. l. fin. C. de Hered. inſtit.* Interdum tamen appellatio heredis coarctatur ad primum heredem, veluti in edicto prætoris, quod defert bonorum poſſeſſionem ei, quem heredem eſſe oportet jure civili. *l. un. D. Vt ex leg. Senat. bon. poſſ.* in pupillari ſubſtitutione. *l.* 8. *D. de Vulg. & pupill. ſubſtit. l.* 70. *D. de V. S.* Ita ſi convenerit, ut uſusfructus ad heredes fructuarii tranſeat, intelligitur hoc de primo & non ulterioribus heredibus: uſumfructum ſtrictè interpretamur. *l.* 20. §. 2. *D. S. P. V.* verum ad hoc erroneè allegatur *l.* 14. *C. de Vſufruct.* quæ non agit de herede fructuarii ſed teſtatoris, ut ſi heredi teſtatoris uſusfructus relinquatur, morte heredis inſtituti uſusfructus finiatur: Planè ſi quis uti frui licere ſibi heredique ſuo ſtipulatus ſit, heres ex ſtipulatu recte agit. *h.* §. 12. & ſunt hic quodammodo duo uſusfructus, ita ut mortuo ſtipulatore alter quaſi inchoetur à perſona heredis, unde ſi quis ſtipulatus fuerit uti frui ſibi licere, non pertinet iſta ſtipulatio ad heredem. *h. l.* 38. §. 10. uſusfructus morte finitur. *l. pen. C. de Vſufr.* niſi per locationem conſtituatur. *l.* 10. *C. eod. l.* 18. *C. de I. D.* Excipitur item feudum quod olim

ad

ad libitum concedentis vaſallo concedebatur, aut per annum firmitatem habebat, aut ad vitam fidelis producebatur, hodie vero uſque in infinitum extenditur etiam in linea tranſverſali. *l. un. §. 1. & 4. de His qui feud. dar. poſſ.*

XXIII. *Ad l. 26. §. 2.*] Si quis ſibi aut filio ſuo dari ſtipuletur, filio etiam emancipato recte ſolvitur. *h. §.* modò fuerit emancipatus ab initio, tempore ſtipulationis, quo reſpectu facultas ſolvendi per capitis diminutionem non incercidit, quo ref. *l. 95. §. 6. D. de Solut.* tacitè ineſt hæc conventio ſtipulationi, ubi quis adjectus eſt ſolutioni, ut maneat adjectus in eodem ſtatu, ſi poſt ſtipulationem ſtatum mutet adjectus, ſolutio ei facta liberationem non parit promiſſori. *l. 38. D. eod.*

XXIV. *Ad l. 58.*] Si quod mihi debetur ex ſtipulatu ab alio ſtipuler novandi cauſa, ita demum fiet novatio, ſi poſterior ſtipulatio aliquid novi habeat, quod non habuerit prior, ut ſi in poſteriore pignus, vel fidejuſſor, vel pœna, vel dies, vel conditio adjiciatur, aut detrahatur, dummodo id actum ſit, ut fiat novatio. *l. 2. & l. 8. §. 1. D. de Novat.* non tamen fuit neceſſe, ut id verbis ſpecialiter exprimeretur, ſed ſufficiebat ex conjecturis & præſumptionibus id colligi potuiſſe, *arg. §. pen. Inſt. Quib. mod. toll. oblig.* ubi autem nihil occurrebat, ex quo colligeretur, eam contrahentium voluntatem fuiſſe, ut fieret novatio, requirebatur expreſſa & ſpe-

cialis conventio. *h. l. l.* 29. *&* 31. §. 1. *D. de Novat.* Hodie non aliter fit novatio, quam ſi ſpecialiter partes remiſerint priorem obligationem & hoc expreſſerint. *l. ult. C. eod.* Conſentit Deciſio Hollandiæ. In Camera Spirenſi ſufficiunt urgentes & perſpicuæ conjecturæ: Moribus etiam Galliæ novatio tacitè fieri poteſt.

XXV. *Ad l.* 78. *&* 132. §. *ult.*] Stipulatio conditionalis patri acquiritur, licet conditio exiſtat poſt emancipationem filii, quia in ſtipulationibus id tempus ſpectamus quo contrahimus. *h. l.* 78. conditio exiſtens retro trahitur ad tempus mortis vel teſtamenti in legatis conditionalibus, quæ filio acquiruntur, ſi exiſtente conditione ſui juris inveniatur. *l.* 14. §. *ult. D. Quand. di. legat. l.* 5. *C. de Condit. inſert.* In ſtipulatione item conditionali eſt ſpes debitum iri, quæ ad heredes tranſmittitur. §. 4. *Inſt. de V. O.* quo reſpectu qui ſub conditione ſtipulatus eſt, dicitur creditor, & opponitur legatario, cui ſub conditione legatum eſt in *l.* 42. *D. de O. & A.* hic ſi ante conditionis exiſtentiam moriatur, legatum non transfert ad heredem. *l.* 4. *in pr. D. Quand. di. leg.* ſi tamen filiusfam. ita ſtipulatus fuerit, *Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua eſſe jubes?* & emancipatus crediderit, patri non acquiritur actio, ſed filio poſtea emancipato. *h.* §. *ult.* hæc ſtipulatio ex præſenti vires capere non potuit, quia obligatio principalis, patri non erat quæſita, ac ideo fidejuſſor, cum quo filius

con-

ontraxit in familia patris, ei humanitatis intui- obnoxius esse debet. *l.* 47. §. *ult. D. de Fide-iuss.*

DE DUOB. REIS CONSTIT.

XXVI. *Ad l.* 2. 3. §. 1. *l.* 9. §. *ult. & l.* 11.] ingulis ex reis credendi debetur in solidum. *l.* 2. & si unus correum debendi pro parte onvenit, pro altera parte nihilominus eundem onvenire non prohibetur, *arg. l.* 8. §. 1. *D. de egat.* 1. *l.* 23. *C. de Fidejuss.* nisi quis exegerit artem ea mente, ne quid ab eo præterea pete-et, qualis divisio fieri intelligitur, quando cor-eus singulos reos debendi agnoscit, contra eos mul in partes viriles actiones dirigit, aut se eos d partis solutionem admittere profitetur. *l.* 18. . *de Pact. l.* 16. *C. de Fidejussor.* Si unus ex cor-eis credendi solidum exegerit, cæteris portio-es viriles communicare non tenetur, nisi sint ocii, quo casu judicio pro socio obligatio inter os dividitur. *l.* 62. *D. Ad l. Falcid.* In duobus tiam reis debendi est una obligatio & una sum-na, quatenus unius solutione omnes liberantur. *l.* 3. §. 1. & nihilominus in cujusque persona ropria singulorum consistere obligatio dicitur *h.* §. *ult.* quia singuli debent solidum. *d. l.* 2. *). h. t.* §. 1. *Inst. eod.* adeoque non gaudent be-eficio divisionis, ne quidem post *Nov.* 99. *c.* 1. uia ibi, ut constat ex inscriptione Græca, agi-ur περὶ ἀλληλεγγύων, h. e. de duobus reis, qui

vice

vice mutua fidejuſſores accepti ſunt, qui ante non gaudebant beneficio diviſionis. *h. l.* 11. Moribus hodiernis correi debendi tenentur duntaxat pro portionibus virilibus, niſi ſpecialiter fuerit conventum, unumquemque teneri in ſolidum, *een voor al, ofte elck ſonderlingh. LL. Antwerp. tit.* 63. *art.* 2.

EXERCITATIO XXVI.

RESPONDENTE
Paulo Sluysken,

De Stipul. serv.

I. **A***d l.* 16. 18. §. 2. *& l.* 28. §. *ult.*] Si ſervus hereditarius ſtipuletur heredi futuro ſub nomine appellativo, valet ſtipulatio, & qui poſtea heres extitit, videtur ex tempore mortis defuncto ſucceſſiſſe. *h.* §. *fin.* ſed non valet ſtipulatio, quæ fit heredi futuro. *h.* §. 2. nominatim, ſub nomine proprio, *h. l.* 16. add. *l.* 27. §. *ult. D. de Pact.*

De Fidejussor.

II. *Ad l.* 1. 8. §. 5. *l.* 56. §. *ult. & l.* 70. §. *ult.*] Omni obligationi fidejuſſor accedere poteſt. *h. l.* 1. quæ tamen regula non eſt univerſalis, excipiuntur enim obligationes quæ ſunt contractæ ſub conditione impoſſibili. *l.* 29. *h. t.* quæ ſunt extin-

xtinctæ tempore transacto. *l.* 37. *eod.* aut confusione. *l.* 71. *d. t.* sed & si ex delicto oriatur obligatio, tenebitur fidejussor. *h.* §. 5. pœnas ob maleficia solvi magna ratio suadet. *h. l.* 70. §. *ult.* modò delictum sit pecuniarium, quale est furtum. *h. l.* 56. §. *ult.* At si ex delicto pœna corporalis vel arbitraria reo infligenda sit, interest, utrum agatur de judicato solvendo, an de judicio sistendo; priori casu non recipitur fidejussor, nemo enim dominus est suorum membrorum. *l.* 13. *D. Ad l. Aquil.* & peccata suos auctores tenere debent. *l.* 22. *C. de Pœn.* ideoque nemo se ad corporis cruciatum, vel pœnam capitis obligare potest; diversa ratio est exilii, quod ad fortunas potius & mutationem domicilii respicit, quam ad dolorem corporeum, de iis igitur disponere cuique licet. *l.* 21. *C. Mandat.* Posteriori casu, quando agitur de fidejussore, de judicio sistendo; id arbitrarium est, arbitrio judicis relinquitur, qui pro criminis objecti & personæ qualitate reum interdum in carceres recipit, interdum sub fidejussoribus à custodia dimittit. *l.* 1. 2. 3. *&* 5. *D. de Custod. reor. l.* 6. §. 3. *& l.* 12. *C. de Appellat.* Ac hic fidejussor transmittendus est ad Præfectum prætorio vel ad provinciæ Præsidem. *l.* 31. *C. de Fidejuss.* extra ordinem damnandus, si dolo non exhibeat. *l.* 4. *D. de Custod. reor. l. pen. C. eod. l.* 2. *C. Ad SC. Turpill.* Cæterum pro arbitrio judex statuet diem, intra quem fidejussor reum judicio sistat. *l.* 4. *&* 8. *D.*

Qui

Qui satisd. cog. quod si id die statuta non fiat, conceditur fidejussori spatium semestre, intra quod si reum steterit, pœnæ præstationem evitabit, *arg. l. 26. C. h. t.*

III. *Ad l. 24. & 49. §. 1.*] Fidejussor non tantum ipse obligatur, sed & heredem ex causa fidejussionis relinquit obligatum. *l. 24. C. de Fidejussor. §. 2. Inst. eod.* & si plures sint heredes, non in solidum, sed pro portionibus hereditariis singuli obligantur. *hh. ll.* quæ recipiunt divisionem, inter heredes in portiones hereditarias sunt divisa. *l. 6. C. Fam. ercisc.* sed quæ in partes dividi non possunt, solida à singulis heredibus debentur. *l. 192. D. de R. I.* Neque exceptione pacti taciti liberantur heredes, si inter creditorem & debitorem convenerit, ut mortuo fidejussore alius substituatur *arg. d. l. 24.* Pactio autem ista non est otiosa, neque inutilis creditori, cum hunc novum fidejussorem in solidum convenire possit, neque in plures heredes pro portionibus hereditariis obligationem dividere cogatur, juxta *d. l. 6.*

IV. *Ad l. 26. 28. & 51. §. 1. & pen.*] Inter fidejussores plures non ipso jure obligatio dividitur ex epistola D. Hadriani. *h. l. 26.* sed proposita exceptione divisionis compellitur creditor à singulis partes petere. *h. l. 28. §. 4. Inst. de Fidejuss.* & quando semel actio est divisa contra plures, qui tempore litis contestatæ solvendo fuerunt, regressus adversus alium non datur.

h. §.

h. . 1. *l.* 16. *C. eod.* neque pertinet ad onus aliorum, quod unus post litem contestatam solvendo esse desiit. *h.* §. *pen.* Cæteroquin portio inanis fidejussoris cæteros onerabit. *d.* §. 4. *Inst. de Fidejuss.* Moribus hodiernis illa limitatio non attenditur, quia ab initio fidejussores non tenentur in solidum, sed pro portionibus virilibus, *na beloop van eenes yderen aenpart der schult*, nisi inveniatur in fidejussione clausula *een voor al.* Exceptio ista divisionis usque ad sententiam rectè opponitur, etiamsi fidejussor in initio litis eam contestatus non fuerit. *l.* 10. §. 1. *C. h. t.* Fidejussori autem non conceditur, qui simul cum muliere pro alio intercessit. *l.* 48. *D. h. t.* Quid si fidejussores se obligaverint in solidum, an beneficio divisionis privantur? Nihil minus. *l.* 3. *C. de Fidejuss.* Et hujus *l.* argumento probè defenditur, beneficium excussionis, quod ex *Nov.* 4. fidejussoribus competit, non amitti, licet fidejussor se ut principalem debitorem, *als ein selbschuldner, als principale schuldenaer*, obligaverit, si de animo novandi non constet manifestè *l. fin. C. de Novat.* Contraria sententia servatur in Praxi. An eodem beneficio privatur fidejussor, si interveniente juramento fidejusserit? Negari. *c. accessorium.* 42. *de R. I. in* 6° *junct. Auth. præsente. C. h. t.*

V. Ad l. 27. §. 3. *& l.* 49. §. *ult.*] Fiscus in multis utitur jure privati, quomodo, uti beneficium divisionis tribuitur fidejussoris heredi. *h.* §. 3.

h. §. 3. ita & fiſco, cui bona fidejuſſoris ex cauſa condemnationis ſunt acquiſita, idem beneficium competit. *h.* §. *ult.* Ac uti, ſi creditor ſuccedat debitori obligatio confuſione tollitur. *l.* 95. §. 2. *D. de Solut. l.* 7. *C. de Pact.* ita quando fiſcus ſuccedit ſuo debitori, debitum extinguitur confuſione, ut nec fidejuſſor obligatus maneat. *l.* 45. §. 11. *D. de Iur. fiſc.* ſed jure priſtino conveniuntur fidejuſſores, quando reus adempta parte bonorum exulare juſſus eſt. *l.* 1. *C. de Fidejuſſ. jure priſtino*, h. e. in ſolidum, ſeu eodem modo, quo ante exilium debitor principalis conveniri poterat, quia exceptio iſta, quæ in *d. l.* 1. competiit debitori, ut pro parte ſolum teneretur, cohærebat perſonæ, neque ideo fidejuſſori concedebatur. *l.* 24. *D. de Re jud.* defenſiones ſive exceptiones (verba ſunt, *l.* 11. *C. de Except.*) ad interceſſores extendi, quibus reus integro manente ſtatu munitus eſt, conſtat. Diſquiritur, num *d. l.* 1. *C. h. t.* ſit exaudienda de relegato, an deportato? Poſterius placet, quia præſupponit, debitorem extincta obligatione per deportationem priſtino jure conveniri non potuiſſe, licet teneatur utili actione propter partem bonorum quam retinuerat. *l.* 14. §. *fin. D. de Interdict. & releg.*

DE NOVATION.

VI. *Ad l.* 11. §. 1. *& l.* 29.] Novatio vel eſt voluntaria vel neceſſaria. *h. l.* 29. Voluntaria fit par-

partium conventione, vel consensu nudo. *l.* 15. *D. de R. C.* vel per stipulationem. *h. l.* 11. §. 1. ubi tamen improprie dicitur fieri delegatio per stipulationem; neque enim novatio & delegatio sunt modi distincti, quibus obligatio tollatur; quasi delegatio sit, quando interventu novæ personæ obligatio tollitur; sed proprie delegationem stipulatio & novatio subsequitur; delegatio est initium novationis, origo & causa novandæ ac transferendæ prioris obligationis; stipulatio novandi causa interposita est executio, exitus effectus delegationis; delegatio igitur ita fit per stipulationem, h. e. stipulatione perficitur, atque effectum capit. Novatio necessaria oritur ex litis contestatione. *d.* §. 1. *& h. l.* 29. quatenus per litis contestationem nova quædam fiunt, post eam actio novas qualitates assumit, veluti, quod, quæ fuit temporalis & morte rei interitura, judicio inclusa perpetuetur, quatenus nova actio & novi effectus post sententiam accedunt. *l.* 8 *C. de R. C. l.* 16 §. 6. *D. de Pignor. l.* 1. *C. de usu. rei jud.* Vid. supr. Exerc. 15. *ass.* 11.

DE SOLUTION.

II. *Ad l.* 1. 5. *&* 103.] Quoties qui debet ex pluribus causis indistincte quid solvit, in arbitrio solventis est dicere, quod debitum potius solutum voluerit, *h. l.* 1. quod si hoc non expressit, in eam causam solvisse videri debet, ex qua tum, cum solvebat, compelli poterat ad solutionem.

tionem. *h. l.* 103. ceu in causam graviorem. *h. l.* 5. quod procedit, si ex duabus causis æquè principalibus quid debeatur, nam si qui debet sortem & usuras, solvat, neque voluntatem suam exprimat, prius in usuras id quod solvitur, deinde in sortem accepto feretur. *l.* 1. *C. de Solut.* ne solutione sortis cum maximo damno creditoris & obligatio usurarum extinguatur. *l.* 43. *D. eod.*

VIII. *Ad l.* 38. §. 3. *&* 92. §. 1.] Si quis servum, quem dari promisit, heres à domino scriptus, statuliberum dederit, liberatur. *h. l.* 92. §. 1. si certus homo debeatur, atque is servus sit effectus statuliber facto alieno, puta quia servus alienus erat in obligatione. *l.* 9. §. 2. *D. de Statulib.* sed si idem servus sit effectus statuliber facto debitoris, cujus fortè servus erat, debitor non liberatur, nec servum repetit. *l.* 63. *D. de Condict. indeb.* Idem est, si quis hominem generaliter promiserit, & statuliberum solvat, hic debitor quidem non liberatur, sed condictionem habet. *h.* §. 3.

IX. *Ad l.* 78.] Si frumentum duorum sine voluntate dominorum sit confusum, hoc frumentum non communicatur, sed singulis manet actio in rem salva. *l.* 5. *in pr. D. de R. V.* §. 28. *Inst. de R. D. & A. R. D.* at si nummi alieni inscio & invito domino sint soluti, atque ita mixti, ut discerni non possent, fiunt ejus, qui accepit. *h. l.* non tam commixtionis quam traditionis & solu-

solutionis jure; Immixtio habet vim consumptionis, consumptio vim solutionis, sed dominus actionem furti contra eum, qui dedit, habet, *d. l.* 78.

[illegible]. *Ad l.* 99.] Aliud pro alio invito creditori solvi nequit. *l.* 2. §. 1. *D. de R. C.* Sed specialiter in pecunia receptum est, ut alterius generis, quam quæ promissa est, pecunia solvi possit, nisi creditor ex ea solutione damnum aliquod sit passurus. *h. l.* add. *arg. l.* 65. §. 1. *D. de V. O. l.* 35 *D. de Aur. arg. leg.* Moribus etiam hoc conceditur, modò ea pecunia, quæ solvitur, publicâ æstimatione extrinseco valori promissæ pecuniæ respondeat, nec magnæ summæ debitor eam in minutissimo pecuniæ genere solvere velit, aut aliter inter contrahentes convenerit. Quod si debitor in eadem forma nummos reddere velit, quæ accepit, contractus tempus inspiciendum est: ac totidem nummi solvendi, quot crediti, eo non obstante, quod valor nummorum à tempore contractus creverit vel decreverit: in mutuo sufficit, ut res reddatur in eodem pondere, numero, & mensura. *d. l.* 2. §. 1. *& l. seq. D. de R. C.*

[illegible]I. *Ad l.* 75. *&* 95. § 2.] Confusione tollitur obligatio, si creditor debitoris, vel contra debitor creditoris adierit hereditatem. *hh. ll.* add. *l.* 7. *C. de Pact.* neque solum obligatio civilis, sed & naturalis confusione perimitur, *arg. l.* [illegible]. *D. de Fidejussor.* licet in ponenda ratione l.

Falcidiæ omne æs alienum deducatur etiam quod ipsi heredi tempore mortis debitum fuerit. *l. 6. C. Ad l. Falcid.* Hodie si heres confecto inventario adeat hereditatem, obligatio ejus non extinguitur confusione, sed similem cum aliis creditoribus habet fortunam, temporum tamen & privilegiorum prærogativa inter creditores servanda. *l. fin. §. 9. C. de Iur. delib.*

DE ACCEPTILAT.

XII. *Ad l. 3. 4. 5. 12. 13. §. 10. & l. 21.*] Solet creditor debitori suo apocham dare sortis vel usurarum nomine, quæ tamen non aliàs liberat debitorem, quam si pecunia sit soluta. *l. 19. §. 1. D. h. t.* nisi dies triginta post hujusmodi securitatis expositionem sint transacti. *l. 14. §. 2. C. de Non num. pecun.* Acceptilatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia non sit soluta. *d. §. 1.* & celebratur vel donationis gratia. *l. 2. C. h. t.* vel etiam ex causa. *l. 9. D. de Præscript. verb.* Præterea ipsa acceptilatio, etiam per se absque stipulatione Aquiliana considerata, est actus legitimus. *l. 77. D. de R. I.* quare 1°. per procuratorem acceptò non liberamur. *l. 123. D. eod.* nisi is novandi causa nostram obligationem suscipiat, seque debitorem constituat, ac deinde acceptum roget; neque etiam quod nobis debetur absque novatione acceptum facere potest. *h. §. 10.* Et circa hanc novationem exigitur mandatum generale vel speciale,

cit:, quò ref. *h. l.* 3. Add. *l.* 4. *C. de Novat.*
2° Acceptilatio in diem vel ſub conditione facta nullius momenti eſt. *h. l.* 4. & 5. quod eſt intelligendum de conditione expreſſa, non tacita; actis enim legitimi tacitè recipiunt, quæ apertè comprehenſa vitium adferunt. *d. l.* 77. *D. de R. I.* quomodo ſi quis animo dotem dandi acceptum fert, conditio tacitè ineſſe cenſetur obligationi, ſi nuptiæ fuerint ſecutæ. *l.* 43. *D. de I. D.* item ſi, quod in diem vel ſub conditione debetur, acceptilatione tollatur, de præſenti quidem hæc acceptilatio exitum non ſortietur, ſed operabitur ſi conditio ſtipulationis extiterit vel dies venerit. *h. l.* 12. & 21. exemplo ſolutionis. *l.* 16. *D. de Solut.*

XIII. *Ad l.* 8. 19. & *ult.*] Acceptilatione ſolæ tolluntur verborum obligationes. §. 1. *Inſt. Qib. mod. toll. oblig. l.* 35. D. *de* R. I. ſi acceptò latum fuerit ei, qui ſolo conſenſu obligatus eſt, obligatio tollitur ipſo jure, non vi acceptilationi, ſed conſenſus contrarii. *h. l. ult.* ſi acceptò fertur ei, qui non verbis, ſed re obligatus eſt, non liberatur quidem acceptilatione, ſed exceptione doli mali vel pacti conventi ſe tuetur. *h. l.* 19. Atque ita acceptilatio inutilis habet vim pacti. *h. l.* 8. contra eſt in ſtipulatione inutili, unde obligatio naturalis non oritur. *l.* 1. §. 2. *D. de V. O.* Ratio differentiæ eſt, quod ſtipulatio parat obligationem, acceptilatio liberationem, propenſiores autem ſumus ad liberandum quam

ad obligandum. *l.* 47. *D. de O & A.* Cæterum hodie inventus eſt modus, quo etiam obligationes aliæ juris gentium tolluntur acceptilatione, quando ante miniſterio Aquilianæ ſtipulationis in verborum obligationem ſunt transfuſæ, quâ viâ etiam tollitur petitio hereditatis, & ſpecialis in rem actio. *§.* 2. *Inst. Quib. mod. toll. oblig. l.* 15. *C. de Tranſact.* non hîc petitor ſtipulatur rem ſuam, ſed quanti ea res erit, tantam pecuniam ſibi dari, ſeu rei æſtimationem, cujus obligatione per acceptilationem ſublatâ in effectu petitio de re ipſa ſublata intelligitur. vid. *l.* 68. *D. de R. V. junct. l.* 28. *D. de Novat.*

DE STIPULAT. PRÆT.

XIV. *Ad l.* 2. *§. ult. l.* 4. 5. 7. *&* 9.] Diſtinguuntur multifariam ſtipulationes Prætoriæ à conventionalibus; In ſtipulationibus Prætoriis ubi ambiguus ſermo acciderit, interpretatio eſt prætoriæ jurisdictionis. *h. l.* 2. §. *ult. & l.* 9. In Conventionalibus verba ambigua contra ſtipulatorem interpretamur. *l.* 26. *D. de Reb. dub. l.* 39. *D. de Pact.* Prætoriæ ſæpius interponuntur, & ſatisdatio, fidejuſſore fortè facultatibus lapſo, jure iterari petitur. *h. l.* 4. exempla occurrunt in *l.* 8. *§.* 3. *& l.* 10. *§.* 1. *D. Qui ſatisd. cog. l.* 4. *D. Vt in poſſeſſ. leg. l.* 20. *§.* 14. *D. de Oper. nov. nunt.* In conventionalibus nullum video remedium, quo debitor, ſi fidejuſſor rem familiarem inopinato fortunæ impetu amiſerit,

ad

a alium substituendum constringi possit, *arg. l.* 4. *D. de Hered. vel act. vend. l.* 96. §. 2. *D. de Solut.* quemadmodum nec creditor pro dato fidejussore alium fidejussorem aut pignus admittere cogitur. *l.* 9. §. 3. *D. de Pignor. act. l.* 45. §. 2. *D. Mandat. l.* 5. §. 2. *D. Quib. mod. pign. solv.* In prætoriis per procuratorem actio ipso jure acquiritur domino, *h. l.* 5. in conventionalibus regulariter non nisi per cessionem. *l.* 49. §. *fin. D. de A. P.* Prætoriæ cautiones plerumque desiderant personas intervenientium. *h. l.* Conventionales sunt contentæ pignoribus. *l.* 59. §. *fin. D. Mandat.* Denique non ita stipulationes conventionales ut prætoriæ pro parte committuntur. *l.* 18. *D. Rem rat. hab. l.* 9. §. 1. *D. Si ex. caut. in judic. sist. caus. l.* 4. §. 1. & *l.* 5. §. *ult. D. de V. O.* In hoc conveniunt, quod, uti in stipulationibus conventionalibus, ac in cæteris quoque contractibus duo rei constituuntur, si & stipulationum prætoriarum duo rei fieri possint, *l.* 14. *D. de Duob. re.*

XV. *Ad l.* 2. §. 2.] Stipulatio judicatum solvi tres habet clausulas, de re judicata, de re defendenda, & de dolo malo. *l.* 6. *D. Iudic. solv.* i. e. qui præstat satisdationem judicatum solvi, promittit, se, quod judicatum erit, soluturum, rem defensum iri, dolumque malum in ea causa abesse & absuturum esse. Stipulatio judicatum solvi incertam continet quantitatem *h.* §. 2. quia nondum constat, in quantum reus sit condem-

nandus, eventus judicii eſt incertus, ſed eadem ſtipulatio expeditam habet quantitatem. *l. 9. D. Iudic. ſolv.* quando ſententia eſt lata, quo tempore committitur in tantum in quantum judex pronuntiaverit. *d. l. 9. jung. l. 3. in fin. C. de Inutil. ſtip.*

JUDICAT. SOLV.

XVI. *Ad l. 1.*] Olim legitimum judicati ſolvendi tempus debitori principali datum ejus fidejuſſori non concedebatur: Hodie beneficium hoc eſt reale, atque induciæ quadrimeſtres etiam extenduntur ad fidejuſſores, quibus tranſactis res in condemnatione poſitæ à fidejuſſoribus ſtatim exiguntur, *l. ult. §. 1. C. de Vſur. rei judic.* An igitur reo principali condemnato ſententia ſine novo proceſſu contra fidejuſſorem executioni mandari poteſt? Aſſerunt quidam ſimpliciter, quando fidejuſſor ad cauſam citatus fuit, quam ſententiam alii reſtringunt ad fidejuſſorem, qui judicatum ſolvi cavit: Ego, ne contra regulas juris ab executione inchoetur, & ne contra formam judiciorum, ſine litis conteſtatione, & ſententia, quiſpiam executioni ſubjiciatur, fidejuſſorem ſeparatim condemnandum eſſe judico, antequam executioni locus detur, quod vel evincit *h. l. 1.* ubi in ſtipulatione judicatum ſolvi poſt rem judicatam ſtatim dies cedit, h. e. incipit pecunia deberi, dies nondum venit.

nit. *l.* 213. *D. de V. S.* Atque hanc ſententiam amplexus eſt Senatus Sabaudiæ.

REM RAT. HAB.

XVII. *Ad l.* 3. *§.* 1.] Præſcriptio dilatoria ante litem conteſtatam eſt opponenda procuratori, an ad agendum negotium mandatum à domino habeat. *l.* 13. *C. de Procurat.* ſi falſus procurator inveniatur, nec dici controverſiæ ſolent, nec poteſt eſſe judicium. *l.* 24. *C. eod.* adeoque nec dominus, quæ geſſit falſus procurator & obtinuit, in ſui commodum & favorem rata habere poteſt, quamvis opinio contraria ſit communis & in Camera Imperiali recepta. Si tamen exceptio procuratoria in lite conteſtanda ſit omiſſa, & poſtea apparuerit, eum qui negotium gerit, falſum procuratorem eſſe, rectè judex exigente adverſario ſatisdationem, de rato ab eo poſtulat, atque ita judicium per obliquum confirmatur, ut dominus hoc procuratore victo à ſententia judicis provocare queat. *h.* §. 1. Hoc ſenſu hæc cautio de rato eſt judicialis in *§. ult. Inſt. de Diviſ. ſtipul.*

XVIII. *Ad l.* 15.] Omnium actionum inſtituendarum initium ab ea parte edicti proficiſcitur, quæ eſt de in jus vocando. §. *ult. Inſt. de Pœn. tem. litig.* ſed ſi judicii vocabulum propriè ſumatur pro progreſſu judicii à lite conteſtata uſque ad ſententiam (qui inſtantia dici ſolet) ut tantum ea complectatur, quæ apud judicem pe-

daneum expediebantur, opponitur in jus vocationi. *h. l.* atque eo reſpectu lis conteſtata tunc videtur quando judex per narrationem actoris & contradictionem rei cauſam audire cœpit. *l. un. C. de Lit. Conteſtat. l.* 14. *§.* 1. *C. de Iudic.* Sed ſi judicii vocabulum paulò laxius accipiatur pro univerſa illa tractatione ab in jus vocatione uſque ad executionem, quæ proceſſus judiciarii eſt pars poſtrema, non abſurdè citatio vel in jus vocatio (quæ hodie promiſcuè uſurpantur) principium & pars judicii appellatur.

DE PRIVAT. DELICT.

XIX. *Ad l. ult.*] Ex quovis delicto privato agitur civiliter & criminaliter, ut & hoc caſu in crimen inſcribi oporteat. *h. l. l. ult. D. de Furt. l. ult. D. de Injur.* Sed quia in utroque judicio idem factum & delictum vindicatur ac deducitur, per actionem furti pœnalem in duplum aut quadruplum, & per actionem civilem injuriarum conſumitur actio criminalis extraordinaria. *l.* 56. §. 1. *D. de Furt. l.* 7. §. 1. *D. de Injur.* add. *arg. l.* 17. §. 4. *D. eod.* atque eadem ratione per judicium de vi bonorum raptorum fit præjudicium accuſationi publicæ ex l. Julia de vi privata, ſi quis raptorem accuſaverit extra ordinem *l.* 2. §. 1. *D. de Vi bon. rapt.* Quoties concurrit cum criminali judicium civile non pœnale, ſed rei perſecutorium, quod rem familiarem concernit, utrumque locum habet. *l. un. C. Quand. act.*

act. civ. crim. vid supr. *Exerc.* 10. *ass.* 7. Quod autem dixi, ex delicto quolibet etiam agi criminaliter, atque furem, v.g. extra ordinem coërceri posse, hoc ita intelligi volo, dum ne fur simplex, qui vim non adhibuit, pœna capitis puniatur, neque membrum ei amputetur. *Nov.* 134. *c. fin.*

DE FURTIS.

XX. *Ad l.* 1. §. 1. *& ult. l.* 6. 27. *§. ult. l.* 52. §. 19. 21. *&* 24.] Sola cogitatio furti faciendi non facit furem. *h. l.* 1. §. 1. neque verbo aut scriptura, sed contrectatione furtum fit. *h. l.* 1. §. *ult. & l.* 52. *§.* 19. contrectando sæpè, h.e. frequenter. *h. l.* 6. quæ etiam contrectatio adfuit, si quis interceperit instrumenta. *h. l.* 27. *§. ult.* non tamen semper est necesse, ut, qui furti convenitur, contrectaverit, sufficit, si opem & consilium dederit. *h.* §. 21. *&* 24. Vid. supr. *Exerc.* 13. *ass.* 18.

XXI. *Ad l.* 46. §. *pen.*] Qui invito domino se rem contrectare putat, cum dominus vellet, furtum quidem facit, si affectus contrectantis inspiciatur. *h.* §. verum actio furti non nascitur, quia volenti & consentienti hactenus furtum non fit. *§.* 8. *Inst. de Oblig. quæ ex del.*

XXII. *Ad l.* 50. *in pr. l.* 74. *in pr. & l.* 80. §. 1.] Quando fit furtum possessionis, actione furti id quod interest persequimur. *h. l.* 74. An id quod interest in actione furti verum rei pretium

tium

tium excedere poteſt? Neg. ſi eâ dominus utatur, cujus amplius nihil intereſt, quam quia dominium habuit, quo caſu idem eſt id quod intereſt & verum rei pretium, atque ita duplatur vel quadruplatur. *h.* §. 1. quomodo eſt accipienda *h. l.* 50. ut id quod intereſt fine pretii contineatur agente domino, cujus nihil amplius intereſt: At ſi non dominus furti actione experiatur, id quod intereſt verum pretium excedere poteſt.

XXIII. *Ad l.* 52. §. *ult. & d. l.* 80. §. 3.] Cum raptor omnimodo furtum facit, fur manifeſtus exiſtimandus eſt. *h.* §. 3. quod intelligitur, ſi in maleficio deprehendatur, ſed ſi nemo eum deprehenderit tollentem, tenetur furti nec manifeſti *h.* §. *ult.* cum quibus actionibus concurrit actio de vi bonorum raptorum in quadruplum; de quo concurſu dixi *Exercit. præced. aſſ.* 10. Singulari ratione actio de vi bonorum raptorum eſt in duplum, cui ipſa rei perſecutio ineſt, quando Chriſtiani Judæorum vel Paganorum bona rapuerunt. *l.* 6. *C. de Pagan.*

XXIV. *Ad l.* 81.] Ob pecuniam civitati ſubtractam agitur actione furti, non crimine peculatus. *h. l.* quo crimine tenetur, qui aufert pecuniam publicam. *l.* 1. *D. Ad l. Iul. pecul.* h. e. populi Romani, bona civitatis abuſivè publica dicta ſunt. *l.* 15. *D. de V. S.* Si civitates privatorum loco habentur. *l.* 16. *D. eod.* ſed ex conſtitutione Impp. Trajani & Hadriani, qui magis utilitatem quam vocabuli proprietatem conſidera-

erarunt, accuſatio peculatus ad pecunias civitatum porrecta eſt. *l.* 4. *§. ult. D. Ad l. Iul. pecul.* mò non ſolum pecunia publica, ſed etiam priata crimen peculatus facit, ut ſi quis, quod fiſco debetur, ſimulans ſe fiſci creditorem, acceerit, quamvis privatam pecuniam abſtulerit. 9. §. 3. *D. eod.* Verum crimen peculatus non ommittitur, ſi exigam pecuniam ab eo, qui mii & fiſco debet. *l.* 12. *D. d. t.*

DE INJURIIS.

XXV. *Ad l.* 3. §. *fin. & l.* 4.] Qui Titium nterficere volens, Mævium fortè adſtantem vel prætereuntem, vel intercedentem occidit, nihilominus pœna capitali tenetur, non eſt neceſſe adeſſe animum occidendi Mævium, ſed ſufficit adeſſe animum & voluntatem occidendi in genere. *l.* 1. §. 3. *D. Ad l. Cornel. de ſicar.* aliud eſt, ubi, qui errat, voluit operam dare rei licitæ, quomodo qui voluit percutere ſervum proprium (quod licet domino, *tit. C. de Emendat. ſerv.*) adſtantem percuſſit, actione injuriarum non tenetur. *hh. ll.* quia ceſſat animus injuriandi, cæteroquin in homine libero ſecus eſſe probat *l.* 18. §. 3. *D. de Injur.* Interdum tamen à pœna capitali excuſandus eſt, qui errans in perſona hominem occidit, ut qui defenſionis ſuæ cauſa cum aggreſſorem petere vellet, aliquem adſtantem vel ſe interponere volentem occidat, licet non excuſetur ab actione l. Aquiliæ, *l.* 45. §. 4.

D. Ad

D. *Ad l. Aquil.* in quam culpa leviſſima venit. *l.* 44. *D. eod.*

XXVI. *Ad l.* 17. §. 6.] Injuria aboletur tempore. *h.* §. h. e. lapſu anni. *l.* 5. *C. de Injur.* etiam quæ ſcripto eſt illata, ſed hæc nihilominus vindicari poteſt ex *l. un. C. de Famoſ. lib.* An & actioni injuriarum, quæ ex L. Cornelia deſcendit, anno præſcribitur? Ajo, licet aliàs actiones civiles in perpetuum extendantur, niſi breviori ſpatio concludantur. *pr. Inſt. de Perpet. & temp. act.* Camera Imperialis cenſuit, actionem hanc ex l. Cornelia deſcendentem eſſe perpetuam; idem judicavit Senatus Hollandiæ & Friſiæ: Annus iſte non eſt utilis currens ab eo die, quo quis cognovit, injuriam ſibi illatam eſſe, ſed continuus, ut computari debeat ex die objecti criminis. *arg. d. l.* 5. *C. de Injur.* etiamſi actiones, quæ ex delictis in *titt.* præcedentibus proponuntur, anno utili terminentur. *l.* 1. *in pr. D. Si is qui teſtam. lib. eſſ. juſſ. l.* 2. §. 13. *D. de Vi bon. rapt. l.* 2. *C. eod. l.* 1. *in pr. D. de Incend. ruin. naufr.* atque aliquoties, cum prætor de anno loquitur, annus utilis indicetur, ut in *l.* 1. *&* 6. *D. de Calumniat. l.* 1. *in pr. &* §. 39. *D. de Vi & vi arm. cum ſimm.* Licet autem actio injuriarum anni lapſu ſit extincta, non tamen perſecutio damni & ejus quod intereſt extinguitur, cum actio legis Aquiliæ, qua hoc caſu damnum perſequimur, perpetuò detur.

XXVII. *Ad l.* 18.] Qui non convitii conſilio

s..o aliquid injuriosum dixisse se probavit, fides v.ri à calumnia eum defendet. *d. l.* 5. *C. de Injur.* .ui per fidem veri non intelligitur veritas obje-.. criminis, verum probabit reus, se non con-v..ii consilio, seu convitiandi animo, sed per jo-..m & prout solebat fieri in communi conversa-t..ne, aliquid dixisse. *l.* 3. *§.* 3. *D. h. t.* Quid si i..tur nocentem quis infamaverit? non est a..uum bonum, ait indistinctè Paulus in *h. l.* ob e..m rem condemnari, cùm peccata nocentium n..ta esse & oporteat & debeat. Senatus Frisiæ v..ritatem convicii excusavit à palinodia, non e..am à mulcta pecuniaria. Add. Constit. crimin. C..rol. V. *art.* 110. *in fin.*

DE EXTRAORD. CRIMIN.

..XXVIII. *Ad l.* 1. *§. ult.*] Pœna stuprato-r..m est, si honesti sint publicatio partis dimi-d..e bonorum; sin humiles, corporis coërcitio c..n relegatione. §. 4. *Inst. de Public. judic.* sed i..terdum ex circumstantiis hoc crimen adgra-v..tur, ut & reo pœna capitalis infligi possit, si e..tra ordinem reus accusetur, veluti, ubi est im-p..obior dolus, ut si quis mulieres valde honestas &..pudicas fœdissimis persuasionum illecebris, d..nis, muneribus interpellaverit, corruperit ac d..ceperit. *h. §. ult.* si qui nondum viripotentes v..gines corruperint, humiliores in metallum d..mnantur, honestiores in insulam relegantur a..t in exilium mittuntur. *l.* 38. *§.* 3. *D. de Pœn.*

Servus,

Servus, qui dominam corrupit, flammis imponitur, & corruptæ caput amputatur. *l. un. C. de Mulier. quæ se propr. serv. junx.* Jure divino stuprator virginem corruptam, si non dissentiat pater, dotare & ducere jubetur. *Exod. 22. vers. 16. 17. Deut. 22. v. 28. & 29.* Jus Pontificium resolvit eam copulationem in alternativam, ut stuprum passa sit aut ducenda aut dotanda. C. 1. X. *de Adulter.* Cui consentiunt mores; specialiter ita sonat lex Ordinationis Frisiæ, *Die een Maechdeken defloreert, ende schendet, is gehouden 't selve Maechdeken te doteeren nae haer qualiteyt, soo verre een soodanigh Man de selve Vrouws-persoon niet trouwet.*

XXIX. *Ad l. 4.*] Si partus nondum formatus, fœtus informis, abigatur, est crimen extraordinarium & vindicatur temporali exilio. *h. l.* quod si poculo abortionis homo jam formatus perierit, habet locum lex Cornelia de sicariis, atque in exilium mittitur. *l. 8. D. Ad l. Cornel. de sicar.* quæ fuit olim pœna legis Corneliæ de sicariis. *l. 3. §. pen. D. eod.* hodie surrogata est pœna gladii. §. 5. *Inst. de Publ. judic.* & summo supplicio afficiuntur isti abactores. *l. 38. §. 5. D. de Pœn.* ubi vocabulum *homo* vel ad poculum amatorium referendum est, vel ad fœtum, qui jam homo erat cum abigeretur. add. *Exod. 21. v. 22. & seq. c. 32. q. 2. can. 9.* sed vid. *c. seq.* Unde etiam, ne concepto fœtui injuria inferretur, atque spes animantis perimeretur, cautum fuit

fu Lege Regia, ne mulier, quæ prægnans mortua eſt, humetur, antequam partus excindatur, utque is qui contra fecerit, ſpem animantis cum gravida peremiſſe videatur. *l. 2. D. de Mort. infer.* eademque lege, ut quidam ſuſpicantur, prægnantis mulieris conſumendæ damnatæ pœna differtur, quoad pariat; imò nec quæſtio de ea habetur, quamdiu prægnans eſt, *l. 3. D. de Pœn. l. 18. D. de Stat. hom.*

XXX. *Ad l. 9.*] In critninibus extraordinariis, ſi id deſiderat atrocitas delicti, judex pœnam uſque ad mortem naturalem extendere poteſt. *h. l.* unde vocantur crimina non legitima, quod nec regulam, nec formulam, nec pœnam determinatam habeant, vocantur ideo crimina ἄγραφα, inſcripta, ſeu lege non comprehenſa: interdum tamen reſtringit lex poteſtatem judicis ne excedat certam pœnam, quomodo judex in puniendis furibus balneariis modum temporarii operis egredi non debet. *l. 1. D. de Fur. baln.* neque etiam in coërcendis effractoribus in plebejo operis publici pœnam, vel relegationis in honeſtiore excedet. *l. 1, §. fin. in fin. D. de Effractor.*

De Popular. Action.

XXXI. Popularis actio dicitur, quæ ſuum jus populi tuetur. *l. 1. h. t.* qualis eſt actio, Albi corrupti, Sepulchri violati, Apertarum tabularum ante quæſtionem familiæ, de dejectis &

effusis, de termino moto: Dicitur actio popularis publica, *l.* 30. §. 3. *D. de Iurejur.* δημοτικὴ, καθολικὴ, quà cuivis de populo conceditur, sed non descendit ex legibus publicorum judiciorum. Si plures agant popularibus actionibus, præfertur qui magis idoneus est. *l.* 2. *h. t.* & maximè is cujus interest. *l.* 3. §. 1. *eod.* Admittitur hîc defensor, & procurator pro reo, non pro actore *h. l.* quando causa non concernit damnum actoris privatum, veluti in *l.* 5. §. 5. & *ult. D. de His qui effud. vel dejec.* secus est, si quis privatum damnum persequatur. *l.* 42. *D. de Procurat.* Moribus item hodiernis nemo persequitur privatus populares actiones, quod ad publicum interesse, ut loquuntur, pro damno privato per se & per procuratorem agere licet.

EXERCITATIO XXVII.

RESPONDENTE

RUDOLPHO à SONSBEECK,

DE ACCUSATION.

I. **A**d *l.* 7. §. 2.] Cavet accusator, se perseveraturum in crimine usque ad sententiam. *h.* §. 2. & si moretur, judex tempus præfiget, intra quod si agere supersederit, renuntiasse liti intelligitur. *l.* 7. *C. de His qui accus. non poss.* Sed partes amicabili compositione de cri-

mine

mne capitali transigere non prohibentur. *l.* 18. *C. de Transact. Vid. supr. Exerc.* 3. *ass.* 6.

II. *Ad l.* 12. *§. ult.*] Pœna capitalis interdum significat pœnam extremi supplicii & mortis naturalis, ut in *d. l.* 18. *C. de Transact.* ἢ δὶ αἰτίας ἐνόησε κεφαλικὴν, & deportationi opponitur. *l.* 22. *C. Ad l. Cornel. de Fals. l. ult. C. Si reus vel accusat. mort. l. pen. C. de Bon. proscript.* interdum denotat non tantum ultimum supplicium, sed etiam damnationem in metallum, & deportationem. *l.* 12. *D. de Public. jud.* §. 2. *Inst. ead. l.* 28. *in pr. D. de Pœn. l.* 13. *D. de Bon. poss.* quandoque latius sumitur, ut & pœnas minores designet, veluti relegationem. *h.* §. *ult. l.* 4. *D. Si quis caution. in jud. sist. l.* 103. *D. de V. S.* præcipè quando ponimus, factam esse relegationem in insulam. *l.* 7. *D. de Interd. & releg.* & in perpetuum. *d. l.* 7. §. 3. & insuper ademptis bonis, vel saltem parte eorum, *ead. l.* 7. §. 4. *& l.* 14. §. 1. *D. eod.*

AD L. JUL. MAJEST.

III. *Ad l.* 1. *§.* 1. *& l.* 2.] Tenetur inter alios capite primo legis Juliæ Majestatis, qui sciens falsum conscripsit vel recitavit in tabulis publicis. *h. l.* quod tamen ita intelligendum est, quando tale falsum in maximum Reipublicæ detrimentum vergit, veluti si quis falsò scripserit in tabula publica, populum Romanum alicui Regi donasse Regnum, Provinciam, vel simile quid;

Cæteroquin pœna legis Corneliæ de falsis tenetur ille, qui in rationibus, tabulis, literis publicis sine consignatione falsum fecit. *l.* 1. §. 4. *&* *l.* 16. §. *ult.* *D. Ad l. Cornel. de fals.* quod autem dicitur *h.* §. 1. crimen Majestatis illud esse, quod adversus populum Romanum committitur, hoc vel referendum est ad vestigium antiquæ libertatis, aut populus sumendus est pro capite populi, quem Princeps repræsentat.

IV. *Ad l.* 7. §. *ult.*] Crimen læsæ Majestatis non solum facto, sed & verbis impiis maximè exacerbatur. *Paul.* 5. *Sentent. tit.* 29. hodie illud crimen ex maledicto non contrahitur. *l. un.* *C. Si quis Imper. maled.* atque ideò in *h.* §. *ult.* *Tribon.* verba illa, *verbis impiis*, omisisse probabile est. Sed maximè crimen hoc exacerbatur in milites, si Cæsaris statuas vel imagines violassent. *d.* §. *ult.* quia sic defectionem cogitabant; Milites autem seditiosi ob vociferationem vel levem querelam de gradu militiæ dejiciuntur. *l.* 3. §. 20. *D. de Re milit.*

AD L. JUL. DE ADULT.

V. *Ad l.* 6. §. 1. *l.* 11. §. 7. *& l.* 13. §. 3. *&* 5.] Licet periniquum videatur esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat. *h.* §. 5. non tamen utriusque pudicitiæ est eadem ratio, major pudicitia desideratur ab uxore propter sexus verecundiam, fœdam seminum confusionem, & partuum adulterinorum suppositionem.

num. Quare mulier ſive rem habuerit cum alieno marito ſive cum ſoluto adulterium committit, maritus non niſi cum nupta. *h. l.6.§.1. l.101. inpr. D. de V. S.* Jure divino ac Canonico etiam hoc caſu adulterium committitur. *Geneſ. 1. v. 2. Gen. 2. v. 24. Matthæi 19. v. 5. 1. ad Corinth. 6. v. 15. & 16. cauſ. 32. q. 4. c. 3.* An & idem crimen vindicatur in ſponſa? Aff. neque matrimonium, neque ſpem matrimonii violare permittitur. *h. §. 3.* niſi fuerit renuntiatum ſponſalibus ſecundum *l. 1. C. de Sponſal.* licet à patre, quo pertinet *h. l. 11. §. 7.* pater manente in poteſtate filia ſponſo nuntium remittere poteſt, ac ſponſalia diſſolvere. *l. 10. D. de Sponſal.* Lege enim Dei ſponſæ violator pœna capitali afficitur *Deuteron. 22. v. 24.* Add. *Hoſeæ 4. v. 13. filiæ veſtræ fornicabuntur, & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt.* unde *Hieronym. cauſ. 27. q. 2. can. 37. quod in filiabus dicit fornicationem futuram, in conjugibus adulteria; quæ ſponſali conventione initiantur, & commiſtione corporum perficiuntur.*

VI. *Ad l. 11. in pr. & l. 29. §. 1.*] Lex Julia de adulteriis vetat adulterii damnatam duci uxorem. *h. §. 1.* non admittit eandem ad teſtimonii dictionem. *l. 18. D. de Teſtib.* aufertur, quod ita relictum eſt ab adultero, eidem, ut indignæ, & lucrum hereditatis ad fiſcum pertinet. *l. 13. D. de His quæ ut indign.* Non vindicavit lex Julia adulterium gladio, ſed pœna relegationis. *arg. h. l. 11. & d. §. 1. junct. l. 7. §. ult. D. Ad l. Iul.*

majest. l. 5. *D. de Quæstion.* Hodie ſacrilegos alienarum nuptiarum lex gladio punit. *l.* 30. *§.* 1. C. *Ad l. Iul. de adult.* quo *Tribonian.* ad ſui temporis rationem legem Juliam accommodaſſe in §. 4. *Inst. de Public. jud.* veriſimile eſt: eodem pertinent verba *excepto adulterio* in *l.* 18. C. *de Tranſact. & pœnam capitalem in l.* 9. C. *Ad l. Iul. de adult.* Jure noviſſimo adulteræ remiſſa eſt pœna gladii, & verberata in monaſterium detruditur, quam intra biennium maritus, ſi velit, recipere poteſt, tranſacto biennio adultera tonſa monaſtico habitu ſuſcepto in perpetuum monaſterio mancipatur. *Nov.* 134. *c.* 10. *Auth.* ſed hodie moribus hodiernis adulterii crimen pecuniariis mulctis plerumque punitur, quandoque expoſitione in theatro ad ignominiam, traductione infami per plateam, proceſſione in linteo induſio, & delata ad templum candela, adulteræ veſte ſuper genua præciſa ad ſubſannationem, aut ſimili arbitraria. vid *ll. Rurem. p.* 5. *tit.* 2. §. 3. *art.* 5. *& ſeqq. Coſt. van Vytr. tit.* 33. *LL. Transiſulan. p.* 2. *tit.* 19. *art.* 10. *Ordinat. Friſic. lib.* 2. *tit.* 11. *art.* 1.

VII. *Ad l.* 13. *in pr.* §. 1. 2. 4. *&* 8.] Lex Julia de adulteriis ad omnia matrimonia pertinet, neque intereſt, utrum uxor fuerit juſta an injuſta. *h. §.* 1. h. e. quæ jure uxor eſſe non poteſt, veluti ſi minor annis 12. ſi ea, cum qua inceſtus committitur, vel quæ abſque parentum conſenſu nupſit. *h. §.* 4. *&* 8. ſub hoc tamen diſcrimine,

crimine, ut uxor justa jure mariti accusetur, injuria duntaxat extranei. *h. pr.* §. 4. *&* 8. Similiter in ea uxore potest maritus vindicare adulterium, quæ vulgaris fuerit. *h.* §. 2. Hinc quando mulier, marito non deserto, clam pudicitiam prostituit, atque ita cautè egit, ut pro honesta persona haberetur, ibi nulla ratio apparet, quæ adulterum excuset, sed si uxor marito deserto passim & sine delectu more meretricum vulgo se præbuit, adulterii crimen in ea cessat, quò referri solet *l.* 22. C. *Ad l. Iul. de adult.*

VIII. *Ad l.* 14. §. *ult.*] Regulariter crimina quæcunque viginti annorum præscriptione excluduntur. *l.* 12. C. *Ad l. Cornel. de fals.* excipitur, inter alia, crimen adulterii, quod, si sit accusandus adulter, perimitur quinquennio ex die criminis commissi computando, adulteræ autem sex menses utiles à die divortii computantur, modò tamen dies isti ita dinumerentur, ne egrediantur prædictum quinquennium continuum. *l.* 9. §. 5. *& seqq. l.* 31. *D. & l.* 28. C. *h. t.* Cæterum ex sex mensibus utilibus marito ac patri prærogativa conceditur, primos duos menses seu sexaginta dies utiles habent ad accusandum jure mariti vel patris, & quatuor menses qui supersunt, currunt extraneis ad accusandum, marito quoque & patri, sed jure extranei. *h. l.* 14. §. *pen. l.* 30. §. 1. *h. t. l.* 6. C. *eod.* Maritus autem non tenet pœnam calumniæ (de qua agit *l. ult.* C. *de Accusat.*) neque inscriptionis vinculo contine-

tur. *l.* 30. *verſ. imprimis. C. eod.* Si ex ſuſpicionibus juſto dolore impulſus accuſaverit, ſed ſi conſtet de evidentiori calumnia, non evitabit pœnam calumniæ, *h.* §. *ult.* quemadmodum tutores, curatores non facile ob calumniam notantur, niſi evidens eorum calumnia adjudicanti appareat. *l.* 2. *C. de His qui accuſar. non poſſ. l.* 2. *C. de His quib. ut indign.* In extranei autem perſona facilius præſumitur evidentia calumniæ, quam requirit *l.* 1. §. 3. *D. Ad SC. Turpill.*

IX. *Ad l.* 26. *in pr. & 39.* §. 1.] Conſtante matrimonio ab eo, qui extra maritum ad accuſationem admittitur, accuſari mulier adulterii non poteſt, niſi prius lenocinii maritum accuſaverit. *h. l.* 26. ſed contra adulterum idem crimen extraneus inferre poteſt, tametſi lenocinii prius maritus non poſtuletur. *h.* §. 1. A marito autem retenta in matrimono uxor adulterii accuſari nequit. *l.* 11. *C. Ad l. Iul. de adult. l.* 11. §. 10. *D. eod.* Jure noviſſimo maritus uxorem recte conſtante matrimonio accuſat, ſed eam non repudiat, niſi accuſatio vera eſſe oſtendatur; ſi illatam adulterii accuſationem non probaverit, calumniantem ad vindictam poſcit ſupplicii ſimilitudo. *Nov.* 117. *c.* 8. *Auth. ſed novo jure C. Ad l. Iul. de adult.*

AD L. CORNEL. DE SICAR.

X. *Ad l.* 3. §. *pen.*] Ex ipſa lege Cornelia (quæ fuit lata à Cornelio Sylla Dictatore, *l.* 2.

§. 32.

§. 3. D. de O. I.) plectuntur homicidæ pœna deportationis & amissionis omnium bonorum. *h. §. pen.* successit postea pœna gladii. *l. un. circ. prin.* C. *de Rapt. virgin.* homicida, quod fecit, expectet, inquiunt Impp. in *l.* 3. C. *de Episcop. audient.* quò respicit §. 5. *Inst. de Public. judic.* nec tantum lex homicidas ultore ferro persequitur, sed & qui hominis occidendi causa cum telo ambulant. *d.* §. 5. *l.* 7. C, *h. t.* In maleficiis voluntas spectatur non exitus, sed quando voluntas ad actum externum devenit. *l.* 14. *h. t.* Add. *Deuter.* 13. *v.* 5. *&* 6. *cap.* 19. *v.* 16. *cum seqq.* Eadem est pœna veneficorum qui venenum præbuerunt, etiamsi homo non fuerit mortuus. *l.* 28. §. 9. *D. de Pœn.*

AD L. POMPEI. DE PARRICID.

III. *Ad l.* 1. 2. 6. *&* 7.] In lege Pompeja de parricidis etiam punitur conatus, veluti quando qui emit venenum, ut patri daret, quamvis dare non potuerit. *h.l.*1. imò & conscii pœna parricidii afficiuntur. *h. l.* 6. quando conscii simul sunt auxiliatores, & consilii scelerati participes, veluti si quis ad scelus committendum, pecuniam subministraverit. *h. l.* 7. non autem hoc extendendum est ad eos qui sciunt tantum & non revelant. *h. l.* 2. ubi cognoverat tantum, nec patri indicaverat, relegatus est; Sed in servo est singulare, ut, si conscius insidiarum eas domino non indicaverit, teneatur *l.* 1. §. 18. *D. de SC. Silan.*

AD L. CORNEL. DE FALS.

XII. *Ad l. 21.*] Qui duobus in ſolidum eandem rem diverſis contractibus vendidit, etiam perfecto contractu alteri rem tradendo eundem dominum facit. *l.* 15. *C. de R. V.* ſed emptori in id quod intereſt tenetur. *l.* 4. *C. de A. E.* Imò ob ruptam fidem in crimen falſi incurrit, quando vendendo poſteriori rem ſuam eſſe dixit, & mentitus eſt, cum eam priori jam vendidiſſet, atque tradidiſſet. *h. l.* qui autem diſſimulavit, rem eſſe alteri diſtractam, crimine ſtellionatus tenetur, *arg. l.* 16. §. 1. *D. de Pignor. act. l.* 3. §. 1. ibi, *diſſimulata obligatione. D. Stellion.*

AD SC. TURPILL.

XIII. *Ad l.* 4. *in pr. & l.* 15. §. 2.] Mulier, quæ ſuam vel ſuorum injuriam perſequitur, non tenetur ſubſcribere in crimen. *l.* 12. *C. de His qui accuſ. poſſ.* neque calumniæ cauſa, ſi non obtineat, cum ea agi poteſt. *l.* 2. *C. de Calumniat.* nec igitur SCto Turpilliano tenetur. *h. l.* 4. quia de quorum calumnia agi non permittitur, ſi deſtiterint, non incidunt in pœnam ejus SCti. *h.* §. 2. excipitur, ſi mulier turpiter paciſcendo contra vetitum deſiſtat. *l. pen. C. Ad SC. Turpill.*

DE QUÆSTION.

XIV. *Ad l.* 1. §. 26. *& l.* 16. §. 1.] In crimini-

minibus eruendis Quæstio adhiberi solet, verba sunt Ulp. in *l.* 1. *h. t.* quando adsunt indicia & argumenta verisimilia, ac probabilia, ut ferè nihil restare aliud videatur quam ipsius rei confessi, *ead. l.* 1. §. 1. *& l.* 8. §. 1. *C. h. t.* Is autem qui de se confessus, est in caput aliorum torqueri non potest. *h.* §. 1. *l. ult. C. de Accusat.* ne alienum salutem in dubium deducat, qui de sua desperavit. *Paul.* 1. *Recept. sent. tit.* 12. §. *ult.* Qui autem non confessus, sed convictus est, in consocios interrogandus est, quia credimus non facile innocentes oneraturum, qui ne nocens quidem onerari voluit, quò ref. *h.* §. 26. *l.* 29. *D. de Pœn. l.* 17. *D. Ad SC. Syllan. l.* 1. *C. de Fals. mon. l. pen. C. de Fer.*

XV. *Ad l.* 14.] Si, qui est statuliber, in delicto reperiatur, sperandæ libertatis prærogativâ, non ut servus ob ambiguum conditionis, sed ut liber puniendus est. *h. l. & l.* 9. §. *fin. D. de Pœn.* sed qui in servitute deliquit, etiamsi postea fiat statuliber, punitur ut servus. *l.* 29. *in pr. D. de statulib.* Rationem differentiæ vid. *supr. Exerc.* 2. *ad* 28. Cui tamen sub conditione est relicta libertas, ut servus coërceri potest à domino. *l.* 1. §. 3. *D. Si is qui testam. lib. ess. juss.*

De Pœnis.

XVI. *Ad l.* 5.] De suspicionibus nemo damnari debet, satius hic est impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare.

h. l. quod

h. l. quod explicatur de nuda ſuſpicione, quæ fortè eſt in pectore alieno, non de argumentis atque indiciis neceſſariis: in cauſis enim criminalibus non requiruntur tantum probationes luce meridiana clariores, & documenta apertiſſima, ſed & ſufficiunt indicia indubitata. *l. fin.* C. *de Probat.* Ita qui poſt adulterii crimen obtentu proximitatis depulſum nuptias contraxerint, facinus eos manifeſtâ fide atque indiciis evidentibus publicaſſe cenſet. *l.* 34. C. *Ad l. Iul. de adulter.* Add. *l.* 22. C. *Ad l. Cornel. de falſ. l.* 2. C. *Quor. appellat. non recip.* Quomodo Senatus Friſiæ ex judiciis violentis reum capitis damnavit.

DE BON. EOR. QUI ANTE SENT. MORT.

XVII. *Ad l. pen. in pr. l. ult.* §. 4. *& ult.*] Qui corruptis accuſatoribus diem ſuum obierunt, ut confeſſi de crimine non relinquunt heredibus defenſionem. *h. l. pen. in pr.* qui autem citra corruptionem accuſatoris mortem ſibi conſcivit, pro confeſſo habendus non eſt, niſi conſcientiâ criminis, manus impias ſibi intuliſſe probetur, quemadmodum, qui tædio vitæ vel impatientia doloris coactus eſt hæc facere, heredem habebit. *h.* §. 4. Quod ſi de cauſa illatæ mortis dubitetur, etiam admittendi ſunt heredes ad bona, ſi parati fuerint cauſam ſuſcipere, & innocentem defunctum oſtendere. *h.* §. *ult.*

DE APPELLAT.

VIII. *Ad l. 6. 16. & 18.*] Appellatio conceditur à ſententia definitiva. *l.* 21. *C. h. t.* ab interlocutoria non item *l.* 7. *C. Quor. appellat.* niſi quatenus vim habet definitivæ & gravamen continet irreparabile, veluti ſi judex pronuntiet ſe eſſe competentem, ſi interloquatur de reo incarcerando. *l.* 2. *D. de Appellat. recip. l.* 9. *D. de Minor.* Conf. *LL. Transiſulan. p.* 1. *tit.* 19. §. 2. Jure Canonico ab interlocutoria uti & à quovis gravamine datur appellatio *c.* 12. *X. de Appellat. c.* 3. *eod. in* 6°. Verum Concilium Tridentinum id mutavit, & ſecundum normam juris civilis appellationem conceſſit. *ſeſſ.* 24. *c.* 10. *de Reformat. & ſeſſ.* 13. *c.* 1. *de Reformat.* Appellatio ita locum obtinet in cauſa & civili & criminali; Humanitatis ratione quivis provocare volens in cauſis criminalibus audiendus eſt. *h. l.* 6. & 18. & licet reus reſiſtat appellationi perire feſtinans, differendum ſupplicium. *d. l.* 6. hoc igitur in ultimo ſupplicio duntaxat locum habet, non etiam in cauſis non capitalibus; Excipiuntur quidam criminum rei, quos citra appellationem ſtatim puniri Reipubl. intereſt, quales ſunt inſignes latrones, vel ſeditionum concitatores, vel duces factionum. *h. l.* 16. homicidæ, venefici, malefici, adulteri & qui manifeſtam violentiam commiſerunt, ſi legitimis probationibus convicti, teſtibus ſuperati, voce etiam propria vitium

vitium ſceluſque confeſſi ſint. *l.* 2. *C. Quor. appellat. non recip.* quomodo intelligenda eſt *l.* 6. *C. Ad l. Iul. de Vi publ.* Neque qui profeſſus & pactus eſt, ſe à ſententia non appellaturum, beneficium appellationis perdidit, quia nemo ſuorum membrorum dominus eſt, *l.* 13. *D. Ad l. Aquil. junct. d. l.* 6. Sed in cauſis civilibus, qui ita pactus eſt, ad provocationis auxilium non perveniet. *l.* 1. §. 3. *D. A quib. appell. non lic. l. ult. C. de Temp. appellat.* Moribus hodiernis in cauſis criminalibus appellationes rarò admittuntur. *LL. Ruremund. p.* 5. *tit.* 16. §. 3. *n.* 6. *Reform. Zutphan. tit.* 10. §. 19. *Velav. tit.* 23. §. 5. *Transiſul. d. tit.* 19. §. 13.

XIX. *Ad l.* 21. §. 1.] A judice dato appellatur ad eum qui judicem dedit, puta ad prætorem vel præſidem *h.* §. *l.* 1. *in pr. & l. ult. D. Quis, à quo appell.* Ab eo cui quis mandavit jurisdictionem, non mandans provocabitur, ſed qui mandante eſt ſuperior, *d. l.* 1. §. 1. is enim, cui mandata eſt juriſdictio, fungitur vice ejus qui mandavit. *l.* 16. *D. de Iurisdict.* Ita ſpeciali ratione à legato proconſulis, qui non accipiebat ſuam jurisdictionem à proconſule, ſed huic à Senatu adjungebatur, appellatur ad proconſulem. *l.* 2. *D. Quis, à quo app.*

DE APPELLAT. RECIP.

XX. *Ad l. ult.*] Ex edicto D. Hadriani nemini permittitur appellare, ne teſtamentum ape-

aperiatur, & ne ſcriptus heres in poſſeſſionem inducatur. *h. l. l. 6. C. Quor. appellat. non recip. Paul. 3. Recept. ſent. tit. 5. verſ. ſive falſum.* Hodie ſublato illo edicto fit miſſio in bonorum poſſeſſionem ex *l. ult. C. de Edict. D. Hadr. toll.* & ſi contradictor extiterit, in judicio competenti petitionis hereditatis cauſæ in poſſeſſionem miſſionis & ſubſecutæ contradictionis ventilantur. *d. l. ult.* Ne quidem igitur hodie ab hac miſſione appellare licet. *arg. d. l. 6. & l. un. C. Si de moment. poſſeſſ.* nec dicta contradictio arguit appellationem, quia non obſtante iſta contradictione miſſio executioni mandatur. *d. l. ult.* ibi, *poſſeſſionem ei acquiri qui potiora jura ex legitimis modis oſtenderet, ſive is ſit qui miſſus eſt, ſive qui ante detinens contradicendum putavit.* appellatione autem pendente nihil innovatur. *l. un. D. Nihil innov. pend. appell.* Caſus alius quo appellatio non recipitur, proponitur in *l. 12. §. 1. C. de R. C.*

DE JUR. FISC.

XXI. *Ad l. 26. & 45. in pr.*] Edictum de revocandis bonis, quæ in fraudem creditorum ſunt alienata, pertinet ad diminuentes patrimonium, non ad eos, qui cum poſſint aliquid quærere, non id agunt ut acquirant. *l. 6. in princip. D. Quæ in fraud. creditor.* proinde & qui repudiavit hereditatem vel legitimam, vel teſtamentariam, iſti edicto non facit locum. *d. l. 6. §. 2.* ſed in fraudem fiſci non ſolum per donationem, ſed quo-

quocunque modo res alienatæ revocantur, idemque juris eſt, ſi reus non acquirat, quod acquirere poſſit. *h. l.* 45. quod procedit, quando reo jus delatum eſt, ſed ſi filio ſit delata hereditas, & capitis reus filium emancipaſſet, ut hereditatem adiret, non videtur in fraudem fiſci factum, quod acquiſitum non eſt. *h. l.* 26. Excipitur crimen læſæ Majeſtatis, quo perpetrato emancipationes planè prohibentur. *l.* 5. §. 4. C. *Ad l. Iul. majeſt.*

XXII. *Ad l.* 46. *in pr.*] Inſtitutus à fratre errante, qui putavit, ſe per adoptionem fratrem facere poſſe, non eſt rectè inſtitutus, & portio hereditatis legitimo heredi eſt reſtituenda. *l.* 7. *C. de Her. inſt.* ſed qui, cum heres inſtitutus eſſet, ut filius, poſt mortem ejus, qui pater dicebatur, ſuppoſitus declaratus eſt, aufertur ei ſucceſſio. *l.* 4. *C. eod.* quaſi indigno, ac ideo fiſco applicatur. *h. l.*

DE CAPTIV. & POSTLIM. REVERS.

XXIII. *Ad l.* 8. 12. §. 4. *l.* 14. §. 1. *& l.* 16.] Jure poſtliminii hi, qui ab hoſtibus capti ſunt, ſi reverſi fuerint, omnia priſtina jura recipiunt. §. 1. *Inſt. Quib. mod jus pot. patr. ſolv.* ita retrò creduntur in civitate fuiſſe, qui ab hoſtibus adveniunt. *h. l.* 16. ſed corporaliter poſſeſſionem amiſerunt, qui ipſi ab hoſtibus poſſidentur, atque ideò, ſi revertuntur, nova poſſeſſione opus eſt. *l.* 23. §. 1. *D. de A. P.* Neque etiam uxorem mari-

maritus recipit jure poſtliminii, ſed conſenſu novo matrimonium redintegratur. *h.* §. 1. matrimonium enim diſſolvitur captivitate. *h.* §. 4. *l.* 1. & 56. *D. Sol. matrim.* excipitur matrimonium contractum cum liberta, quod captivitate patroni non dirimitur. *l.* 45. §. *ult. D. de R. N.* Jure noviſſimo donec manifeſtum eſt, ſupereſſe virum aut uxorem inſoluta manent matrimonia, nisi velit mulier amittere dotem, vir donationem propter nuptias; ſi vero hoc incertum ſit, quinquennium exſpectandum eſt, poſt quinquennium ſecundæ nuptiæ impunitæ ſunt, quaſi bona gratia, μετ' ἀζημίας, ſolutis primis. *Nov.* 22. *c.* 7. quò reſpiciunt hæc verba *h. l.* 8. *poſt conſtitutum tempus* & ferè integra, *l.* 6. *ſupr. de Divort.* add. quæ ibi ſunt notata.

De Re milit.

XXIV. *Ad l.* 6. §. 7. *verſ. per vinum.*] Judex proſpicere debet, utrum propoſito an impetu & caſu delictum admiſſum ſit; Impetu delinquitur, cum per ebrietatem ad manus, ad ferrum venitur. *l.* 11. §. 3. *D. de Pœn.* cujus in mitiganda pœna ratio haberi debet, modò talis ebrius intelligatur, qui non pro more poculis indulſit, & dum aut ſuas aut vini vires ignorat, combibonum intemperantium vi coactus ſe plus juſto oneravit, quomodo per vinum aut laſciviam lapſis capitalis pœna militibus remittitur in. §. 7. multò igitur magis excuſabitur, ſi per

 pœni-

pœnitentiam crimen revocari possit, ut, si quis per ebrietatem crimen vel convicium objecerit. *l. un. C. Si quis Imper. maled.* Verum ubi adest, ut loquuntur, ebriositas, quale vitium contraxerunt, qui prava potandi libidine dies noctes, quotidie delectantur, hîc ebrietas nullam meretur excusationem, cum ex suo quisque vitio hoc incommodo adficiatur. *l.* 15. *D. Si quis omiss. caus. testam.* Moribus hodiernis homicidium per ebrietatem commissum non excusat.

AD MUNICIPAL. & DE INCOL.

XXV. *Ad l.* 33. *&* 35.] Incola propriè dicitur, qui, cum advena esset, in aliquam civitatem ea mente habitatum venit, ut ibi perpetuò sit summamque rerum habeat, *arg. l.* 2. *C. de Incol. lib.* 10. qui igitur in territorio alicujus civitatis commorantur, veluti incolæ ad subeunda munera vel ad capiendos honores non adstringuntur. *l.* 3. *C. eod.* atque ita qui permanet in agro, incola esse non existimatur. *h. l.* 35. sed interpretatione legis, qui in alicujus oppidi finibus agrum ita habent, ut in eum se quasi in aliquam sedem recipiant, pro incolis habentur. *l.* 239. §. 2. *D. de V. S.* quo sensu omnes, qui sunt in orbe Romano ex Constitutione Antonini sunt effecti cives Romani. *l.* 17. *D. de Stat. hom.* Roma communis nostra patria est. *h. l.* 33. neque tamen ideò, si originarius aliò se transferat, atque jus incolatus ibi consequatur, domicilium

natu-

naturale seu nativitatis in honoribus obeundis, & muneribus suscipiendis mutatur. *l. 6. D. &* *l. 4. C. h. t.* Imò duarum civitatum decurionatus onera sustinebit, in una voluntatis, in altera originis gratia. *l. fin. C. eod. l. pen. C. de Incol.* Add. quæ *ad l. pen. supr. de Senator.* notavimus.

DE DECURION.

XXVI. *Ad l. 3. §. 2. & l. 6.*] Neque famosis & notatis & quos scelus aut turpitudo vitæ inquinat & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis portæ patebunt. *l. 2. C. de Dignit. lib. 12.* non ergo spurii sunt infames, quia admittuntur ad munus decurionatus, cum non sit impedienda dignitas ejus, qui nihil admisit, *h. l. 6.* licet, si habeant competitorem legitimè natum, ei postponantur. *h. §. 2.* Quare spurio instituto herede, fratribus præteritis non datur querela inofficiosi testamenti, cum laborent vitio alieno non suo. *l. 7. C. de Natural. lib.* qualis nota intelligitur in *l. 27. C. Inoff. test.* Moribus etiam hodiernis admittuntur spurii ad munera, nisi speciali lege prohibeantur.

XXVII. *Ad l. 8.*] Decurionibus facultatibus lapsis alimenta decernuntur, maximè si ob munificentiam in patriam patrimonium exhauserint. *h. l. 8.* Ratio alimentorum non est donatio sola in patriam collata, sed quia sunt decu-

 riones,

riones, quorum conditio fuit aſpera & dira, & fortunæ ſervilis imaginem quandam præ ſe ferebant; Abutuntur igitur *h. l.* qui inde evincere conantur, donatarium, ſi donator labatur facultatibus, ut non habeat, unde vivat, ad inopem donatorem alendum compelli poſſe, & ſi id recuſet, donationem jure revocari: Ex iis enim tantummodo ingratitudinis cauſis, quæ enumerantur in *l. ult.* C. *de Revoc. donat.* donatio revocatur.

XXVIII. *Ad ejusd. l. 6. §. pen.*] Si filiusfamilias decurio creatus ſit, ſufficit, patrem, ne pro filio obligetur, contrariam voluntatem conteſtari, neque appellandi neceſſitas ei incumbit. *l. ult.* C. *de Filiisf. & qu. pat. pro his ten. lib.* 10. quod ſi tamen appellaverit, eo facto oſtendit pater, cauſam ad ſe pertinere, atque ideo in munerum civilium periculum incidit, quaſi fidejuſſor pro filio. *l.* 2. C. *eod.* quemadmodum pater, ſi filius voluntate ejus ad decurionatum admiſſus ſit, univerſis muneribus, quæ decurioni filio injunguntur, obſtrictus eſt. *l.* 2. *in pr.* D. *Ad municip.* Verum ſi præſcriptione temporis excluſus fuerit, ſolennibus appellationis intra conſtituta tempora minimè impletis, perinde omnia ſervantur, ac ſi non provocaſſet, & ideò ſi jam ante contrariam voluntatem fuerit conteſtatus, ſeu, quod geſtum eſt, ratum non habuerit, huic Conteſtationi omiſſa appellatio patri nihil derogabit, neque pro filio tenebitur *h. §. pen.*

DE

DE VACAT. & EXCUS. MUN.

XXIX. *Ad l. 1. §. ult. & l. 2. §. 1.*] Quamvis sexaginta quinque annorum quis sit, & tres liberos habeat in Italia, vel in provinciis, à muneribus tamen civilibus non excusatur. *h. §. ult.* se excusat ætas septuaginta annorum completum. *h. §. 1.* unde qui ingressus est annum septuagesimum, nondum autem egressus, hac vacatione non utitur. *l. 3. D. de Iur. immunit. §. 13. Inst. de Excusat. tut. l. 3. C. Qui ætat. vel profess. li. 10.* ubi legendum esse probabile est, pro, *majores quinquaginta quinque annis, majores septuaginta annis*, quod evidenter ostenditur ex casu subjecto. Illam sententiam laudavit Senatus Frisiæ.

DE LEGATION.

XXX. *Ad l. 1. & 8.*] Lex Julia repetundarum ad eas pecunias pertinet, quas in magistratu, legatione, vel quo alio publico munere quis cepit. *l. 1. D. Ad l. Iul. repet.* quemadmodum autem vocabulo magistratus etiam magistratus municipales contineri verisimile est. *arg. l. 24. D. de Tutor. dat. ab his.* quomodo crimen ambitus, peculatus, ad municipia quoque producitur. *l. 4. §. ult. D. Ad l. Iul. pecul. l. un. §. 1. D. de L. Iul. ambit.* ita & ibi vocabulo legationis non tantum illi comprehenduntur, qui publicè ad hostes, ad fœderatos sunt missi, sed etiam qui à muni-

municipibus ad Principem ſunt legati, quales legati iiſdem ferè privilegiis gaudent, quibus legati Principis aut populi Romani. *h. l.* 8. *l.* 8. *D. Ex quib. cauſ. major. l.* 10. *in pr. D. de Excuſat. tut.* licet legatus municipalis, ſi deſeruerit legationem, pœnâ adficiatur extraordinariâ. *h. l.* 1.

DE DECRET. AB ORD. FAC.

XXXI. *Ad l.* 4. *§. ult.*] Ordo decurionum ſalaria conſtituere prohibetur, niſi id ſpecialiter à Principe fuerit conſecutus. *l. un. C. de Præbend. ſalar. libr.* 10. excipitur, ſi ob liberalem artem vel medicinam ſalarium decuriones alicui decreverint, ob quas cauſas ſalaria conſtitui licet. *h. §. ult.*

DE NUNDIN.

XXXII. *Ad l.* 1.] Principum reſcripta ſunt perennia, ſi modò tempus, in quo alligari vel audiri debent, non ſit comprehenſum. *l.* 2. *C. de Diverſ. reſcript.* quomodo nundinis impetratis à Principe non utendo, qui meruit, decennii tempore uſum amittit. *h. l.* 1. Hoc obſervatur in Gallia. Jure Saxon. annis demum 31. per non uſum, nundinæ, ut reliqua privilegia amittuntur. Pertinent nundinæ celebriores, veluti totius provinciæ, cujusmodi hodie ſunt nundinæ Francofurtenſes, ad jus Majeſtatis. *l. un. C. h. t.* Et nundinarum ſingulare privilegium eſt, ut ne quis prætextu debiti in nundinis conveniatur. *d. l. un.*

d. l. un. quod etiam ad contractus in ipsis nundinis celebratos spectat, *arg. d. l. un.* licet regulariter quis forum sortiatur, ubi contraxit. *l.* . *C. de Iurisdict.*

Hîc subsisto. De LL. insignibus *titt. de Verb. Signific. & Reg. Iur.* agam (Deo juvante) peculiaribus Dissertationibus.

FINIS.



ELENCHUS MATERIARUM.

A

Actio

Con-

D

F

Fama

H

I

L

O

P

Pactum

Q

Testis



AD

AD LECTOREM.

Pa. 20. lin. ult. leg. reliquit. p. 31. l. 1. tam diu. p. ead. l. 2. potestas. p. 32. l. 18. Sluysken. p. 40. l. 28. 10. p. 42. l. 23. del. & p. ead. l. 27. jurisdictionis protogatæ. p. 49. l. 2. sententiæ. p. 51. l. 8. . p. ead. l. 15. l. 59. p. 53. l. pen. laudo. p. 54. l. 7. omiserint. ead. l. 11. sententiæ. p. 57. l. 16. puris. p. 60. l. 6. del. horæ. p. 6. l. 15. convent. p. 67. l. 11. bonæ fidei. p. 68. l. 3. alioqui qui. 70. l. 4. emptor. p. 71. l. 17. pacto de non. p. 72. l. 16. vendito. p. 73. l. 16. paciscor. p. 74. l. 26. conventum. p. 76. l. 23. re m. petenda. p. 77. l. 25. A. P. qui. p. 79. l. 20. eod. p. 80. l. f. d. p. 81. l. 2. §. p. 86. l. 20. æstimabit. p. 92. l. 13. repræsentant p. 96. l. 10. caus. p. 99. l. 5. §. 1. p. 100. l. 9. quilibet. p. ead. l. pen. contestata. p. 105. l. 10. subdiderint. p. 109. l. 1. paraphernalibus. p. 111. l. 6. qui agat habeant. p. 112. l. 20. exigat. p. e. l. 24. D. h. t. p. 113. l. 3. apochâ sit prof. p. 117. l. 28. dolo rem p. 122. l. 10. del. quatuor. p. 125. l. 9. semissibus. p. 128. l. 7. d. p. 136. l. 24. contractum. p. 150. l. 9. quibus. p. 151. l. 13. petens. p. 153. l. 15. prædecessoribus. p. 154. l. 14. Si advers. p. 15 l. 16. per eum. p. 162. l. pen. moribus. p. 164. l. 22. delicto. p. 18. l. 15. est. p. ead. l. pen. agitur, prius. p. 184. l. 7. Annal. p. 18 l. 16. quod ad. p. ead. l. 17. sint. p. 191. l. 19. securus. p. 21 l. 23. Ecclesiastica, emphyteuta. p. 211. l. 17. Locat. p. ead. l. 2 l. 1. C. p. 216. l. ult. Dd. p. 220. l. 20. periit. p. 222. l. 17. μαρτυρικός p. 223. l. 14. locaverat. p. ead. l. pen. præstetur. p. 24. l. 26. otiosa. p. 226. l. 1. viæ. p. 227. l. 1. formam. p. 23 l. 16. operarum. p. 234. l. 9. χειρὸς. p. ead. l. 17. Scribonia. p. 8. l. 4. alibi. p. 254. l. 19. l. 16. & ult. p. 258. l. 4. quin. p. 25 l. 1. potuit. p. ead. l. 4. l. 40. p. 261. l. 6. jusjurandum. p. 26 l. 15. δύσπλευρος. p. 267. l. 20. R. V. p. 269. l. 12. quum. p. 3. l. 1. præsidis. p. 276. l. 4. deduco. p. 279. l. 22. nec solvere ne curare. p. ead. l. 26. conditionis. p. 289. l. ult. ex del. p. 292. l. 2. post moram. p. 295. l. pen. dilationis, eluder. p. 296. l. 22. præstetur. p. 302. l. 10. hoc casu. p. 303. l. 16. evictis. p. 318. l. 18 exceptio. p. 320. l. 4. arca. p. 321. l. pen. condictio conceditur p. 339. l. 9. D. h. t. p. 444. l. 3. veniat. p. 346. l. 5. constitut. p. 9. l. 17. commissoriæ. p. 360. l. 6. etiamsi. p. 366. l. 9. nemini. p. ead. l. 14. condictione. p. 367. l. 15. nominatos. p. ead l. 17 Rescind. vend. p. 369. l. 23. agi. p. 373. l. 28. hypothecæve. p. 78. l. 8. in bonis. p. 382. l. 11. etiamsi. p. 385. l. 20. fatalium causa. p. 389. l. 1. juris. p. ead. l. 10. seminis. p. 390. l. 15. pœna. p. 394. l. 13. Possessores. p. 406. l. 28. c. pen. p. 409. l. 2 uti. p. 413. l. 4. fit. p. 415. l. 8. derisorium. p. 418. l. 19. dote. p. 30. l. 24. h. l. fin. p. 431. l. 9. administrationis. p. 437. l. 22.

mittunt.

mittunt. p. 444. l. 1. 1. Ordin. p. 446. l. ult. tutelam. p. 456. l. 16. quæ. p. 457. l. 17. impuberi. p. 459. l. 20. deletio. p. 463. l. 20. rupt. p. 464. l. 16. ἐνςάσεις. p. 467. l. 2. Aloſtenſium. p. 468. l. 23. extiturus. p. 474. l. 15. D. p. 494. l. 2. conditio. p. 498. l. 10. ſunt. p. 503. l. pen. deportati. p. 512. l. 6. alienaverit. p. 517. l. 9. Trebellianicam. p. ead. l. 16. C. de Epiſcop. p. 519. l. 11. ineunda. p. 526. l. ult. h. §. ult. p. 531. l. 12. ſuppoſiti. p. 551. l. 24. contractus. p. 553. l. 27. apprehendendi. p. 558. l. 7. Attinia. p. 574. l. ult. nondum. p. 580. l. 28. ſim. p. 587. l. 6. debetur ſolidum. p. 599. l. 19. ſic. p. ead. l. 27. reum. p. 604. l. 27. Sic. p. 617. l. 26. ubi qui. p. 620. l. 13. indiciis. p. 624. l. 24. §. 5.

Sphalmata iſta & menda typographica, cum hæc me abſente ederentur, irrepſiſſe animadverti, reliqua tute ipſe tolle vel emenda.

